

PETRI FABRI

SANIORIANI IVRISC.

CONSIL. REG. LIBELLORVM

EX-MAGISTRI, ET IN SENATV

TOLOSANO PRÆSIDIS,

*LIBER SEMESTRIUM TERTIVS.*

Cum Indice Capitum, rerumque &  
verborum copiosissimo.



LEODINI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Sumptibus Marcæ de CARIANO.

MDCLXCV.

MADE IN SPAIN

PETRI FABRI

(3)

SAN-IORIANI IVRISC.

CONSIL. REG. LIBELLORVM

EX-MAGISTRI, ET IN SENATV

TOLOSANO PRÆSIDIS,

*LIBER SEMESTRIVM TERTIVS.*

Cum Indice Capitum, rerumque &  
verborum copiosissimo.



LVGDVNI,

IN OFFICINA HVG. A' PORTA,

Sumptibus Fratrum DE GABIANO.

CIO. 13. XCV.



PETRVS FABER  
TOLOSANAE CVRIAE

SEX-PRIMVS MATTHAEO

Caluentio V. C. classium

ibidem Inquisitoriarum.

Præsidi, S.



VANDO te reducem ex  
Aruernis vestris ad nos  
intelligo (Matthae Cal-  
uenti V.C. amice summe)  
saluumque istis è Ciuili-  
bus totius penè triëniij pro-  
cellis euasisse, ac sanum scio;  
quid minus possum, qui te  
in hoc nostro Suburbano pratorio frustra cum  
Clar. Francisco tuo, eodemque consobrino meo, non  
sine aliquot amicis aduentum praestolatus tuum,  
viatica suae aduentitia<sup>a</sup> cena (quod in more Ro-  
mani Graeci que olim habuerunt) excipere non po-  
tui: quam uti te aduentoria<sup>b</sup> saltem Epistola,  
qua muneris ergo hunc librum, nostri tum de te  
iudicij, tum erga te studij testem adiunctum ha-  
beat, salutatum velim? ac, donec tui obuiis vlnis

<sup>a</sup> Scripsi lib. 1.  
Semelt. cap. 6.  
post Turneb.  
sed & Torrè-  
tius post nos  
ad Suetonij  
Vitellium,  
cap. 13.

<sup>b</sup> Sic Martial.  
in ea qua lib.  
12. praeposuit.


amplexandi facultas detur, de salute interim tua tibi, familiaq, Reip. immò, ac Senatui gratulari utrumque iubeam: mihi porro Musisq, meis, non in sinu (quod aiunt) sed toto pectore in omnium & civium nostrorum & exterorum etiam ignotiorumque hominum obtutu gaudeam? Quo ex numero, hi fortasse cur tã prolixè istud mihi faciendam putem, exposcere rationem debeant: illi non item; quibus tam perspecta tua omni literarũ genere condita virtus est, quàm arctũ illud vel affinitatis ac necessitudinis in suppari aetate, vel potiùs morum studiorumque similitudinis, & diuturni per annos admodum duodeviginti apud Tolosates nostros in Senatu collegij vinculum innotuit. Quae faciunt me quidem, ut hunc Semestrium nostrorum tertium, quem Charis. patri Michaëli Fabro tum aliis antea eximiis in Occita-

c Suppraefectura Tolosana quam iudicaturam maiorem nominant per annos admodum 30. d Senatus, fite Parlamenti Tolosani.  
na provincia honoribus<sup>c</sup> summa cum laude dum viveret perfuncto, tum in suprema ista Pratoriana praefectura<sup>d</sup> Curia Praesidi ante hos 20. annos hexaprote destinaveram, ipso adhuc superstite inchoatum: nunc denique cum ad optatum finem, Deo bene fauente, perduxerim; non habeam nunc quidem, cui potiùs, quàm tibi, dicandum, ac donandum censeam. Mitto quod ut ab ipso amabilis unice, ita tu illum simul cum Petro Pibracio, libellorum exmagistro, huius itidem Curia Praeside secundicerio, atque Iacobo Casadei abbate, post honores praecipuos in tribus Pratorianis Gallia

Gallia sedibus praclarè administratos, tandem interioris apud Regem consilij patritio, patruis meis, tota Gallia spectatissimis; quae ipsos pacis artibus praestantissimos (ut de Vido Pibracio & Carolo Fabris Petri filijs, illo Parisiensi super legationes Tridentinam & Polonicam unde tantum ei partum nominis: aliosq, intra regnũ istud integrè felicitèq, gestos illustrissimos magistratus Praeside: hoc autem Tolosano, patruelibus meis taceam: deq, Ioanne fratre, quem in Assesura Comitatenſi Magni consilij atque in Libellorum magisterio à patre patruoque ad me transmisſis successorem habui) apud Principem regniq,ue magistranas gratia propter virtutis opinioem praetogatis aliis pollentes, admirationi omnium propemodum obiecit: non tanquam affinitate tibi coniunctum diligere, sed colere velut parentem alterum atque observare nunquam destiteris. Itaque ne ipse quidem (si quis talium rerum aut superis sensus, aut amor est; qui cur esse tamen haud possit, non video) quenquam praete alium ea dono ducere, quae à nobis, hoc est, à suo particeps familiaque, nominis, ac sacrorum herede proficiſcuntur, iubeat, aut etiam sinat: praesertim qui hancce adeo animorum inter nos coniunctionem intercessisse, ut suum in ipsa locum hereditate reliqua cernenda, & potiunda occupasse quodammodo videar; magnopere, quemadmodum sentio, latetur. Cuius anima (ut confido in

Domino) iam beata memoriam, quando apud  
 utrumque nostrum esse sanctam, ob ea qua supe-  
 rius perstrinxi, æquum est: quem in manum do-  
 (mi Caluenti) librum, ista ipsius præfatione illo-  
 rum partim indicem publicum atque interpretem,  
 partim sponsores & adpromissores idoneum,  
 tanti facito (si me amas) quanti famam optimi  
 parentis mei (cuius tacito iudicio in te collatus  
 est) mecum tibi ducendam, fidelique recordatione  
 prosequendam existimas. Hoc amplius, in ista  
 velut honorarij tumuli cuiusdam gleba, iustis in-  
 feriis ritè pièque mactum ipsius nomen (nisi fas  
 non esse ducis) ita venerare, ut nostram quoque  
 eum dignitate, qua inter nostros ampliorem  
 nolim (nec sanè mereor) cum laborum circa li-  
 teras, meorum haud pœnitendo fructu, civiumque  
 præcipua benivolentia coniunctam, firmo præterea  
 veteris ac sinceræ religionis Catholica nexu sul-  
 tam, atque fundatam animi tranquillitatem,  
 quam hætenus allocutionibus atque consiliis  
 coagmentasti, & in altum sustulisti tuis: illa ipsa  
 ratione in posterum erigas, magis magisque stabi-  
 lias erectam, atque constituas. Vale.

*E. San-ioriano rure Suburbano idibus Nouemb.  
 anno reparatæ salutis CIO. IO. XCI.*



PETRO FABRO

SAN-IORIANO, V. C. IN

SENATV TOLOSATVM

Præsidi, Matth. Caluen-  
 tius, S.



ESCIO, Præses clarissi-  
 me, an tuus iste Seme-  
 strium liber tertius, quem  
 (ut ais) amoris erga me  
 tui testem esse voluisti,  
 mihi magis laudi & di-  
 gnitati, quàm bonarum artium amantibus  
 commodo, & vtilitati sit futurus. Attamen,  
 quoniam coniuncta & communis mihi est  
 cum studiosis & eruditis omnibus vtilitas  
 illa, quam ex librorum tuorum lectione ca-  
 piunt: illi verò, nullam huiusce honoris &  
 laudis, qua me nunc affecisti, partem sibi  
 vindicare possunt: præstantiorem esse, po-  
 tiorémque fortunæ meæ causam, ea ra-  
 tione duco. Præcipuè cùm tot Fabrorum  
 vestrorum inclyti nominis gratissimam re-  
 cordationem, Epistola tua excitasti. Nam si  
 periucundum mihi semper fuit clarissimos  
 illos familiæ tuæ proceres, quos tu nomi-  
 nas,

nas, vidisse: quosque ego iuuenis seniores summa obseruantia colui; cum illi me vicissim amicitia sua dignarentur. Non minus tamen gratum fuit, sæpe etiam audiuisse ab illis magna cum admiratione prædicari, Garfiam Fabrum Comitæ Armeniaci Cancellarium, mox apud Heluetios Regis legatum, inde Præsidentem etiam supremam istius Curiam, proavum tuum: ipsiusque germanum fratrem Episcopum Lectorem, cuius ego ædes ex legato Iacobi Bernuyij Inquisitionum Præsidentis auunculi tui, habitum: itemque Arnoldum Fabrum in isto ipso Senatu fisci Procuratorem, aut potius patronum. Verum eximius, maximique inter omnes vestros nominis, videtur mihi fuisse Vidus Faber Pibracius patruelis tuus, mei amantissimus, cuius tu mentionem literis iniecasti tuis. Qui cum lucubrationes aliquot in vulgus edere in animo habuisset; semper tamen negotiis publicis occupatus atque districtus, Principique suo nimium addictus, nullam penè horam ad priuata literarum studia impendendam usurpare sibi potuit. Qua de causa in otium etiam secedere cogitans, ætate adhuc florida satis, ex dignitatibus maximis immaturo heu! nimium & propè dixerim infesto, nobis, bonisque, ac Reip. Gallicæ amantibus viris, fato, præ-

reptus

reptus est. Te verò ex tanta tamque nobili familia, solum penè ex togatis superstitem Deus esse voluit; vt cum Iacobo tuo præclaræ indolis, ac optimæ spei adolescente, iam supra ætatem modestissimis & sanctissimis moribus imbuto, literis humanioribus tincto, præceptis etiam Philosophiæ ornato, tantæ cladis ruinas restaurare posses. Nam per hominum fidem! cui non incredibile alioqui videatur, te inter tot infortunios Gallie tumultus, vrbisque ipsius nostræ procellas, & imminentes clades, quæ Senatus auctoritate ac prudentia, ne vltèriùs grassarentur, oppressæ, & (vt confido) extinctæ sunt, tam quieto, & tranquillo fuisse animo, tam prospero vsu Mercurio, tam propitia Minerua; vt hunc Semestrium, & Agonicôn tres libros pangere atque absoluerè licuerit? Mihi sanè hoc miraculo fuisset, ni tuam indefessam diligentiam, pertinacemque in literarum studiis assiduitatem, dudum perspectam & cognitam habuissem. At quid tu intereà? inquires. Ego verò, vir clarissime, qui integrum penè triennium à Senatu, ab vrbe, à charissima coniuge, liberisque, à te denique, ab fui: cum in Aruernis, iniqua per id temporis lite vexatus, magno studiorum meorum incommodo, & animi mœrore, fuerim: tamen intereà (dum cupio diuturnæ

é

meæ absentiaæ tædium lenire , & mentem per hæc tempestates ad constantiam firmare) quicquid otij, quicquid induciarum à lite illa concessum fuit, accuratè castigandis, & vertendis in linguã Gallicam L. Annæi Senecæ scriptis omnibus, impendi totum: quæ si per occupationes forenses, aut per miseriam reip. nostræ fortunam transcribere, atque in mundum redigere liceat; quoniam tanti muneris à te profecti, à me lubentissimè & honorificentissimè suscepti, aliter gratias referre non possum: opto, & spero fore, ut præclaris tuis, & bene fortunatis auspiciis, aliquãdo lucem videant. Tu modò, quod restat, animos ad hanc rem, quos antea solitus, facere, nosque mutuò amare, pergito. Bene vale.

LECTO



LECTORI NOSTRI  
SIMVL ET BONARVM

OMNIUM LITERARVM

studio, P. Faber,

S. dico.



*Q*UIDEM vereor, ut cuius expectationem velut affecti ac propè confecti libri, dudum edendo Semestrium altero commoueram: hic tertius ( amice Lector ) fastidio potius plerisq; sit, quam voluptati: non tam quòd seriùs eum emiserim ( nam cum omnis alioqui ἀμελετησίας in-experti simus, vix potuit aut à me aut ab alio minùs occupato maturius: quippe cum super copiosiore alteram commentariorum in iuris regulas editionem, Dodecameronum de Dei nomine; trinumq; Agonisticum de rebus Athleticis interea confecerim, atque publicarim ) quàm quòd auctior ita rerumq; ubertate in dies plenior effectus in lucem exierit. Hoc enim plerosq; ingenio esse comperi, ut leuia vnius obseruationis duntaxat vel castigationis gustum exhibentia capitella lubentius legant: quàm longiores communium locorum enarrationem, aut aliquot in eodem genere obseruationum vel emendationũ quàmlibet acutarum & ingeniosarum seriem complexos sermones audiant: in quibus utique plusculum aliquantò

est insumendum temporis, ubi quis nihil velit omittere, ac reliqui facere, quod in posterum iuuet. Quanquam quid hoc, de quo inter oscitandum (ὡς ἔτιδος) delicatuli isti expostulant, lectoris interesse possit, minimè dispicio: si (quod efficere studui) sermo unus variis interstitiis (quales in Iurisperitorum libris, eos qui Paragraphi nominantur, aspiciamus) distinctus fuerit, commodè ut possit sapius, qui volet, pausam inter legendum facere: visusq; vocis, aut spiritus reparandi causa, paulisper, ubi collibuerit, subsistere. Auctoris profecto interesse plurimum, didici: qui minus laboris haud dubiè capit, in plurimis licet, breuiusculis tamen illis Miscellaneorum siue lectionum, aut si quo alio nomine vocantur, exarandis capitulis. Enimvero non cuiusvis esse hominis, longiores ipsdem de rebus tractatus tanquam cōmunes locos conscribere, ij demum serio, vereq; intelligant, qui de se periculum hac in re aggressi modò fuerint facere: quam rem ut præstarem, ac exequerer sedulo: cum in superioribus, tum in hoc præcipuè tertio Semestrium, vsuuenit mihi. Verumtamen opera hoc quicquid est, impendisse bono (ut reor) publico, minimè pigebit: si ea modò tibi non ingrata futura est, nec vero de ipsa illud idem sentias, quod de Protogenis Ialysō (in quo pingendo septennium totum consumpserat) pronunciaffe Apellem Aelianus<sup>a</sup> prodit: ὁ πόντος μέγας, ἀπολείπειαι γε μὴν τῆς χειρουργίας ἢ χάρις. Quod si venustatem, & gratiam huic generi scriptionis, variæ observationes nouæq; mendorum minimè hæctenus animaduersorum castigationes adferunt: bona spes me tenet, fore, ut pro tanto labore, unde vel propter illas (quarum indiculum ipse singulorum sermonum exhibebunt periocha) permagna sit ad omnes peruentura delectationi permixta utilitas: non modica mihi, si tamen attentè legeris quæ prodo, vel statim abs te (Amice quisquis es lector) habeatur

<sup>a</sup> lib. 11. Var. histor. cap. 41.

habeatur gratia. Et quidem abs te, qui nos nostraq; diligis, ac probas: non itidem à barbaris leguleijs, qui quæ non percipiunt, protinus aspernari solent, non à Zoilis, & sui tantum amantibus æmulis, aliisq; compluribus. Quid enim? Expectabo scilicet in ista decrepiti, ac penè fatifcentis seculi colluue, ut inuidia quicquam aut malevolentia inuiolatum sit, cui sacer olim apud Romanos (sicut à Seneca<sup>a</sup> præclare scriptum alicubi) nec Rutilius fuit, nec Cato? non (ut anteriora repetam) Cimon apud suos Athenienses, b atque Themistocles? non apud Clazomenios ille omni virtutum genere præstantissimus Timestias? c aut Aretalogorum in morem, id curabo & enitar denique; plerisque omnibus ut placeam, è conferto illo vulgarium literatorum, ac sciolorum globo?

<sup>a</sup> In de vita beata, cap. 18.

<sup>b</sup> Vide Æmiliū Probum in Cimone atque Themistocle.

<sup>c</sup> Aelianus narrat lib. 12. Var. histor. cap. 9.

Non ego: nam satis est equitem mihi plaudere (quem admodum Horatius cecinit<sup>d</sup>) eruditionis nimirum varia studiosum cætum: quem sua virtus vulgi numero excipit, ac deducendum aliquando in Orchestram, hoc est, in lectissimum Critarum velut Senatorum peritissimorum ordinem, intereà mediis doctrinæ gradibus, unde aliorum spectata industria faueant, versoq; pollice obstrepentes & explodentes prohibeant, velut in equestri puluino collocavit. Vale. Tolosæ è suauissimo Museo nostro vergente Ianuario anni c I O. I O. X C I I.

<sup>d</sup> Lib. 1. Scrm. Sat. 10.

### Elogiorum Centunculus.

Non est quod mireris ex eadem materia suis quemq; studiis apta colligere: in eodem prato bos herbam querit, canis leporem, ciconia lacertum. Ego sanè id operam do, perscrutandis veterum scriptis<sup>e</sup>, ὡς ἐχὶ τὰς τῶν βυβλίων ἀκάνθας ἀναγιώσκων ἐκλέγω, ἀλλὰ τὰ χρησιμώτατα καὶ ἀκοῆς ἄξια. Etenim quod à Repub. vacui temporis habeo, non est cur mihi perire sinā: qui magni vatis<sup>g</sup> effa-

<sup>e</sup> Senec. ex Epistola 108. ad Lucil.

<sup>f</sup> Democriti ad Vlpianum apud Athen. lib. 15. Deipnos. fol. 289.

<sup>g</sup> Sen. ex Epi. 82. cuius initium, Desij iā de te.



<sup>a</sup> A I Maximū,  
lib. 5. Epistol.

<sup>b</sup> Horat. lib. 1.  
Serm. Satyra  
10.

tum *Vetus illud feci semper plurimi: Otium sine literis mors est, & hominis viui sepultura. Quin potius illos auersatus qui voluptatibus dediti, quasi in diem viuunt (sicuti Iunior Plinius<sup>a</sup> loquitur) viuendi causas quotidie finiunt: ipse posteros cogitabo, & nostri memoriam, quemadmodum antea feci, operibus conabor*

*extendere: sed ita quidem ut cum Flacco illo,<sup>b</sup>*

*iterum quæ digna legi sint*

*Per scribens, non me ut miretur turba laborē,  
Contentus paucis lectoribus.*

*immò vel uno saltem aliquo Musarum, non camillo  
sed cultore atque sacerdote, si non Antistite:*

*ἀλλ' ἕν, ἢ αὐτὸς τίς με καὶ ὀψιγόνων εὔειπτος.*

*quemadmodum ab illo, qui primas in istorum collegio  
tenuit, prudenter monitum volens meminisse.*

ELEN



## ELENCHVS CAPITVM

OMNIVM QVÆ TERTIO HOC

*Semestrium libro conti-  
nentur.*

- Cap. I. **M**ythotheologicum atque Grammaticum, quo sicuti duobus etiam sequentibus ob-  
scuri de Astarte ac cœlesti Ephesiâque  
Diana, sed & aliis aliquot diis gentium lo-  
ci è sacris & prophanis libris complures exhibentur  
& explicantur. pagina 1.
- II. Mythotheologicum istud & criticum: cui passim  
aliquot emendationes inditæ. 21.
- III. Mythologicum de diis, & criticum, itémque in ex-  
tremo nomicum. 39.
- IV. Logistoricum de diis, siue Grammaticum, in quo  
fœda è Plutarchi loco macula deletur. 56.
- V. Nomocanonicus sermo Theologicus & practicus:  
suis mendorū correctionibus interim exornatus. 65.
- VI. Nomicus hic sermo rotus. 73.
- VII. Nomicus hic quoque, sed & criticus, ut bona ex par-  
te in vulgata lectione locis aliquot legum asseren-  
da consumatur. 84.
- VIII. Tractatus partim ethicus & physicus: partim no-  
micus atque criticus siue correctorius. 93.
- IX. Hoc nomicocriticum caput; physicum, ac denique  
nomicum: iniectis vbique castigationum lumini-  
bus distinctum. 116.
- X. Hoc potissima ex parte nomicum, egregias interim  
aliquot obseruationes ac emédationes exhibet. 124.
- XI. Nomicus hic tractatus totus, sed qui suas itidem ipse  
castigationes in iure non pœnitendas præferat. 135.
- XII. Criticus siue correctorius. 155.
- XIII. Biperitus iste sermo, qui Phœcilomorphus totus:  
Grammaticus nempe siue Criticus, physicethicus,  
historicus; idémq; politicus, mythethicus ac Theo-  
logicus: eximiis & ipse castigationibus illustris. 166.

Commu

- XIV. Communis locus de his quæ fœmineo sexui vetita: nomicus atque historicus, obseruationibus aliquot ac emendationibus pellucidus. 190.
- XV. Criticum siue correctorium circa varios tam iuris ac Theologiæ, quàm aliarum literarum libros Græcos & Latinos. 205.
- XVI. Ethicus tractatus, de potestate in familiam & subditos, deque virtutibus Regiis, cui aliquot iniectæ obscurorum locorum castigationes, atque interpretationes nouæ. 219.
- XVII. Miscella de egregiis variorum principum dictis, factisque, ad moderationem & clementiam pertinentibus. 244.
- XVIII. Sermo ethicus, de artibus, hoc est, virtutibus Regiis, ut alter à proximo, historicus atq; criticus. 264.
- XIX. Sermo partim logistoricus, de mutilationis membrorum pœnis: partim ethicus de Rege aut Pontifice ac populo inuicem altero pro altero à Deo punitis, deque huius castigatione, bonis utili ac fœlice. 283.
- XX. Ethicus tractatus & logistoricus. 307.
- XXI. Nomicus ad Iustiniani constitutionem de adulterij pœna, tractatus prior. 320.
- XXII. Nomicus ad eandem Imperat. constitutionem alter tractatus, & verò practicus. 342.
- XXIII. Scholiastes siue obseruator hic sermo ad Suetonium. 353.
- XXIV. Tractatus *νομικός*, isque partim *ἱστορικὸς*, partim *ἐπιμνηστικός*: per quem, ea quæ nostra sunt, nobis denique asserimus. 372.
- XXV. Corona, quæ totius operis etiam Coronis. Sermo criticus penè totus, nisi quòd in imo est nomicus. 399.



# PETRI FABRI

SAN-IORIANI I. C.

CONS. REG. LIBELLORVM

EX-MAGISTRI ET IN SENATV

THOLOSANO PRÆSIDIS

Liber Semestrium

Tertius.


S V M M A.

Mythotheologicum atque grammaticum quo sicuti duobus etiã sequentibus obscuri de Astarte ac Cœlesti Ephesique Diana, sed & aliis aliquot Diis gentium loci è sacris & prophanis libris complures exhibentur & explicantur: atque hîc quidem.

**D**eum faciendi ius, aut nouas religiones inducendi, olim in Senatus, postea verò in principis potestate, apud Romanos. Adoptionis barbarico vetusto à Byzantini: Christianis renouato ritu (qui passim & in sacrosancto baptismo apud nostrates inualuerit) facta: duo insignia Græcorum historicorum testimonia: quorum alterum profertur. Ius trium liberorum quibusdam dijs concessum, ut possent ex ciuium Romanorum testamentis capere: adhibito Dione, Vlpianus in Institutionum fragmentis illustratur. Herodianus de Yrania siue Cœlesti explicatur. Phœnicus sermo diuersus à Græco: Syriacus quippe aut Syriaco proximus. De Belo qui & Baal. Lilia qua Susa: de quibus Athenas locus expensus aduersus Drusum. *Ἀσπερὶ* apud Herodianum. *κῆσα*. *Συδάρα*. *Συμὶθρα*. *Διότρος*. Peregrina vocabula ab auctoribus vetustis identidem surpata, Agathodæmonis Derceto Atargatis, Sparbofori. Luna Regina syderum & cœli. Ieremia ac Esaiæ loci. Duplex militia cœli. Tygurina exemplaria notantur. Apud Herodianum *Ἀσπερὶ*, pro quo videri reponendum *Ἀσπερὶ* de quo nomine variorum auctorum loci adferuntur. Notatus interim Suidas & Procopius circa etymologiam Astartes. De Syrorum dijs siue dæmonijs. Astarte qua Cœlestis, emendatus Suidæ locus. De lectione versionis Græcæ in cap. vij. Ieremie: utrum ea sit integra, disceptat. Astartes idolum ubi cultum. Vnde ductum id nomen. Ex lib. iij. Regum locus expostus, ubi de Prophetis lucorum, & alter ex lib. iij. Diana qua in lucis culta, idem quod Astartes nomen. De Luco ad Dianam. Syria ad ipsum in crypta, deorum aliorum fana ad lucos qui ex eo ipsi adorati. Lucar, de quo Plutarchi locus. Ludis præfuisse Pontifices & Sacerdotes. Templum Hierosolymitanum. Druides & Abasgi lucorum veneratores. Ori hodoxi Christiani, Druides verò, quippe quibus fœlix crucis arbor sacrosancto Dominici sanguinis visco perunita, eiusque signum in culum præcipue.

CAPVT I.

a Ad annū 1388. Lutetie Parisiorū ex-cuso apud Ioan. Richer.  
 b Boccat. & Gyrardo histor. Deor. itemque Natali Comite in Mythol. libris x. nuper editis apud Vvechel. anno 1581. c. ti. 12. qui hæc instituer. post.  
 d Quem videto lib. 2. de legib.  
 e Lib. 2. anti. vbi nulla sacra peregrina Romæ publicè recepta vt fit in multis vr-bibus, sed si qua aliunde introdu-cta ex oraculis suo more à ciui-bus coli, sicut in matris Idææ sa-cris, quibus ne-minem ingenuū esse Mitriacum aut matris mag-næ Orgiis ini-tiari Senatus de-creto id veran-te. At eorū mo-re coli à quibus accepta sunt, vt matris magnæ ex Phrygia, ex Græcia Cereris, Epidauro Aescu-lapij tradit Sex. Pōpei. Festus in peregrina. vide to & Val. Max. cap. 1. sub initiū vbi de Pop. Ro-vnde intelligen-dum istud Cice-ro. pro Sextio. Lege Tribunitia matris magnæ Pessinuntius ille Sacerdos expul-sus & exspoliat' sacerdotio est, &c. Adrianum Imper. Romam reuersum curaf se auctor est vi-tor in eius vi-ta, vt initia Ce-teris, Liberatq; que Eleusina di-citur Athenien-sium modo Ro-ma percoleret. Sic Deam illam quæ in somnis se Syllæ obtulit, siue Lunam, siue Mineruam, siue Bellonam Romanos ex disciplina Cappadocum colere Plutarchus memorat in Sylla fol. 336. editio. Stephan. f Cap. 5. g Cap. 2. fol. 12. pag. 2. edit. Paris. anni 44. apud Rob. Stephan. citatus à Zonara locus in Tiberij vita ad finem in fol. 176. Annal. tomo 2. h Cap. 16. i Homil. 66. col. 369. libri Lutetia impressi anno 81.



ENTILIVM quidem numinum origines exquirere, ac fabulas ipsa vetustate oppressas, penèque obliteratas eruere, tum deinde ad posteritatis memoriam libris etiam suis mandare plerique omnes vetusti patres Christiana religioni addictissimi, martyresq; adeò nonnulli nec impium, nec inutile esse censuerunt: cum ad gentes apologeticos, itemq; parane-ticos, & protrepticos sermones illos Ethnica omni Theologia varia-tos in vulgus proferri paterentur. Eos imitatus B. Augustinus Epi-scopus, & Christianus & religiosissimus in libris de ciuitate accura-tissimis longè anteuertit. Salua igitur, factaque ac tecta (quod dici-tur) pietate, liceat itidem nobis, qui sanctissimæ Trinitatis vnus ac solius veri Dei nominibus, eorumq; accuratæ enarrationi sermones duodecim libro integro vno nuper a publicato dedimus: aliquid de vanis, ac fictitiis gentium diis, aut potius dæmoniis tradere: liceat (in-quam) istud, nec obseruatum adhuc à viris doctissimis, b qui exal-ciantur huic materiæ potissimam ante aliquot annos operam sedulo nauarunt: nec porro à Iurisprudentiæ, quam profitemur, finibus dis-situm: & verò historiæ veteris Græcæ, ac Latinæ spoliis (pro nostro illo more, quem superioribus Semestrium libris tenuimus) ornatum, atque locupletatum exhibere. Deos hæredes instituere non possu-mus (ait Vlpianus c in vetustis institutionum, siue regularum frag-mentis) præter eos, quos Senatusconsulto, & constitutionibus prin-cipum instituere cōcessum est. Hoc autem ipse ita interpretor: Ne-mini ne Imperatori quidē sine Senatus autoritate, priuatas indu-cere religiones, aut nouum aliquem Deum consecrare, ipsiusq; me-moriæ, statuave diuinum nomen, & cultum tribuere apud Romanos fas olim fuit. Qua de re post Ciceroneim, d ac Dionysium Halicar-nassæum, e Tertullianus Apologetico, f sic ferè, *Vetus erat decretum ne quis Deus ab Imperatore consecraretur, nisi à Senatu probaretur, vt M. Aemilius de Deo suo Alburno, &c.* quæ verba his Græcis. Eusebius Ecclesiastica historia lib. ij. reddidit, g *παλαιὸν τὸ δόγμα μὴ δέναι θεὸν ἔπι βασιλείῳ καθιδρῆσθαι, πρὶν ἔπι τὸ συγκλήτῃ δοκιμασθῆναι. Μάρκος ἀμβλίου ἔπος πρὸς τινὲς ἐδῶλες πεπολιτικὸν ἄλλοθεν.* Idem ille non ita multò post h gentilem superstitionem subsannans statum Dei cu-iusque tum è Senatus æstimatione pependisse significat: hoc etiam addito, *Deus non erat quem homo consultus nolisset, & nolendo dammasset.* ὅτι παρ' ἡμῶν (vt est apud Eusebium illorum à Tertullia-no verborum interpretem) *ἀνθρώπειά δοκιμῆ ἢ θεότης ἀλλ' ἴδ' ἂν μὴ ἀνθρώπων θεὸς ἀρῶν θεὸς ἔγινε.* Beatus quoque Ioannes Chryostomus ad populum Antiochenum, i *Sic enim & idololatria principium cepit*

cepit (inquit) cum homines nimia supra meritum haberentur admi-rationi: ita tertium decimum Deum esse putauit Alexandrum Roma-norum Senatus. Hic enim hanc habebat potestatem Deos creandi & decernendi. Cum igitur ei omnia Christi opera renunciata fuissent, misit gentis princeps interrogatum, an ei videretur & ipse Deus decernendus. Illi verò non annuerunt indignantes & agrè ferentes quòd ante decretum & sententiam suam effulgens crucifixi virtus omnem terra-rum orbem in sui traxisset venerationem. Hoc autem & ipsis nolen-tibus dispensatum est, &c. qua de re ita Eusebius eo quem superius indicaui loco, τὸν ἢ Τίβεριον ἀνεγενεῖν μὲν τῆ συγκλήτῳ, θεῖνῳ δ' ἀπὸ (καθ' ἑαυτὸν) τοῦ λόγου, (ὅ) μὲν δοκῆν ὅτι μὴ πρότερον αὐτῷ τῆτο δοκιμασθῆναι ὡς πα-λαιὸ νόμος κεραιήκοτος μὴ ἄλλως τινὰ παρὰ ῥωμαίους θεοποιεῖσθαι μὴ ἔχει. Ἰσχυρὰ καὶ λόγῳ συγκλήτῃ δ' ἀληθεία, ὅτι μὴδ' ἔ' ἢ ἀνθρώπων ἐπιχειρῶν τε ἢ συστάσεως ἢ σωθῆναι. τ' ἔ' δ' ἔ'ς κηρύγματι ἔδ' ἔ'το διδασκαλία, &c. Vnde in hi-storia B. Apollinaris martyris Messalino vicario suadentis vt Chris-stum coleret, vicarium ipsi dixisse traditur; tu mihi persuadere non potes vt ego Deos sequar ignotos qui à Senatu præcepti non sunt. Vera ratus ( vt est apud Prudentium a ) quæcunque fiunt auctore Senatu. Senatum quidem Romanum olim Isis & Serapidis sana diruenda censuisse, quæ cum nemo attingere auderet, L. Aemilium Paulum Consulem posita prætexta securim arripuisse, templiq; eius foribus infixisse narrant historici. b Præterea cum integris adhuc in vrbe Roma moribus non esset qui peregrinas superstitiones dissolu-tis moribus appeteret, Bacchanaliorum sceleribus Ebutij adolescen-tis delatione patefactis; tunc nec Senatum cōsuli, nec leges Reipub. nec Consulem legibus defuisse Maternus Firmicus memorat, c sed inuestigatis omnibus, qui huius facti scelerata commenta tradebant, contra omnes seruos immò Romanos quæstionis examine capitalem pœnam de Senatus sententia fuisse decretam: Liberum patrem cum mysteriis, Cōsules Senatus auctoritate non modo vrbe, sed vniuer-sa Italia eliminauerunt: qua de re tota Linius accuratissimè libro nono atque tricesimo, vbi & istud: *Datum deinde consulibus nego-tium est, vt omnia Bacchanalia Romæ primùm, deinde per totam Ita-liam diruerent, extra quam si qua ibi vetusta ara aut signum conse-cratum esset. In reliquum deinde Senatusconsulto cautum est ne qua Bacchanalia Romæ nève in Italia essent, si quis tale sacrum so-lenne & necessarium duceret, nec sine religione & piaculo se id omit-tere posse, apud prætorem urbanum profiteretur, prætor Senatum consuleret. Si ei permissum esset, cum in Senatu centum non minus essent ita id sacrum faceret, &c.* quæ sequuntur. Sic & aliquot annis antea M. Aemilio Pr. vrbis negotium ab Senatu datum fuisse, vt externis nouisque religionibus populum liberaret, ex eiusdem Li-nij lib. xxv. percipitur. Serapidem, Isidem, Harpocratem cum suo Cynocephalo capitolio prohibitos inferri, id est, curia Deorum pullos. Piso & Gabinius Confs. turpium, & otiosarum supersti-tionum vitia cohibentes, euersis etiam aris eorum abdicarunt, si-cuti Tertullianus d refert. Huc quoque pertinet quod Paulus

a Lib. 1. in Sym-machum.  
 b Val. Max. li. 1. cap. 4. exemplo vltim. De Isis sacris vrbe pul-sis sub mortem Casaris. Videto Dionem lib. 42. sub Tiberio actū de sacris Aegy-ptiis Iudaicisq; pellendis, factū-que patrum cō-sultum vt 4000. libertini gene-ris ea supersti-tiōe infecta quis idonea aras in Sardinia vehe-rentur & reli-qua. Cæteri ce-derēt Italia nisi certam ad diem prophanos ritus exuissent auctor Tacit. lib. 2. An-nal. sacra Isaca ob stuprum Pau-lina: matrona à Decio Mūdo il-larum in tēplo Isis, vrbe pul-sa sub Tiberio. Mundus in exi-lium actus Isiaci morte multati teste Iosippo c. 4. li. 18. Archæo-logi. Alexander Seuerus vt in e-ius vita Lampri-dius narrat, Isidū & Serapium de-center ornauit. De pdigio quod Romæ in Isio e-uenit sub Anito Pseudantonino Helio gabafo vi-de Xiphilinum in eius vita folio 349.  
 c In lib. de my-ster. & erro. pro-phan. relig. c. 6. ad extremum. Ad hæc Baccha-nalia refero il-lud Pausaniæ La-conicis fol. 80. Aldini libri.  
 d In Apologet. aduers. gentes cap. 6. post Ci-ceronem lib. 3. de legib.

4 Cap. 4. lib. 7. sed videtur Philonem in legatione ad Caium, & que ex ipso scribit Card. Sigon. lib. 5. de republ. Hebr. c. 10. ad finem. Huc forsitan pertinet quod ex Annalium Taciti lib. 2. de sacris Iudaicis pellendis factum Senatufconsultum sub Tiber. ante monuimus: quos tamen partim in Sardiniam deportatos, partim Italia pulsos memorat: nisi quod Orofius Christianos à Iudæis distingere videtur. Seneca profecto epist. 108. ad Lucilium cuius initium. Id de quo, &c. Tib. Cæsaris principatu alienigenarum (inquit) gentium, sacra mouebantur, sed inter argumenta superstitionis ponebatur quorundam animalium abstinètia. b d. lib. 2. Eccl. histo. c. 2. fol. 12. pag. 21. & ab ipso etiam Zonara tom. 2. Annal. in Tiberio Cæsare ad extremum in fol. 170. c 1. Metamorp. fab. 10. de Ione in iuuentam mutata. Sic plebeios Deo dixit August. c. 11. lib. 4. de ciuitate Dei. d Extremo cap. 28. lib. 4. vide & lib. 1. cap. 15. e Sic vocatur apud Aug. lib. 7. de ciuitate Dei, c. 16. 17. 26. & 29. f August. lib. 8. de ciuit. cap. 5.

Orosius a narrat, cum Tiberius ad Senatum, cum suffragio magni fauoris retulisset, vt Christus Deus haberetur, Senatū indignatione morum cur non sibi prius secundū morem delatum esset, vt de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationē Christi recusasse, edictoq; constituisse exterminandos esse vrbe Christianos, Tiberiū tamen edicto accusatoribus Christianorū mortem esse comminatum. Quam historiam enarrans Eusebius Tiberiū de Christo in deorum numerum referendo itidem ad Senatum, cuius id ius vetustum fuit vt solus hac de re decerneret egisse, rogationemq; istam improbante Senatu Imperatorem in pristina de Christo sententia permanentem nihil atrocius aduersus doctrinam Christi excogitasse narrat. b Tertulliani tamē verbis in Græcam linguam translatis id ipsum adiicit quod ex Orofio retuli, Christianorum accusatoribus mortem esse comminatum, τάλην δ' οὐδ' ἀποσαμῆνός τῶν πρὸς ἀνελθέειν αὐτῶν ὁμοίων λόγου τ' ῥωμαίων βασιλῆς, τῶν πρὸς ἑαυτὸν καὶ πρὸς ἄλλους εἶχε γινώσκων τῆς ἰσχυρῆς, μηδὲν ἄτοπον ἦν τ' ἡ χριστὸς διδασκαλίας ἐπινοῶσα. ταῦτα Ἰουδαίων τῶν ῥωμαίων νόμος ἀπεβωκίως ἀνήρ τᾶτε ἄλλα φησὶ ἢ τῶν μάλα ἐπιβόητος λαμπρῶν, &c. τῆνοι ἦν λέγειν, &c. reliqua. Tiberius οὐδ' ἄλλο μᾶλλον (τ' τῶν χριστιανῶν) τῆ συγκλήτου ἐν ἐκείνῳ αἰὶν διδόντος ὡς τῶν ἀποστόλων ἀπέστειλε. ἢ ἡ συγκλήτου ἐπέδωκε αὐτῶν δεδουμένους, ἀπὸ τῶν δ' ἢ ἢ αὐτῶν ἀποπέσει ἑμῶν ἀπεκρίσας δὲ αἰὶν τοῖς χριστιανῶν κατήγοροις. At profecto duodecim illis non de plebe Diis ( quos apud Ouidium c Iupiter vocat) sed publicis pop. Rom. & antiquis ( quemadmodum Lactantius Firmianus d post Varronem apud Augustinum cap. xvij. lib. vij. de ciuitate Dei loquitur) ac selectis, e maiorūque veluti gentium Diis f publica scilicet auctoritate, immò communi omnium ferè nationum ac ætatum consensu tam superstitione consecratis: & verò promiscuè ac sine vlla distinctione omnibus hæreditatem, legatum, aut fideicommissum, aliudve quid mortis causa relinquere, quin iure ciuili pop. Rom. antiquitus licuerit, nemini dubium hactenus fuisse arbitror. Verumtamen si quis ipsa Vlpiani nostri superioribus adiuncta verba diligentius expendit: eum ego aliter mecum existimaturum esse in posterum, asseuerare ausim: ista quippe sunt, sicuti Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, sicuti Martem in Gallia, Mineruam Melientem, Herculem Gaditanū, Dianam Ephesiam, matrem Deorum Cybelem eam quæ Smyrnæ colitur, & cœlestem Salinensem Carthaginis. Ex quibus intelligitur nec omnes vtrique duodecim, sed ex iis aliquot, qui tamen certis in locis colerentur ius capiendi ex ciuium testamētis habuisse: & verò duo qui non essent ex duodecim Herculem, iuxta Latinos quidem & Græcos Theologos Ethnicorum, non item iuxta Ægyptios ( παρ' Αἰγυπτίους ἢ πάντων ἡ ἀρχαῖα τῶν ἢ τῶν πρῶτων λεγομένων θεῶν εἶναι. ἢ καὶ ἢ τῶν ἀποστόλων τ' ἀποπέσει λεγομένων, vt est apud Herodotum Euterpe: item ἐν τῶν θεῶν οἱ ἀποπέσει θεοὶ ἐγένοντο τ' ἡρακλῆα εἶνα νομίζουσι) ac Cœlestem: nisi tamen hæc appellatio cœlestis ad quempiam vnum è duodecim, pertinuit. Qua de re potissimum, sed ita vt alia plurima non iniucunda ( meo quidem animo) permisceantur, plenius disse-

rendum: de Diana item Ephesia non nihil, & Ioue Tarpeio, tribus his, quatuorve sermonibus habeo: vbi hoc prius adnotauero, quod scitu & animaduersione dignum censeo: stolidam siue Gracitatem siue Gentilitatem, quod olim inter homines iuris erat, hoc ipsam ad Deos quoque suos transtulisse: vt matrimonia siue connubia, vt adoptiones: gerere namque similitudinem hominum & mortaliū vultibus esse formatos ( vt scribit Arnobius a) alios mares, alios fœminas, quos & ex masculorum fœminarūque conuentionum lege genitos fatebantur, atque prædicabant. Nisi quod maiore aliquanto & augustiore forma solebāt, quàm esset plerumque hominum, Deos Deasque pingere. Vnde in apothecosi Herculis Oetai apud Ouidium b hæc legas:

Sic vbi mortales Tyrinthius exiit artus  
Parte sui meliore viget, maiorq; videri  
Capit, & augusta fieri grauitate verendus.

Et Iulius Proculus à patribus subornatus nuntiauit vidisse se regem humano habitu augustiorem, eumque mandasse ad populum, vt sibi delubrum fieret, se Deum esse, & Quirinum vocari, quemadmodum Lactantius c à Cicerone auctor est. Ac ne forsitan Olympionicarum statuarum pro numinibus colerentur, diligenter videbant Hellanodica, ne supra cuiusque illorum statuarum veritatem maiores, atque altiores eiusmodi statuarum fierent: sed ἰσομέτρῳ, d sicuti vigesimosecundo Agonistici sermone latius à me differetur. Quamobrem derisos à Seneca Ethnicos apud Augustinum e legas, sic ferè: Quid quod & matrimonia Deorum iungimus: & ne piè quidem fratrum scilicet & sororum, Bellonam Marti collocamus, &c. Quin & Athenienses Mineruam suam Antonio despondere voluisse ab Seneca f & Diogene g relatum est. De Hercule adulterino Iouis filio per Iunonis ipsum sinu excipientis, ac deinde marito Ioui ( vt est in fabulis) ex gentili siue barbarico adoptionis ritu tradentis, ministerium adoptato ( celebrando scilicet illi Christianæ in sacro sancto baptismo cæremonia, per quam verè in Dei filium tincti adoptioni, altera in susceptoris vtriusque seu quodam imaginario coniugio per libatione osculi fœderatorum filiolum, quasi minorem quendam filium, adoptio: vt per hanc nomen ipsi etiam fiat non sine gemina in sinum traditione, atque susceptione tincti adiungitur) ad togatos Tholosanos in solemnī purpura nuper egimus, h historici Graci i testimonio illustri ac singulari adhibito: cui possis & istum Zonara locum de adoptione Michaëlis Calaphatis quem auunculus Michaël Paphlago suafu Ioannis fratris Cæsarem atque ad eò Imperij successorem dicere statuerat, per Zoen Imperatricem coram Senatu apud Byzantium in adem Blacherniam conuocato cum ipso comitatu principis ( sic enim aliter atque Vvolsius fecit interpretor) eiusdē Ioannis impulsu facta per commodè ( vt videtur) adijcere, quando producta in medium, & intra cancellos sacrarij progressa Calaphatem adoptasse: ita vt vlnis ac sinu velut filium exciperet, traditūque Imperator Michaël Paphlago ad Cæsaris dignitatem promouisse,

a Lib. 7. aduers. gentes.

b Fab. 4. lib. 9. Metamorp. vide simile quidpiam apud Liui. lib. 8. vbi de Decio qui se deuouit.

c Cap. 15. lib. 1. Instituit.

d Verbum Platonis. in Phædro vbi φησὶ εἰκότων. e Cap. 10. lib. 6. de ciuitate Dei vide item c. 10. li. 4. videtur hac ipsa de re Pliniam quoq; ca. 7. lib. 2. natu. histor.

f Lib. 1. suafor. sub init.

g Lib. 48.

h Arrestis generalibus sub festum Pêtecostes anni 1586. i D. S. Bibl.

a Annal. tom. 3. in Michaële Paphlagonē folio 191.

atque hoc nomine salutatus illico à concione tota fuisse ab histori- co, a in hæc omnino verba memoratur : Σιωπήθησαν μὲν εἰς τὸν ἦν βλα- χέηναι θεῶν καὶ ἢ γενομένη ἐν προσηύδα μᾶλλον. καὶ οἱ πληθύντες τῶν τάξων διὰ τῶν βασιλέων. ἦν ἡ μέγιστος ἡ βασιλῆος προσηύδα, καὶ ταῖς κηλοισι γενόμεναι ἢ θυσιασθεῖς, διαβῆναι ἐπισηύδα τὸν Μιχαήλ, ἢ ὡς ἔθω ἀγαλλίσει. ὃ ἡ ἀποκράτωρ αὐτῆνα τῶν προσηύδα καί (αὐρα, καὶ τὸ ἀθροισμα ἐπισηύδα μισον. A principi- bus ad Heroas & fictitios Deos vt reuertar; post illam Herculis ἡθε- σίαν, vt per adoptionem patri Ioui filius tam esset legitimus, quam si è Iunone coniuge procreatus, ac editus foret; Hebem Herculi à Iu- none in matrimonium collocatam traditur. Queret fortasse quis- piam, quò hæc pertineant? Nempe huc, ne istud mirum videatur, si ius trium liberorum quoque sine quo post leges Iuliam, Papiamque Poppæam inter ciues Romanos testamenti factio non fuit ab homi- nibus ad Deos translatum dixerò: non ad omnes tanten in vniuer- sum, sed ad quospiam ex tanto numero, quibus id tribuendum Im- peratores (quæ Senatus olim Romani auctoritas, ac potestas fuit) existimassent.

b Lib. 55. sub initium.

Ac de iure quidem liberorum ipsis etiam Diis concessio, apud Romanos, vix alius in omnibus vetusta historiae monumentis locus ostendi possit, præter istum Dionis, b cuius hæc omnino verba sunt, quæ ab antiquitatis Romanae ciuiliſque Iurisprudentia studiosis ex- pendi, ad eorum quæ superius àtuli confirmationem, cupio: οἷς ἢ ἀν- τὸ Διαιμόνιον εἶπ' ἔν' ἀνθρώπων εἶτε γυναικῶν μὴ δῶ τ' ὡσαύτως (δῆλον ἦν τῆς) τενῶσαι τῶν τισὶν ὃ νόμος ὑπότ' ἔδωκε μὲν διὰ τ' βασιλῆος, νῦν ἡ δὲ διὰ τ' ἀπο- κράτωρος τὰ τ' γεγονυῖα δὲ δικαιώματα χαλεπῶς ὡς σφᾶς μίτε τοῖς ἀπαυδίας ἐπιτιμῶσι γνέσθω, ἢ τὰ τῆς πολυπαυδίας ἀδλκα πλὴν ἄλλων τινῶν καρπῶν. Sequitur de Diis quod dixi, καὶ αὐτὰ ἐκ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ ἢ θεοὶ εὐεί- σωται, ἢ αὐτὸς τὶ αὐτοῖς τελευτήων καταλίπη, λαμβάνουσι. Cœlesti autem Salinenſi Carthaginis, cuius Vlpianus noster commemorat, ius trium liberorum illud de quo diximus, vt eius honori licitè vltimis ciuium Romanorum iudiciis quippiam relinqueretur; ipsa demum eiusdem Vlpiani ætate (qui sub Alexandro Seuero floruit) concedi cœpisse auguror, coniectura ex eo ducta quod qui eum Principem proximè præcesserat Pseudantoninus Alagabalus siue Heliogabalus c (qui & Sardanapalus nuncupatus monstrum Imperatoris nulla virtute re- demptum à vitis) Vrania siue Cœlestis signum à Phœnissa Didone cum Carthaginem antiquam conderet olim consecratum, ex Africa ipse ( vbi summo in honore id habitum) asportari ad se iussit. Immo etiam ex illa prophana vetustarum circa Deorum nuptias fabularum credulitate, de qua modò verba fecimus, imaginario quodam con- nubio, sed superstitiosis tamen sauarum caremoniarum solemnibus adhibitis Deo suo Heliogabalo, quem præcipua veneratione in lara- rio, & palatij ( vt apud Victorem d est) penatralibus colebat, conciliatum voluit. Qua de re verba Herodiani optimi haud dubiè histo- rici vt proferam simulque castigem, quod poterit, castigata verò ex- plicem atque constituam; haud leue operapretium duco. Equidem subtilis harumce rerum, ac diligens indagatio, totusq; ille in Græcos omnes

c Sic vocatur à Victore in Ca- saribus.

d In Casaribus vbi de M. Anto.

omnes historiae Romanae auctores vetustos perpurgandos labor, cu- ius aliquam non vulgarem istius etiam libri aliquot locis significa- tionem forè an daturus sum; quanti constet egomet mihi sum conscius.

Illam igitur habent sic ferè: τῆς θραυίας τὸ ἀγαλλία μετεπέμματο σεδόν- των αὐτο ὑπόφωτος Καρχηδονίω τε ἢ ἢ τῆ τῶν λιβύων ἀνθρώπων. φασὶ ἢ αὐτὸ Διδῶ τῶν φοινίκων ἰδρύσασθαι, ὅτε δὴ τῆν ἀρχαίαν Καρχηδῶνα πόλιν ἐκτίσει βύρσαν κατάμεισαν. λίβυες μὲν δ' αὐτῆν θραυίαν καλεῖσι; φοίνικες ἢ Ἀφροδίτην ὀνομά- ζουσι: σελίνην εἶναι δὲ λέγουσι. In quibus istud Αφροδίτην cum sit originis Græcæ vocabulum, iam tum ab eo tempore suspectum habui, quo primùm in illum Herodiani locum incidi: nec iniuria, vt videtur, quando id Phœnicibus tribuitur, quorum sermonem à Græco di- uersum fuisse, licet ab ipsis in Græciam literarum characteres trans- latos à Cadmo a non ignorarem, vel ex eo Flauij Iosippi b ( siue is Iosephus est) loco, mihi quidem constiterat in quo de Galilææ re- gione xx. oppida continente, quam Tyro vicinam Chiramus Tyri Rex sibi dato Salomone noluit accipere, sic ferè scribit: ἀς ἐπιβῆναι ἢ καταπόσεως ἔρωμαι ἢ διωσαρσησας τῆ δλωρεῖ πέρμλας πρὸς Σο- λωμῶνα μὴ δέεισθαι τ' πώλεων ἔλεγον, καὶ ἐν τότε πρὸς ἡγο, εἰθῆσαν χαβαλλῶν γῆ μεθ' ἑμὴν λυβέων ἢ τὸ χαβαλλῶν ἢ τῆ φοινίκων γλῶτταν, ἐκ ἀρῆσιν σμμάει. Græcis namque verbis Phœnicium agri ab eo quod non placuisset nomen interpretatus est optimus, & fidelissimus historicus, qui sta- tim & Menandri cuiusdam, qui è Phœnicæo sermone Tyriorum ar- chia Græcè reddiderat, verba Græca profert, sicuti vaccam, thor à Phœnicibus nuncupari Plutarchus c tradit, vbi de Apolline Thurio θωρ ἢ οἱ φοίνικος (inquit) τῶν βοῶν καλεῖσι. à quo præ ceteris laborioso animali veteribus forsitan Hebrais ita dicto, laborare & laborem sic efferunt deductis inde vocabulis תְּרַחֵם tharach, & תְּרַחֵם thorach, Deuteronomij 1. & Iobi 37. & Esaiæ 1. cap. quamuis aliter ab inter- pretibus redditum non ignorem sententiam potius quàm etymon genuinum & propriâ significationem exprimere nitentibus, sed ne ab instituto sermone longius discedâ, Iulianus Cæsar ad Sallustium de Phœnicum religione differens d Edeſſenum agrum antiquitus in Syrophœnicia Soli sacrum vbi & Monimus & Azizus, hoc est, ex Iamblichi interpretatione, Hermes qui Mercurius & Ares siue Mars, assessores Solis & comites colantur tradidit: οἱ τῶν ἔδεισαν ὀμοῖωτες ἔδωκεν ἢ αὐτῶν ἢ ἡλῆς χωρίον, Μόνιμον αὐτῶ ἢ Ἄζιζον συγκυβερῆσαι, ἀνιτῆσθαι φασὶ Ἰαμβλίχου, &c. ὡς ὁ Μόνιμος μὲν Ἑρμῆς εἶναι. Ἄζιζος ἢ Ἄρης ἡλῆς πᾶ- ρεθροι πολλὰ ἢ ἀγαθὰ ὡς περὶ γῆν ὑποχευέοντες τόπων. Et postea, ἐγὼ ἢ ὅτι ἢ Ἄρης Ἄζιζος λεγόμενον ὑπὸ τ' οἰκόντων τῶν ἔδεισαν Σύρων ἡλῆς προσηγορίᾳ καίπερ εἰδῶς ἢ πρὸς τῶν ἀφῆσθαι μοι δλοῶ. Eusebius profectò aut Syriacâ fuisse Phœnicum linguâ, aut parum certè à Syriaca recessisse de præ- paratione Evangelica e scribens præclare docuit verbis Philonis bi- blij, qui Berytij Sanchoniatonis historiam Græcè interpretatus est, de Phœnicum Theologia relatis: in quibus hæc legas, καὶ ἐν τῆς αὐτῆς συμ- πλοῆς τ' πνεύματος ἐγένετο μὲν τῶ τῶ τῶ φασὶ ἰλῶν. Et postea, ἢ ὡν ἐγένε- το ἴσα νοερά, καὶ ἐκλήθη ἴσφασαμῶν τ' τ' ἔστιν θραυῖς κατόπται: & statim vbi

a Vide Suidā in γράμματα post Flin cap. 56 lib. 7. S.oli. Polyhist. cap. 13. ac præ ceteris Herod. lib. 5. b Lib. 8. Iudaï. antiq. cap. 2.

c In Sylla folio 847. exemplar. Stephan.

d In Hymno 56 lis fol. 34. & fol. 40.

e Lib. 1.

a Lib. 1. in Ofca de Belo à Baby- loniis & Assyriis culto, vide La fant. lib. 1. cap. vltimo.  
 b Sermo. 55. c. 2. in Lucam de ver- bis Domini.  
 c Lib. 1. de an- tiquit. Iudæ.  
 d Intellige ma- re rubrum ex Herodoro lib. 7. Plin. c. 22. lib. 4. & Solin. cap. 26. Polyhysto. Maris autem Phœnicij mentio apud A- chilleum Statiuum initio lib. 1. de Clitophonis & Leucippes amo- vbi Sydonios à Thebanis oriū- dos ad mare Af- syrium ait inse- disse, postumq; Sydonium de- scribit.  
 e Lib. 8. sed D. Hieronymus in quaestio. siue tra- dit Heb. in Ge- nesi de Chanaan prim' natus est Sydon, inquit, à quo vrbis in Phœ- nice Sydon vo- catur.  
 f In lib. de vrbi- in Sesa, sic de vnguentis odo- ratis agens Cle- mens Alexand. extremo cap. 8. lib. 2. pedago- gis. *οὐ μὲν γὰρ (ait) ἐκ ἁρπύων ἢ ἀρπύων.*  
 g Lib. 12.  
 h Druis cap. 8. lib. 12. obseru. à lib. 2. in Mat- k Vide Hieron. lib. 4. Commen- in B. Marth. c. 23. I. Euterpe. m Epistol. 27 ad Eustochium in epitaphio Paula- maris col. 227.

vbi de Sole *ἡ φησὶ δὲ ἄρ' ἑνὸς ἡνὸς ἑρανοῦ κίβητος βελισάμην καλῶν- τες δ' ἐστὶ παρὰ φωνίξιν κίβητος ἑρανοῦ, ζεὺς ἢ παρ' ἑλλήσι.* Vbi postremum istud de Beelsamen admodum scite à B. Augustino etiam traditur in libro Iudicum, eo loco ex quo verba inferius proponere certum est. Rursum autem idem Eusebius sub finem eius libri: & iterum lib. 4. verba Philonis recitans ex libro primo Phœnicum historiae Κρόνου, siue Saturnum à Phœnicibus Israel vnigenitum Ieud nuncupari me- morat. B. quoque Hieronymus alicubi de Belo, à qui Hebraicè Bel dicitur: *Hunc Sidonij & Phœnices*, ait, *appellant Baal qui idem sit qui Belus: & statim. Baal autem Græcè ἔχων, Latine habens, inter- pretatur.* Vnde Baalim, me habens D. ipse Augustinus. Mammona verbum esse cognatum linguæ Punicæ (Phœniciam intelligens) ali- cubi b tradit, hoc addito: *Ista enim linguæ sibi significationis qua- dam vicinitate sociantur*: verum quid apertius, quam quod Chæri- lus Poëta vetustus apud Iosippum c nationes quæ aduersus Græciâ Xerxi bellum gerenti militarunt enumerans Iudæos montana Soly- morum & Asphalitem ad lacum incolentes lingua Phœnicum lo- cutos asserit:

*Τῶ δ' ἔπειθε δειθῶνε γένεθ' ἑαυμαζόν ἰδέσθ' ἡλώσαν μὲν φόνιασαν ἀπὸ φομάτων ἀφροντες ἀκείλ' ἢ σολίμοις ὄρεισι παλατέμ' ἢνὶ λίμνῃ. &c.*

Huc accedat quod Tyrriorum gentem à Phœnicibus conditam qui terramotu vexati relicto patrio solo d Assyrium stagnum primo, mox mari proximum litus incoluerint, condita ibi vrbe, quam à piscium vbertate Sydonia appellauerunt. Nam piscem Phœnices Sy- don vocare à Iustino e traditur. Denique quod lilia à Phœnicibus Susa nominari scriptum in magno Etymologico his admodū ver- bis Græcis *τὰ λιλία ἐπὶ τῶν φωνίκων σούσα λέγεται.* Qua de re, vt hoc quoque leuiter exponamus cum ita Stephanus Byzantius f vrbem Persidis illustrem Susa scilicet à Memnone constructam nomen ha- buisse dicens *ἀπὸ τ' κείνων (ἀ πολλαὶ ἦν τῆ χόρα περὶ τὴν ἰκίην, addit σού- σαν τε αὐτὸ καλοῦσιν οἱ βάρβαροι)* non aliud sensere Aristobulus & Cha- res apud Athenæum, s si optimi auctoris verba, ita vt oportet ex- plicentur: quo loco *Σούσα γὰρ ἔστι τῆ ἑλληνικῆ φωνῆ κείνων*: quod quo- niam ab eruditissimo viro h nunc nuper minimè perceptum fuit, cum Hieronymiano tamen isti sermoni i profus respondeat, Bario- na in nostra lingua sonat, filius columbæ. Item k Barachia in lingua nostra benedictus domini dicitur. A c istis Herodori l verbis de Iside quod esse nomen Ægyptium constat, *ἰσὶς δὲ ἐστὶν ἡ τῆ ἑλληνικῆ γλώσ- σαν δημάτηρ*, vt his omnibus locis tota oratio ad posterius referri nomen debeat: propterea dignum adnotatione, atque ista scriptio- ne nostra credidi: alioqui sanè auctorum verba minimè captanda, sed quid eorum quisque dicere voluerit, attendendum esse quis non censet? s preter scripturæ ordine? sicuti cum D. Hieronymus m Se- saften, id est, Samariam in honorem Augusti ab Herode, Græco ser- mone Augustam esse nominatam scribit.

Nec tamen ad inficias eo *τὰ Ἀργεῖα γὰρ* apud Herodianum leuiter posse

posse tolerari. Nam & interdum peregrina vocabula cum volet vsus, donantur ciuitate, vt non modò peregrina vel Græca in Latinum: a sed & Latina in Græcum idioma transeant: quo genere Imperatores b quosdam vestes Græco nomine vocari crustas à Latino scribunt. Et apud ipsum B. Lucam c Sudarij & semicinctij nomen à Latina in Græcam vocem translatum, quo loco *ὡςτε καὶ ἐπὶ τῶν ἀσθενούντων ἐπιφέ- ρεσθ' ἀπὸ τ' χυτῶν αὐτοῦ σὺδ' ἀργεῖα, ἢ σικκινίθια*: itémque apud B. Ignatium desertoris vocabulum: vbi Polycarpo Græcè sic scribit, *ἀπέσκηρε ὃ δ' ἑρατίουθε ἀφ' ἑ καὶ τὰ δ' ἑλθόνια κωμίσθητε μὴ τις ὑμῶν δεστέρω ἐυθεθῆ*: vt de tituli denarij, quadrantis, assarij, coloniar, centurionis, pratoris, custo- diae linthei, flagelli census, ac similibus que in sacrosancto Euangelio d passim reperiuntur, vocabulis taceam. Præterea classici quoque auctores id sibi sumere comperi vt *ἀλλόφυλα* vocabula, & cum alie- no loquuntur ore: suo tamen idiomate ipsi proferant, eòve quem no- tum habent atque familiarem. Igitur Eusebius alicubi e de serpente agens *ὃ δ' ὄφεις (ait) ἰδὶα θανάτῳ εἰ μὴ βία τινὶ πλὴν τούτου τὸ ζῶον φο- νῆται ἢ αὐτὸ ἀγαθῶν δίκαιων καλοῦσιν δμοίως ἢ ἀγύπτιοι κνήφ' ἑπογομάζουσι.* Et hac ipsa de re Lampridius in Heliogabalo, *Ægyptios* (inquit) *dra- cunculos Romæ habuit, quos illi Agathodæmonas vocant*: cum ta- men vox, *Agathodæmonas*, Græca sit non Ægyptia vel Phœnicia. Nec absimiliter Deam illam Syria, quæ Atargatis à Syris, à Græcis autem Derceto vocatur (vel ipso teste Plinio lib v. f naturalis histo.) à Syris tamen Dercetonem dictam (quod nomen vtique Græcum esse constat, sed Syriacæ potius quam Græcæ originis, vt arbitror, at- que à Syriaco idiomate, in Græcam linguam aliquatenus deflexum) Diodorus Siculus in hæc verba tradit, s vbi de palude Ascaloni pro- pinqua in Syria: *παρὰ ἢ ταύτην ἐπιάρχη τέμωνεθ' δεῖς ἐπιφανῶς, ἢρ δυο- μάσσηρ εἰ σίβηοι δ' ἑρανοῦ.* Istud profectò *Δερκετοῦ* nomen à Ctesia esse, qui Græcè scripsit, ex Athenagora h in defensione pro Chri- stianis, & multò etiam apertius à Strabone i colligitur: quo loco ta- men Attaram idiomate Syriaco nuncupatam innuit. Vnde inflexum Atargatidos vocabulū, cuius vice Græci Dercetonem substituerint. Sic Philo in Flaccum, Alexandrinos virgis cædi ab Alexandrinis li- ctoribus quos vocant Spathoforos. Hoc autem verbum minimè Ægyptium esse, ipsa eius notatio prodit. Ac ne longius abiero: sicuti de Chufais ex Hermopolitana Ægypti præfectura Venerem colen- tibus locutus Ælianus: k ita Herodianus ipse illo quem tractamus loco, de Afris seu Pænis dixit, *ὅτι ἑρατίαν καλοῦσι*: quos tamen vt & illos Græcè non locutos nulla est dubitatio. Et Plautus l Pænulo, Punicè sermocinantem Hammonem inducens, apertissimè demon- strat. Huius autem rei rationem si quis accuratius inuestigauerit, non facile aliâ reperire meliorem queat: quàm illa sit, quæ à Plutarcho m his totidem verbis refertur: quanquam de vocabulorum termina- tione potius, quàm tota ipsorum fictione videtur voluisse differere, *ὃ δὲ ἢ δ' αὐμῆσσηρ (ait) τ' ὀνομάτων τῆν εἰς τὸ ἑλληνικὸν ἀνάπλασιν, καὶ ἢ ἄλλα κῆρια τοῖς μεθεσάμλοις ἐν τῆς ἑλλάδος σινωκεπσοῦντα μέχρι νῦν παραμένει, καὶ ἔστιν ἐν τῆ παρ' ἑτέροις: ὡρ ἔνια τῆν ποιητικὴν ἀνακαλιμῶν δ' ἀβάλλουσι ὡς*

a Vt Parasangas angarias & pa- rangarias dici- mus.  
 b l xj Cod. Theodos lib. 15. tit 7. de Scenic. c Act Apostoi. cap. 9. vers 12.  
 d Cap. 5. Euang. Secū Matt. vers. 26. & c. 27. vers. 26. 27. 63. & 66. Luc. cap 12. ver. 6 Ioan. cap. 13. vers. 4.  
 e Lib. 1. de præ- par. Euang. ad finem.  
 f Cap. 23. vbi de Syria Calest. agit.  
 g Lib. 2. Biblii. sub initium.  
 h vbi de Semi- ramide agit. i Ad fin. lib. 16.  
 k Lib. 10 de ani- mal cap 27.  
 l Act 5. Scen. 1.  
 m Lib. de Iside & Osiride.



Quæ omnia vtvt se habeant; nihilominus equidem apud Herodianum nostrum, vt expungendam vocem illam Ἀστάρτην, ac eius loco reponendum τὸ Ἀστάρτην affeuerem; constare mihi rationem arbitror: etenim ista vox cum planè Syriaca sit, aut saltem à Syriaco vel Hebræo potius idiomate detorta: quo & Aastéreth, & Aestarothe profertur; ita vt greges, diuitias, coronam, lucos & alia quæpiam significet: non potest nominis huius Astarte, quam Sudas affert ab astro deducta etymologia, non ridicula videri: vt ad Ἀστάρτην illud potius aspexisse, quod isto ex Herodiani loco expugnandum aio; quàm de Astarte sedulo cogitasse ipsum aliquis merito iudicet, cum ita scribit, Ἀστάρτη ἢ τὰρ ἑλληνισμῷ Ἀφροδίτη λέγεται, ἢ ἄστρα τῆν ἐπιωνυμικῶν πεποιθὲς. ἀστὴρ δὲ εἶναι ἢ ἐξασφοροῦ μυθολογούσιν. Verumtamen hanc probasse videtur etymologiam Procopius etiam Gazæus, ad illud, & lucos Astaroth ex libro j. Regum. Vbi aquila Astarthæ statuas reddit (inquit) sic autem Venerem à sidere denominauit Procopius Græcè ἀπὸ ἄστρα (vt opinor) ad etymon aspiciens omnino scripserat: quod & ista quæ subiicit euincunt, cum illis Suidæ congruentia; Luciferum enim ipsius fabulantur. Caterum præterquam quòd Ἀστάρτης vocabulum ab auctore illo vetusto ac probato vsurpatum, vix ac ne vix quidem reperias: meam castigationem adiuuat, non tantum Achilles Stadius; qui lib. j. de Clitophontis & Leucippes amoribus statim in ipso initio, vbi Sydonium portum ad quem eiectus fuerat describit, Phœniciorum Diuæ quam Sydonij Astartem nominant, mentionem facit: verum etiam Lucianus; qui de Dea Syria ἡν δὲ (inquit) καὶ ἄλλο ἴδιον ἐν φωνικῇ μέγα, τὸ Σιδωνιοῦ ἔχουσι, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι. Ἀστάρτης ἔστι. Ἀστάρτη δὲ ἰγὼ δυνάτω σιδωνίων ἑμμελῆται. Tam Lucianus quàm Herodianus Lunam esse, quæ à Phœnicibus colatur, asserunt. Ergo vt horum Deam ille Astartem ab ipsis vocatam memorat: simile vero est, hoc & ab Herodiano de illis agente traditum; vt Ἀστάρτην potius, quàm Ἀστάρτην scripserit. Præsertim cum Auitus ille Pseudantoninus apud Herodianum, Lunam hanc Σολί, Deo scilicet, demonio, aut idolo suo vellet matrimonio iungere: quem Heliogabalum, Phœnicia itidem lingua nuncuparet. Nam Heliogabalum (teste Lampridio <sup>a</sup>) Phœnices vocant Solem: quod ipsum ab Herodiano lib. v. histor. <sup>b</sup> sic ferè scriptum memini; vt ab Emesæ vrbis Phœnicis incolis Solem sub illo nomine adoratum tradat: vbi de Bassiano & Alexiniano, siue Alexandro, ἰδρῶντο ἢ αὐτοὶ (ait) θεῶ ἡλίω: τοῖσιν δὲ αἰ ἐπιχθόνια σέβου τῆ φωνικῶν φωνῆ ἐλαγαγάβαλαυ καλοῦσιν. Adest mihi succenturiatus ex ethnicis adhuc vnus (vt Varronem <sup>c</sup> mittam) M. Tullius; <sup>d</sup> qui vbi de quatuor Veneribus: *Quarta Syria* (inquit) *Tyròque concepta, quæ Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse traditum est, &c.* vt Africæ cœlestem, de cuius vate apud Carthaginem Capitolinus in Macrino loquitur, ita Syriæ Astartem Deam fuisse Tertullianus <sup>e</sup> & Minutius Felix Octauio referunt: sed ita vt non ideam vtrobique numen fuisse (sicut Herodianus tamen prodicit) annuant. Vnicuique etiam prouinciæ & ciuitati suus Deus est (ait ille) vt Syriæ Astartes; vt Arabiæ Dysares; vt Norici Belenus;

<sup>a</sup> In Opilio Macrino.  
<sup>b</sup> In Macrino. fol. 112. libri à Stephano excusit.

<sup>c</sup> Lib. 4. de lingua Lat. ex Ant. Aug. castigatio.  
<sup>d</sup> Lib. 3. de natur. Deor.

<sup>e</sup> Cap. 23. quod sic legendum vt Pet. Pythæas noster castigauit li. r. adu. c. f. sub sehu. cap. 4.

vt Africæ Cœlestis. Quod Astarti seu Astartibus non minus quàm Dagoni & Baalim Syri seruierint cultumque diuinum superstitione præstitierint plurimis sacrosancti fœderis vetusti locis <sup>a</sup> comprobatur: quorū verba hinc afferre atque congerere nihil attinet; nec moris est mei: quando ipsos passim esse omnibus obuios intelligo. Illos potius aliorum auctorum, qui aut nostram, vt integritati suæ restituantur, opem implorant; aut non ita omnium manibus tenentur, & nostram tamen illam ad Herodianum coniecturam stabiliunt, locos placet expromere. De Astarte Eusebius ex Phœnicum Theologia sic alicubi <sup>b</sup> differit, vt eam Saturni coniugem septem Titanidum, siue Artemidum matrem, duorumq; filiorum Pothi, & Erotis, filiam verò cœli doceat. Vnde meritò quis (vt opinor) ipsam & Vraniam & Cœlestem ab Vrano, siue cœlo nuncupatam ausit asserere: Phœnicibus vicini Palæstini, & Syri cateri ac in his Iudæi, qui à vero Deo defecerant, idem Astartes numen coluere. Flavius itaque Iosephus extremo lib. vj. ἰσθαιῖς ἀρχιολογίας victoriam Palæstinorum de Saulo narrans, vni quod Astarti dicatum erat commeminit; καὶ τὰς μὲν παροπλίαις αὐτῶν (ait) ἀνέθικαν ἐς τὸ ἀστάρτην ἰσθῶν. τὰ ἢ σέματα ἀνεσθάρωσαν πρὸς τὰ τέχνη τῆς Βιβλοῦ πώλεως. Tertullianus etiam Scorpiaco, <sup>c</sup> *Defuncto Iesu Name* (inquit) *derelinquunt Deū patrum suorum & seruiunt idolis Baalim & Astartis.* Apud Suidam Astartis duobus adhuc locis <sup>d</sup> in hæc verba fit mentio: Ἀστάρτη θεὸς Σιδωνίων, ἢ χημὸς θεὸς Ἀμμωνίων οἱ ἐλάτρουσε Σολομών, &c. vbi reponendum esse, καὶ χημὸς θεὸς Μοαβιτῶν, ἢ μολοχ θεὸς Ἀμμωνίων, tum ex vetusti testamenti <sup>e</sup> sacrosancti veritate, tum ex ipsius historia Cedreni, mihi quidem iam dududum constitit, & Moab esse ciuitatē Arabiæ, quæ nunc Areopolis nominatur Hieronymus docet in lib. de nominibus Hebraicis: Adramelech verò Assyriorum idolum, quod & Samaritæ venerati sunt. Hoc autem & Moloch <sup>f</sup> idem esse arbitror. Quibus omnibus veteris memoriæ testimoniis (vt sentio) grauissimis permotus, equidem existimauerim haud longè aberraturum esse à lectionis, præsertim dubiæ, ac ab Hebræo contextu prorsus diuersæ veritate; si quis in Græca Septuaginta virorum ad cap. Hieremias septimum interpretationē (quam tamen ita vti se habet ferri posse, iam satis à me superius ostensum est: vel eo quòd ab ipso D. Hieronymo agnoscitur) pro *στάρτην* maluerit literis iisdem traiectis Ἀστάρτην legere: cum Astarte cœli proinde dici potuerit, vt Vraniam Cœlestem à Carthaginensi Episcopo Fulgentio nominatam scio: <sup>h</sup> quanquam hoc quidem ipse, vt certum non habeo, sic aliis esse arbitrarium volo. Astaroth, siue Astartes idolum non in Syria modò sed etiam in India cultum, ex Abdiæ Babylonij Apostolica historia didici, quo loco: <sup>i</sup> *In Indiam ergo veniens Bartholomæus Apostolus, ingressus est templum India in quo erat idolum Astaroth, & quasi peregrinus ibidem manere cœpit.* Quin & in Æthiopia ipsa rem ei diuinam antiquitus fieri solitam ab ethnicis, inde coniicio; quod Astartes in Æthiopia insula mentionem fieri apud Stephanum Byzantium, <sup>k</sup> siue ipsius decurtatorem Hermolaum didici: sic

<sup>a</sup> Lib. 3. Reg. c. 11. vbi Nic. Lyran. & lib. 4. c. 23. & Hierony. cap. 48. & lib. Iud. cap. 2. & 3.

<sup>b</sup> Lib. 1. Præpar. Euang. fo. 24.

<sup>c</sup> Aduer. gnosti.

<sup>d</sup> Vbi de Astarte, item vbi de Salomone, meminit & Philastrius Brixienfis in lib. de hæres. vbi de Astartis fol. 9. de Asthar & Astaroth. <sup>e</sup> Hierem. c. 48. & 49. & Regum lib. 3. cap. 11. <sup>f</sup> in compend. histor. fo. 79. <sup>g</sup> Cuius apud Lucam mentio actum Aposto. cap. 7. vers. 43.

<sup>h</sup> Sub initi. lib. 3. Mythol.

<sup>i</sup> Init. lib. 8.

<sup>k</sup> In lib. ἐθνησθῶν siue ἐθνησθῶν.



ferè, Ἀστάρτη νῆσοι ἐν ἀθιοπία μαρκιαὸς ἐν πρὸς πλω παρῶν, ἠντὲρον ἀρχή), Αἰθιοπία ἢ Ἐπερ Αἴγυπτου, ἀπὸ ἧς βασις ἀνὸς ἀνδρέχθαι τριώνωρον ὄργου. Ἡ δὲ ἔδοτο νῆσοι Ἀστάρτη τὸ ἐθνικὸν Ἀστάρταϊος ἢ Ἀστάρτιους. Huic potissimum Astartæ sacra fecisse iudicisque istius numinis honori ac religioni dicatos procurasse illos in Phœnicia, & Syria sacerdotes, qui Phœniciarchæ & Syriarchæ nominabantur existimo: præsertim in Philadelphia vrbe Syriæ illustri, quæ prius Ammana, deinde Astarte, tum denique Philadelphia, ex Ptolomæi Philadelphi nomine dicta est; sicut idem Stephanus eo libro retulit, vbi Philadelphiam mentionem faciens, καὶ Ἰβήνη (ait) τῆς συζίας ἐπιφανὴς πόλις ἢ πρὸτερον Ἀμμανα: ἀτα φιλαδέλφεια ἀπὸ πτολεμαίου τῷ φιλαδέλφει. Astartem verò dictam ab ἄstro Græco scilicet vocabulo, tametsi hoc Suidas, & Procopius quoque Gazæus ( vt antè diximus ) ita sentiant; ipse vt credam aut iis assentiar, adduci nullo modo possum: sed nec ab Aster, quod Hebræorum lingua ouem significat: tanquam sub ouis forma, vt sub arietis olim figura Iupiter Ammon in Africa; sic apud Iudæos Astarte coleretur:

<sup>a</sup> Extat scholia cum ipsis Bibliis excusa Venetiis ann. 42. quæ pennis me habeo. <sup>b</sup> Vbi de Deuteronomio.

<sup>c</sup> Vide cap. 12. Deuter. Ezech. ad extremum c. 6. & Esaiæ cap. 17. ex quo Theodoret. de Euang. ver. cog. lib. 10. vbi de oraculo. <sup>d</sup> Quest. 48. vide & Procop. Gazæum ibidem. <sup>e</sup> Quæstio. 18.

<sup>f</sup> Deuter. c. 16. in fin. & lib. 4. Reg. cap. 17. 18. 21. & 23. & Hier. cap. 2. Ezech. c. 6. ad extremum. Item Esai. c. 17. ex quo videto Theodor. lib. 10. de Euang. veri. vbi de oraculis.

quod nonnulli tamen eruditi viri post Clarium vtiq; Casinatem monachum sacrorum Bibliorum Scholiastem <sup>a</sup> minimè aspernandum: afferere ausi sunt. Quibus ad stipulari videtur D. Hieronymus in libro de nominibus Hebræicis, <sup>b</sup> Astartoth ( inquit ) caula, præsepia, ouilia vel atria. Mihi probabilius adhuc videtur à lucis, & nemoribus ( in quibus idolum illud Ethnici, & à Deo vero auersi homines venerantur ) Astartem esse nominatam; non ignorantibus iij. cap. lib. Iudicum Astartoth dici lucos, siue nemora, quorum crematione, ipsorumq; simul idolorum euerfione iussu Dei summi factam sacris ipsis literis <sup>c</sup> comprehensum est, Theodoretus profectò in lib. iij. Regum, <sup>d</sup> Astartæ Sidoniorum Deæ templum à Salomone conditum, ipsiq; homines qui plantarent nemora dedicatos tradit. Idem ipse in iij. Regum, illud ex cap. xvj. explicans, <sup>e</sup> quod iuxta interpretationem Hieronymi sic habet: ( Feceruntq; verba pessima irritantes Dominum, & coluerunt immunditias, &c. vbi Septuaginta viri, καὶ ἐλάτρωσαν τοῖς ἀδολαῖς ) vbi que autem reliqui ( ait Theodoretus ) interpretantur lucum Astartoth; hoc autem significat Astartem, vel ( vt Græci dicunt ) Ἀστροδότην, id est, Venerem. Huc accedat, quòd luci, intra quos ritu gentium sacra idolis fiebant, & vniuersa militia cœli adorabatur; Aster & Asterim eo quarti Regum loco sapius appellati: quod & ipsum Procopius ille Gazæus, ac Theodoretus quoque in notis ad illa verba, Domum Cadeshim, ex eo ipso lib. 4. Regum cap. 23. non obscurè docet; lucum verò, vt dictum est, reliqui ( ait ) Astartoth vel Astartoth, exponunt; quod Astartem significat: tum verò lucos ipsos Diis gentium sacros, vbi comitteretur idololatria Tertullianus initio Scorpiaci ex Deuteronomio. 16. cap. Itèmq; initio libri aduersus Iudæos, atque inde pudicitia ostendit; & ante ipsum Iosephus 8. cap. lib. 4. Archæologi. quod etiam compluribus sacrosancti veteris Testamenti locis <sup>f</sup> comprobare possumus. Philonis etiam Iudæi lib. de Monarchia secundo sub initium; vbi rationes disquirat, ob quas sui templi ambitum Dominus lucis esse constitutum nauerit.

Ab eo quidem quod modò diximus, hoc non longè abest, quod ex Hieronymo Astartoth Atria ( fanorum scilicet diis dicatorum ) in lucis & nemoribus esse ostendimus.

Postremò ad rem non parum facit, quod ex libris Regum afferam; imprimis istud è lib. 3. <sup>a</sup> vbi cum de Prophetis Baal, & statim de Prophetis lucorum agat, iuxta vulgatam Hieronymi & Septuaginta interpretationem. Equidem de Prophetis Astartoth, siue Astartes Deæ accipiendū esse hunc scripturæ sacrosanctæ locum ( si quid nostri iudicij tamen est ) pronuntiare audeo, in quo verba sic habet: Prophetæ autem Baal quadringenti & quinquaginta, Prophetæque lucorum quadringenti viri sunt. Numerus etenim Prophetarum cum vnus & alter proponatur; ad vnum, idèmq; numen idolum, siue dæmonium commodè refèrri nequit: nec obest quod de solis Baalis Prophetis postea fit mentio; nempe cum hos maioris cuiuspiam dignationis apud idololatrias esse constaret, vt istorum propterea nomine, ipsi Astartes sacerdotes comprehensi per consequentiam intelligantur: ad quos præcipuè ( cum eadem Isis, Deaque Syria, & Ceres fuerit, sicuti sequenti sermone docebimus; quorum sacrificuli superstitioni, vulnerebus inflictis brachia cæterumq; corpus concidebant ) putauerim istud pertinere, quod ibi subiicitur: Clamabant ergo voce magna & incidebāt se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis donec perfunderentur sanguine. Præterea istud alterum ex alio eiusdem libri loco, <sup>b</sup> vbi posteaquam dixit iuxta Hieronymicam interpretatione: Et ventilabit eos trans flumen, quia fecerunt sibi lucos vt irritarent Dominum, vbi lucorum nomen & in Græcis agnosco Bibliis, ἀσθ' ἡ δ' ὄργου ἐποίησαν τὰ ἄσθρη αὐτῶν, pro illo Hebræo אֲשֶׁרֵהֶם; id nominis tamen paulò post Astarti potiùs Deæ quàm lucis attributum, aut per lucos redditum malim: quando adificari non malè idolum, pessimè verò lucus & supra modum καταχρηστικῶς dicatur. Hæc enim est interpretatio Hieronymi: Aedificauerunt enim & ipsi sibi aras & statuas, & lucos super omnem collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam; vbi Græca sic habent, καὶ ἠκοδόμησαν ἑαυτοῖς ἑπιπέδα ἢ ἐπίπεδα ἢ ἄσθρη ἐπὶ πάντα βουβῶν ἢ ἄλλων ἢ ἐπιπέδα πάντος ἕλης συσῆς. Nam etsi scio scriptum אֲשֶׁרֵהֶם Vaaserim per א, non per ו, at tamen neque luci subter arborem frondosam, qui ipsi è frondosis arboribus constant; nec porrò adificari ( vt antè dixi ) sed plantari aut conseri dicuntur: & verò cum illicò ibidem subiiciat de effæminatis qui erant in terra, qui separati, dicati & addicti siue mancipati erant idolo; sicuti sermone proximo accuratiùs demonstrabitur: nõ de nihilo est, quod ad Astartem, quæ Dea in Palaestina totaq; Syria colebatur à Gentilibus, id verbi referendum censèo. Et similiter istud ex alio libri Reg. 4. loco. <sup>c</sup> Eam ad rem quam superiùs dixi, etiam facit, vbi sic scriptum: Et præcepit Rex Helciæ Pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, vt projicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal, & in lucos, & vniuersæ militiæ cœli, & combussit ea: quanquam vereor vt satis hoc perceptum fuerit à Septuaginta viris; apud quos ita est, πάντα τὰ σκεύη ἃ ἐποίησαν

<sup>a</sup> cap. 18. vbi versio quidem Septuaginta habet τὰς ἀροφῆσας ἢ ἀλσῶν τεβασοσίης: sed ipsam Hebræum authenticum יְבוּיָא הַאֲשֶׁרֵהֶם אֲרָבָע וְנִבְיֵי אֲשֶׁרֵהֶם וְנִבְיֵי אֲרָבָע וְנִבְיֵי אֲרָבָע Vnbië haasera arbaa.

<sup>b</sup> Lib. 3. Reg. cap. 14.

<sup>c</sup> Cap. 23. lib. 4. Reg.

τῶ βίβλ κὶ τῶ ἄλλοι, κὶ πάσι τῆ γραμμῆ ἔγραψ: mallem etenim ab ipsis retentum Hebraicum vocabulum **הַשֵּׁרָה** *Vela asera*, sicut illa quoq; postea, **שַׁדְמוֹת** *Sademoth*, **מַזְלוֹת** *Mazaloth*, **הַכְּנָפִים** *Cadesim*, **תּוֹפֶת** *Tophet*, **מַשְׁכֵּי** *Maschit*, **הַתְּרַפִּים** *Teraphim*. Nam Aasera hic quidem et si non per **ש**, sed per **ס** scriptum est hic quoq; vt superius, attamen plerunq; harum, ceterarumq; gutturalium literarum permutationem fieri, Hebraeorum Grammaticorum discipuli nomine negauerint: & verò Astartem ipsam potius, cuius nomen à luco deductum, quàm lucum designari; præcedens Baalis, & subsequens militiæ cæli mentio flagitat. Perperam sanè in Latina interpretatione iniectum τὸ, in; ex iplo Hebræo, & Græco contextu dispicitur, pro quo longè commodius, luco, id est, ad lucum vel ad vsum luci. Caterùm Astarti magis arridet, cùm hic, rùm paulò post ibidem, & efferri fecit lucum de domo Domini foras Hierusalem; vel ob ea quæ ibidem subiiciuntur, ad eius numinis caremonialem cultum pertinentia, de quibus cap. (si Dominus dederit) plenius differetur. Vt sit, hanc quidem Astartes et, mi explicationem optimè cum eo congruere; quod Astartem Phœnicibus & Syriis Lunam esse, ac sub illo hanc nomine colli, ab Herodiano & Luciano traditum, nemo non statim fatebitur; qui Dianæ ac Lunæ, immò etiam Proserpinæ lucos (vt Apuleius a ait) diuersos inerrantis, idem à veteribus numen existimatum; b ideoque *Sylvarum potentem Dianam, lucidum cæli decus* ab Horatio e appellatam esse in memoriam reuocauerit. Et verò Dianæ ipsius silentium nocte regentis (vt idè Poëta d canit) arcana sacra in lucis geri solita, quemadmodum in luco Daphnes Apollini & Dianæ sacro ad suburbium Antiochiæ Syriæ (cuius luci, & habitæ in ipso religionis, in Iustiniani etiam codice e mentionem fieri scimus) sed & Romæ, vbi sacra ex legibus Tulli Regis, piaculæque procurando incesto per Pontifices, apud lacum olim & ipsius Claudij principis temporibus data; quànquam irridentibus cunctis, quod pœnæ procuracionesq; incesti, id temporis exquirentur, à Cornelio Tacito f mandatum literis. Quamobrem lucum & aram Dianæ, in arte idem Horatius g vnâ connexuit; vel potius, quòd ad Romam, Ariciæ

*Ad suburbanæ templum nemorale Dianæ,*

(vt Poëta h loquitur) quoniam apud Ariciam nemoralem Luciano i dictam Hippolytus vitæ ab Æsculapio restitutus consecrarit, vt Pausanias k auctor est: qua de re Lylum quoque Giraddum egisse scio, vbi de Aricina & nemorensi Diana differit. l sed & lucum Ephesi, Dianio, siue Dianæ magnæ fano proximum, atque adiacens fuisse; cùm Tacitus annalium tertio, & Strabo, vbi de Ortygia luco; tùm verò Achilles Statius octauo de Clitophontis & Leucippes amoribus libro memorat: vbi de crypta & quæ inibi esset fistula, siue syringe, ad quam virginitas rearum stupri explorari solita insignem, immò singularem fabulam videas licet. Plinius m quoque in suburbano Tusculani agri colle qui *Comæ* appellatur, suis tēporibus fuisse lucum antiqua religione Dianæ sacratum à Latio, velut arte consili

a Lib. 11. Metamorph. eo loco quem proponemus 3. cap. b Vide Macrobi. Arnob. Apulei. post Cicer. in 2. de natur. Deor. vbi Dianam dictam quòd noctu quasi diem efficeret Augu. cap. 16. lib. 7. de ciuit. Dei. c In seculari. carmi. initio. d In Epod. in Canid. venefic. e Li. 12. tit. de cupressis l. & more. Cod. Theod. de iure fisci vide & Sozomenum lib. 5. Eccl. histor. cap. 19. de luco Dianæ in Phrygia Ælian lib. 12. de anim. cap. 39. f Annal. lib. 12. g Ibi cum lucus & ara Diana. Et propterantis aque per amanos ambitus agris. h Aut flumen Rhenum, aut pluviam describitur aruis. Sub initium artis Poëti. i Ouid in arte. j In sexto k Corinthiacis fol. 54. videto & Hyginum in fabul. 261. l Syntagmat. 12. histor. Deor. m Lib. 16. natu. histor. sub fin. cap. vlt.

consili coma fagei nemoris tradit. Nam & Cybeles templum in Iu- co fuisse monet Ouidius a his versibus:

*Templa Deum matris quæ quondam clarus Echion  
Fecerat ex voto nemorosus abdita syluis  
Transibant.* —

Sicut etiam Hecates idem ipse: b

*Ibat ad antiquas Hecates Persados aras  
Quas nemus umbrōsum, secretæque syluæ tegebat.*

Et statim: — *Per sacra triformis*

*Ille Deæ lucosque foret quod numen in illo  
Euentusque suos, & tanta periculâ iurat.*

Virgilius. *Iam subeunt Trivia lucos.* —

Et lucos omnes vbique Deorum cultui ac caremoniis consecratos à veteribus, ad eò verum est; vt nō magis auro fulgentia atque ebore simulachra, quàm lucos, & in iis (Plinio e teste) silentia ipsa adorarent. Ideoque circa urbem Romam cùm essent luci plurimi: iam inde ab Romulo & Numa (quemadmodum in eorum vita Plutarchus admonet, ac in iis permagnus ille inter viam Salariam & Tyberim, in quo Lucaria festa coluere d) quæ ex eorum locatione censoria redigebatur pecunia, ea in ludos Deorum honori dicatos e sub Lucaris nomine infumeretur, & scenicis plerunq; actoribus, histrionibus, ac Pantomimis, aut Circensibus agitatoribus, aliisque τῶν τῶν, siue quinquertionum Hieronicis præstaretur: ipsisq; ludis & Pontificis, & sacerdotis, & Imperator quoque iure Pontificis Maximi præsidebat suo ordine: vt apud Herodianum quodam loco f in hæc verba scriptum est, ἑδρὸν ἀγῶνα τελεῖσαι βασιλεῖοι Διὶ καπιτολίω: &, θεῶν ἢ κὶ ἀθλοθέτης σὺν τοῖς λοιποῖς ἱερεῦσι ἐς ἐν περὶ ὁδῶν χροῖος ἢ τῶν καλῶν ὁ βασιλεὺς γίνετ). Propterea quòd cum Labeone plerique bona numina ludis & talibus quasi ad lætitiæ pertinētibus rebus, vt mella victimis cruentis atque huiusmodi supplicationibus placari existimabant, quòd ipsum ab Augustino relatum quodam loco g meminisse; theatra, inquam, ac circos idolorum suorum (sicuti apud Saluianum Massiliensem h legimus) delicias esse credebant: ac misceri Deum damoni à principibus & Pontificibus ciuitatis per scenicos ludos (vt idem Augustinus i loquitur) Poëtarum ludibria requirenti. Horum autem in vrbe Roma Pontificum circa ludos ἐπιτροπῶν, hoc est, munus administrasse in prouinciis sacerdotes, siue sacerdotales (quomodo Tertullianus k alicubi nominauit) præsidet constat: quòd de magistratuum siue præfectorum communi atque generali nomine ἀρχῶν Græci dicerent Asarchiam, Bithyniarchiam, Cappadocarchiam, Phœnicarchiam, Syriarchiam; idque citatis librorum nostrorum testimoniis l ante nos alij docuerunt. Tameñ Iulianus Cæsar quoniam ab ineunte ætate ita institutus à magistris & paedagogis fuerat, vt ab omni spectaculorum genere per ceterum vitæ tempus alienior

a Fab. 11. lib. 10. Metamorph. b Lib. 7. Metamorph. c Cap. 1. lib. 12. hist. vitæ & Augusti lib. 4. de ciuitat. cap. vltim. & de luco Simula vbi Bacchalia fierent. Li. nium lib. 39. d Vide Festum in Lucaria. e Vide locum B. Augu. quem sequenti cap. proponemus, & Tertul. in lib. de spe. Æac. & Apolog. Arnob. lib. 7. aduers. gen. & Cyprian. de specta. sub init. & rursum Augu. c. 26. lib. 4. de ciuit. & cap. 31. vbi Varronis testimonium citatur, vide & lib. 18. cap. 10. & 12. & quæ scribimus infra cap. penult. f Libro 1. vide Dion. init. lib. 53. & Arnob. lib. 4. aduers. gent. sic Asarchas accipito quos Asia principes dixit interpres Actuū Apoff. c. 10. vers. 31. de Alytarcha sacerdote Antiochiæ, Syria aliisque sacerdotibus prouinciarum, qui ludos in honores deorum celebrari solitos curaret ipsisq; præsideret, vide Cuiacium nostrum cap. 13. lib. 2. obseruat. & quæ ipse scribo Agonistici nostri lib. 1. g Cap. 13. lib. 8. de ciuit. Dei. h Lib. 6. de gubern. Dei. i Cap. 20. lib. 8. de ciuit. Dei. k In de spectac. c. 9. de agonib. l 1. 6. 5. Grammatici, & 5. 2. 2. nouel. 89. quib. scribimus & ipsi

D. de excus. tut. l. in honoribus, §. 1. de vacat. & excus. mun. l. C. de natu. lib. in princ. & modis natur. effec. sui. §. vlti. vide Cuiacium nostrum in comment. ad d. §. Grammatici, lib. 1. & 3. Agonistici nostri aliquot locis, vbi videas licet.

a Fol. 49. 55. & 79. edit. Paris. an. ni 1583. & folio 91. 108. & 127. b Fol. 323. illius editionis.

c Lib. 1. Annal. vbi Lips. & Scaliger ad Festum.

d Quos notatos ab Henrico Stephano reperias in Thesaur. Greco in alios, presertim ex Romuli & Numæ vita.

e Lib. 1. cap. 2. & c. 1. & c. 2. & c. 3.

f Cap. 2.

fuerit; quemadmodum ipse de se aliquot a Misopogonis siue Antiochici locis prodidit: ideò ad Arfacium Pontificem siue archiereea Galatiæ scribens b sacerdotibus abstinere spectaculis iusserit: ἐπατα παρδίνεσιν ἰδρία (inquit) μήτε δεύω παρδίνεσιν, μήτε ἦν καπηλείω πίνω ἢ τέρχυνε τινός κῆ ἐργασίας ἀσχράεσ κῆ Ἐπονδ' ἔσς (sic legendū pro Ἐπονδ' ἔσς) παρδίνεσιν. De lucare quidē quod dixi, vel ipse Tertullianus in Scorpiaco probat, post Tacitum Cornelium: c apud quē Plutarchi quæque locum in Romanis quæstionibus ea de re disertè differentis, ab elegantissimo & diligentissimo Lipsio nostro prætermisum nō fuisse memini: sed & ipsum alij sic retulere plerique omnes, aut exposuere Latini Galliciq; interpretes; ita vti Græcè excusus est: in mendo cubare non viderunt: vbi sic vulgò legitur, διὰ τί τὸ τελεθμῶν ἄς θεὰς λῆμαρ καλῶσιν; ἢ ὅτι ἔστιν ἄλλα πῶε τῆν πόλιν ἀνελύα θῶεσ ἀ καλῶσιν λῆμαρ: κῆ τῆν ἀπό τῆστω παρδίνεσιν ἄς τῆσ θεὰς ἀνελύα; quo quidem loco pro πολλὰ ἔστιν ἄλλα πῶε τῆν πόλιν, diu est cūm animaduerti, πολλὰ ἔστιν ἄλλα, mutatione facillima, ex aliis eiusdem Plutarchi d locis reponendum esse. Atque hoc ipsum ita etiam Henrico Stephano visum, ex mendorum castigationibus ad extremum Latina opusculorum Plutarchi expositionis adhibitis; & bono quidem omine, cūm ista in mundum redigerem, deprehendi: ne (quod non soleo) ab aliis occupata, mihi velut præcipuo quodam iure mea, cūm alterius quoque sint, ipse tribuerem.

Ad id quod agebam vt reuertar, atque isti sermoni finem denique, ac modum faciam; ipsum hunc de conditis deorum Gentilium adibus in lucis vetustum morem, haud dubiè designauit Hecateus antiquus historicus apud Iosippum: e vbi templum Hierosolymitanum describens, nec in eo vllum simulacrum, nec ædem ipsam vlli luco aut nemori vicinam fuisse: obseruatione dignum; vtpote rarum, & contra cæterorum populorum leges, cæremonias, atque religiones, institutum aliquod; literis tradendum ad memoriam posteritatis existimauit: sic ferè, ἀγαλμα ἢ ἐκ ἔστι, ἢ δὲ ἀνάθημα τοπαράπην, ἢ δὲ φῦμα πῶε τῆσ θεὰς ἢ δὲ ἐν, οἶον ἀλοῦδες ἢ τι τοῖστω. Ac similiter Philo, vbi admirabilem aduenis intuitibus Hierosolimitani templi esse pulchritudinem & impensam docuit; nullo id luco circumdatum, nullisq; arboribus (vtpote lege id prohibente) consitum demonstrat: cuius aliquot rationes adferre nititur, quas ex eius libro πῶε μοναρχίας altero petere licebit: vbi hæc omninò scripta esse, quæ cum Iosippi superioribus verbis congruant, memini; ἀλοῦ ἢ ἢ δὲ ἐν ἢ πῶε πῶε τῆσ θεὰς ἢ δὲ ἐν, οἶον ἀλοῦδες ἢ τι τοῖστω. &c. quæ sequuntur. Populo igitur Israëlitico idololatriam & à vero Dei cultu ad cæremonias & superstitiones Paganorum defectionem exprobrans apud Hieremiam f Dominus Deus exercituum: A seculo (inquit) confregisti iugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non seruiam: in omni enim colle sublimi & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Sic ex Hebræo authético B. Hieronymus: cūm paulò aliter in versione Græca vltimum colon κῆ μίμνησιν, in sacris libris, præsertim autem in Psalms Dauidicis crebram commodiùs aliquantò, (si quid ipse video)

video) expressum in hæc verba, eundem tamen sensum præferentia reperitur: & dixisti non seruiam, sed ibo in omnem collem sublimem, & sub omni ligno vmbroso; illic diffundar in fornicatione mea: κῆ ἔπας & ἀσκῶσω, ἀλλὰ πορεύσομεν ἐπὶ πῶε τῆσ θεὰς. Interea, quod ait Propheta de fornicatione sub ligno frondoso vel vmbroso, sicuti & proximè sequenti capite: Abijt sbimet super omnem montem excelsum & sub omni ligno frondoso & fornicata est: & postea, Dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso: tamen ad idololatriam omninò spectat, quæ haud dubiè spiritualis est, atque hoc scædior & abominanda magis cum idolis vanisque gentium Diis, siue potius daemionibus commixtio; quod ipsum suadent illa quæ sequuntur. Videndum tamen ecquid propriè ac specialiter Syros illos effœminatos euitatorum Isiacorum imitatores notet; qui Astartæ Deæ Syriæ cultui sese addixerant, & intra eius cortinas, siue domunculas Lucorum Fanis adiunctorum, è velis fortassè lineis aut byssinis accuratè pertextis cōfectas longè impurissimam sub speciosa Cadescchim appellatione præ se ferentes sanctitatem, muliebria patiebantur: quæ de re subtilius tertio (si Deus dederit) sermone dispiciendum habeo. Hanc profectò nostram opinionem nonnihil adiuvat obtutu primo, quod paulò antè apud Prophetam ita scriptum legitur: Filij quoque Memphæos & Taphneos constuprauerunt te vsque ad verticem. Sed verius tamen arbitror, vt ad durissimam victi populi Hebræi nihil non captiuitate illa Babylonica & Ægyptiaca perpeffi seruitutem, hoc postremum metaphoricè positum referatur; vel ex ipsa Græcorum eo loci verborum proprietate, quæ stupri ne tenuissimam quidem ostendunt significationem; κῆ ἢ δὲ ἐν ἢ πῶε τῆσ θεὰς: maximè verò cūm & præcedentia, & subsequencia diligenter expensa istud suadeant, quæ sunt huiusmodi: Cinitates eius exusta sunt, & non est qui habitet in eis. Item, Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? Atque hoc quidem obiter. Nam quid ego de Druidis Gallorum veterum Magis, non tam Tiberij principatu (quod Plinius b tradit) quàm aduentu, prædicatione, cruce ac passione Christi, per quem & omnia cessarunt oracula, c sublati eloquar, quos idem alio loco d Plinius vt nihil habuisse visco, & arbore in qua gignatur (si modò sit robur) sacratius, ita per se roborum elegisse luco, nec vlla sacra sine ea fronde confecisse scribit: vt inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druides videri. Ad quorum historiam equidem referendum puto, quod Celtas Ionem colere, Celticum verò Iouis signum altissimam quercum fuisse, Maximus e Tyrius prodidit, his verbis: κῆ τῶσ θεὰσ μὲν Δία ἀγαλμα ἢ Διὸσ Κελτικῶσ, ἢ ἢ δὲ ἐν ἢ πῶε τῆσ θεὰς: vt ideò Virgilius f magnam Iouis quercum diuise videatur, quo loco:

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Eadem Abrasgorum quæ Druidum fuit circa lucorum ac Syluarum

a Quomodo dicit, Non sum polluta, post Baalim non ambulauit & initio tertij capitis: Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, icit Dominus, & quæ sequuntur item postea, & facilitate fornicationis sua constaminauit terram & machata est cum lapida & ligno

b Lib. 30. natur. histo. cap. 13. Tiberij principatus Druidas Gallorum sustulit. de Druidis multa Cæsar lib. 6. de bello Gallico.

c Vide Plutarchum in libro πῶε τῶσ θεὰσ ἢ δὲ ἐν ἢ πῶε τῆσ θεὰσ. & D Athanasium orat. cōtra idola: vbi post crucis aduentum refriuisse idololatriam quæuisse daemionum præstigiis. Vide his eudem in lib. de humanit. verbi, vbi ait olim daemonia inani specie ludibriisq; rerum irretiuisse homines, &c. vt verò apparuit Deiverbum, spectra eiusmodi & ludibria imaginum cessasse.

d Lib. 16. cap. vltimo. e Sermo 38 fol. 225. edit. Steph. f Lib. 3. Georg.

a Tomo 3. An-  
natum in Leo-  
ne Iſauro fo. 32.  
b In Dominica  
de Paſſione ad  
Laudes, cuius  
hymni auctor  
iuxta Dionyſ.  
Carrul. Fortu-  
natus Epifcopus  
& Poeta qui ſub  
Vigilio Pontif.  
Rom. floruit cir-  
ca annum Chri-  
ſti 360. & Trith.  
Plar. & Sigeb. tra-  
dunt. Extat & in  
lib. 2. carminum  
eiufdem Fortu-  
nati ex octo. li-  
bris impreſſis  
ann. 1578. Vener.  
hymno 2. fo. 24.  
c Lib. 6. Aeneid.  
d I. Iudæos, C.  
de Iudæis.  
e Sed & Laetan-  
tius cap. 27. li. 4.  
quanto terrori  
ſit dæmonibus  
crucis ſignum  
oſtēdit. *Cum dīs*  
(inquit) *ſua im-*  
*molant, ſi aſſiſtat*  
*aliquis ſignatam*  
*frontem geris ſa-*  
*era nullo modo li-*  
*tant, nec reſponſa*  
*poſſeſt dare conſul-*  
*tus vates.*  
f I. vnica, I. ne-  
mini licere, ſig-  
ſalu. tit. 8. lib. 1.  
C. Iuſti. ad quod  
videndus Cui-  
cius in Paratit.  
g Traſta. 118. in  
Ioannem ad ſin.  
poſtremo quid  
eſt quod omnes  
nolaerunt ſignū  
Chriſti niſi crux  
Chriſti.  
h Ruſſin. lib. 11.  
cap. 29. Socrates  
lib. 5. cap. 17. So-  
zom. lib. 7. c. 15.  
Nicepho. lib. 12.  
cap. 26. Suidas in  
civ. de in hanc  
rem citati à Di-  
daco Couarru-  
nia lib. 4. variat.  
in reſolutio. c. 5.  
i Homil. in heb-  
dom. ieuniorū  
rom. 1. fol. 1429. & commentar. in Pſal. 119. fol. 1004. vide & homil. 27. ad populū Antioch. col. 202.  
k Pſal. David. 95. *Cantate Domino*, verſic. 10. iuxta Septuaginta vitorum verſionem quam Tertullianus hoc  
loco ſequutus lib. 3. aduerſus Marcion. fol. 189. Pariſ. edit. anno 1580. & Iuſtinus aduerſus Typhon.  
l Cap. 9. in Eodem Pſalmo verſic. pen. *Tunc exultabunt omnia ligna ſylvarum à facie Domini quia venit.*

enerationem ſuperſtitio, vt & arbores Barbāra ſimplicitate pro diis  
haberent: donec Iuſtinianus Imperator miſſis ſacerdotibus, & in ex-  
truſta præclara aede Deiparæ apud ipſos, Dei cognitione interea im-  
butos collocatis, à vita planè barbarica ad pietatem ac mores Chri-  
ſtianorū traduxit: vt à Zonara a literis traditum; vnde iſta ſunt quæ  
adſcribam. *μέχρι μάλιστα τότε και τ' Ἐ χριστιανῶν θεουσιεας ἦσαν ἀμύνητο,*  
*ἀλση ἢ και ὕλας ἐσειθῆτο, ἢ τὰ δένδρα τέτοις δὲ ἀφελείας βαρβαρικῆς εἰς θεῶς*  
*ἠναμιθῆτο. Ἰασηνιανδρὸς ἢ μεταθῆναι σφῆς πρὸς ἀνστέθειαν σσῆδασμα ἔδειτο, και*  
*σῆλας παρ' αὐτοῖς ἰδρῆς ἀνδρας, ἀλ' αὐτῶν εἰς ἐπίγνωσι αὐτῶς μετῴκει τ'*  
*δεῦ. εἶτα και δεῖον ἢ ἀδαγοῖς τ' θεοτόκς ἐδείματο τέμονο, ἢ ἰδρῆς ἐγκάλεσηο.*  
*και ἔτως εἰς ἴδη τὰ Ἐ χριστιανῶν αὐτῶς μετῆγαγον ἐκ τ' πάνυ βαρβαρικῶν.*  
Nobis Chriſtianis Catholicis, atque orthodoxis, Druidibus veris,  
veri Iouis, hoc eſt Ieſu ac Iehouæ ſacerdotibus atque Symniſtis; ma-  
gna quercus, nimirum

*CruX fidelis inter omnes*  
*Arbor vna nobilis.*  
Cui (vt hymno Eccleſiaſtico b decantatur):  
*Nulla talem profert ſylua*  
*Fronde, flore, germine:*  
*Quam ſacer cruor perunxit,*  
*Fuſus agni corpore.*

Sacroſanctum nempè ac incomparabile viſcum illud pretioſi fan-  
guinis Domini  
(*Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum*  
*Fronde virere noua, quod non ſua ſeminat arboſ,*  
*Et croceo ſætu teretes circumdare ramos,*  
quemadmodum Virgilius c canit) eximia, inquam, illa & humano  
generi foelix ac fauſta, quæ ſæcli pretium tulit, Chriſti Domini crux;  
in cultu & honore ſummo: vtpote fidei noſtræ ſignum, ſicut ab Ho-  
norio ac Theodoſio d Imperatoribus nuncupatur: quod ſignum fi-  
delium ac timorem dæmonum Cyrillus Hieroſolymitanus e in 13.  
Catecheſi & ſignum Regis quod videntes dæmones tremunt, pro-  
culque fugiunt Cateche. 3. ſignum Saluatoris Theodoſius & Valen-  
tinianus. f Beatus etiam Auguſtinus in Ioannem g ſignum Chriſti  
nominat: per quod & ante ipſam eiufdem Chriſti paſſionem apud  
Ægyptios hieroglyphicè vitam & futuram ſaluationè præſignatam  
ab Eccleſiaſtica h ſtorix auctoribus vetuſtiſſimis atque fideliffimis  
præditur. h De huius vitalis crucis veneratione apud Ioannē Chry-  
ſoſtomum i in primis plurima mentio: cuius venerationis duplex ra-  
tio; vel quod à ligno iſto Dominus regnaſſe k alicubi à Dauide di-  
catur; qui exinde à paſſione ligni ſuperata morte regnauit, imperio  
facto ſupra humerum eius, ſecundum Eſaiæ l Prophetiam: quam ob-  
rem hodie iſto gratiæ tempore iuxta eundem Dauidem, m omnia li-  
gna

gna ſylvarum: in quibus olim cultus dæmonum peragebatur (vt ſu-  
perius oſtendi) exultant à facie Domini: vel quoniam ſignum ipſum  
filij hominis in conſummatione ſæculi apparebit in cælo, & poſtea:  
*Videbunt omnes tribus terræ filium hominis venientem in nubibus cæli*  
*cum virtute multa & maiestate* (quemadmodum à B. Matthæo a di-  
fertè traditur) *quando indicabit orbem terræ in equitate, & populos in*  
*veritate ſua:* ſicuti Dauidico cantico b comprehenſum eſt. Sed à  
era Theologia pauliſper deflexo curſu, quando id ſuſcepti muneris  
ratio poſtulat, ad Ethnicam de Aſtarte (vt à cæcis, & prophanis ho-  
minibus exiſtimatum) Theologiam; vt à nobis meritò creditum,  
fabulam meram reuertamur.

S V M M A.

Mythotheologicum iſtud & criticum: cui paſſim  
aliquot emendationes indita.

De Aſtarte ac Tyro. Dij Tyri, Hercules, Aſtarte, & Iupiter Olympius. Locus Iosephi  
diſcuſſus. Sacerdotium Hercules. Reges Tyri, de quibus Theophili Antiocheni locus  
caſtigatur. Belus Babylone cultus. Vrania aurora. Apollo apud Tyrios & Cartha-  
ginenſes, item Vranus: de Cæleſti, Victoris locus expenſus. Salinenſis nomen apud Vl-  
pianum à via Salaria. Auguſtinus de Cæleſti virgine. Conſiliaria Dea. Curtius  
de Deo Carthaginenſi. Hercules Tyrius. Macchabaorum hſtoria locus. Cæleſtis Re-  
gina & fortuna cæli; & Luna & Venus: qua duplex, imò quadruplex. Ezechielis  
locus de Adonide, non de Api. Architis Venus & Salambo, & Mylitta qua & Mi-  
tra, Libania, & Byblia & Aſtarte. Macrobij vulgata lectio deſenſa. Auguſtini lo-  
cus; ſecundum quem & alios. Aſtarte Iuno: Punica lingua, & Punici pro Phœni-  
cia & Phœnicibus. Bel, Belus, Baal, qui Iupiter Syrius apud Spartianum à Belo  
ſuſo; vel hic ab illo. Eandem Deam varijs appellationibus cultam, Venerem, ac Iu-  
nonem. Firmici locus purgatus. Ceſtus Vrania, & Peplum Cæleſtis. Apud Ambro-  
ſium & alijs locis Mitra legendum ſine aſpiratione. Mitra Sol & ignis apud Per-  
ſas, de cuius ſacris loci. Notatus Epiphanius, Methram Deam ſomnians. Oīs in  
virijs apud Firmicum, cuius altero loco Mitra legendum pro Mitra: & item  
apud Plinium Mitres: quem eundem videri eſſe cum eo, quem ſacra perhibent li-  
tera Moloch, & Reelphogor, non Priapum, non Saturnum, ſed Solem. Mitra nomen  
apud Muſæum quo pertinet. Apud Tertullianum pro Mitra reponitur Mitra.

a Cap. 24. verſi.  
30. ἢ τὸ ε φανή-  
σῃ τὸ σημεῖον  
τῆ οὐρανῶν  
ἐν κρουσῶ, quæ ver-  
ba de cruce in-  
terpretantur eò  
loco Theophyla-  
ſtus D. Hierony-  
mus, & D. Ioan-  
nes Chryſoſto-  
mus homil. 77.  
in d. cap. 24. col.  
564.  
b d. Pſal. 95. ver-  
ſiculo vltimo.

c Vide Straba-  
nem lib. 16. Pōp.  
Melam cap. 11.  
lib. 1. de ſitu or-  
bis Dionyſium  
& Eufathiū ad  
ipſam, & Q. Cur-  
tiū lib. 4. Eufeb.  
lib. 8. Eccleſiaſt.  
hiſtor. c. 7. Pau-  
Oroſium. ca. 16.  
libro 3. Alterius  
Tyri Phœnicum  
colonia quam  
præſtrinxit Flu-  
uius Tyras ad in-  
ſulā vel penin-  
ſulam quandam  
à Suidis habita-  
tam eique litus  
proximū quod  
Achilleos dro-  
mon nominant,  
meminit Mar-  
cel. lib. 22.  
d l. 1. in princ.  
D. de cenſib.

CAPVT II.

**R**EGAMVS porrò de Aſtarte dicere; idque confir-  
mare, atque illuſtrare quod Herodianus ait, illam Syriæ  
ac Sydoniorum Deam, eandem fuiſſe cum Vrania, ſive  
Cæleſte, Carthaginenſium caterorumq; Afrorum Dea:  
quam ibi Dido Carthaginis conditrix tunc primùm à Tyriis ſuis ac-  
cepta religione conſecrauit. Phœnicem Syriæ partem duabus mari-  
timarum vrbiū maximis, atque adeò locupletiffimis ciuitatibus  
Tyro & Sydone illuſtrem, Geographi aliq̄ue Hiſtorici tradunt. c  
Tyrum quidem ſerie ſæculorum antiquiſſimam & armipotentem  
poſtea coloniam Romanorum Vlpianus noſter (inde ſibi originem  
fuiſſe memorans) quodam Pandectarum iuris ciuilis loco d cele-  
brauit, quam ante annum Troianæ cladis à Sydoniis Phœnicibus

a Lib. 18.  
b Lib. 4.

c Cap. 2. lib. 8.  
antiquit.

d Hoc fanum  
Ασάρτου Iose-  
phus nuncupat.  
lib. 6. antiquit.  
Iudaic cap. 15. &  
vlti. ad finem in  
fo. 186. quem ci-  
tat in reliquis  
de Astarte agē-  
Tiraquellus le-  
ctōnis plurima  
vir & Senator  
Parisi. in tractat.  
leg. connub. in  
15. lege. glof. 1.  
parte 5. fol. 313.  
num. 30. citat &  
Artemidorū de  
insomniis, Epi-  
phanium aduer-  
gent. Tatianum  
Assyriū in orat.  
προς Ἑλλήνας, vbi  
dicit Inthobalū  
Tyriorum regē  
fuisse sacerdotē  
Astartes: quod  
& ipsum Theo-  
philus Antioche-  
nus lib. 3. Instit.  
ad Autolycum  
tradit.

e vide Iustinum  
li. 18. hac ipsa de  
re citato Theo-  
donto quodā.  
Boccat. lib. 2. de  
Genealog. deor.  
cap. 56. & 57. & c.  
vsque ad 61. vi-  
de & cap. 44.

f Citatur hic au-  
tor à Lactantio  
Firmi. cap. vlti.  
lib. 1. diu. instit.  
g Lib. 1. de ἀρ-  
χαιότητος Ιε-  
ραίων, vbi de  
Pygmalione, &  
δὲ τῷ ἐπ' αὐτῷ  
ἐξ ἑδύμο ἔρει ἡ ἀ-  
δελφὴ αὐτῷ θυγα-  
τρα ἐν τῷ λυβίῳ  
σὸν ἰν ἰεροδύμοσε  
λαρ χυδύνα.

h In sup. d. loco.

per Ascalaniorum regem expugnatis eoq; appulsis conditam Iusti-  
nus<sup>a</sup> mādauit literis. Curtius<sup>b</sup> verò Tyrum urbem & vetustate ori-  
ginis & crebra fortunæ varietate insignem ad memoriam posterita-  
tis ab Agenore conditam, vnde ius ipsi cognationis esse cum Sido-  
niis prædicat. De Tyriorum rebus gestis verba Menandri auctoris  
vetustissimi Græca ex eorum archiuis Phœnicco sermone conscri-  
ptis translata, quæ ad rem pertinent apud Iosephum<sup>c</sup> legere memini:  
ex quibus colligitur Iromum (ita Græcè nominatur quem in sacro-  
fanctis Regum libris Chiram vocatum constat) Abibali filium Tyri  
regem, quo tempore Salomon Hierosolymis imperabat, vetusta sa-  
crorum religione sublata, fanum & Astarti; <sup>d</sup> & verò tunc primum  
Herculi consecratum. dedicasse: sed & Iouis Olympij sacellum ag-  
gere factò ipsi vrbi amplificatæ adiunxisse narrat Iosephus idem ex  
Dij cuiusdam alterius Historici testimonio, καθελών τε τὰ ἀρχαία ἱερὰ  
(inquit Menander) καὶ ναὸν ἀκοδόμησε τῷ ἱερακλέος καὶ τοῦ τῆς Ἀσάρτης  
πρωτότος τε τῷ ἱερακλέος ἔγερσιν ἐποίησάτο; quæ verba iterum sed emenda-  
tiora (meo quidem iudicio) ab eodem Iosepho referuntur lib. 1.  
περὶ ἀρχαιότητος Ἰσραήλων: vbi, pro καὶ ναὸν, scriptum legas, καὶ νῆς ναὸς:  
addita supputatione temporis quod à Chirami Tyriorum regis im-  
perio effluxit, ad conditam ab Elissa Pygmalionis Tyriorum regis  
sorore. Sichai autem auunculi sui, sacerdotium Herculis honorem  
à rege secundum gerentis<sup>e</sup> coniuge, Carthaginem: annorum nem-  
pe 155. mensium octo: & ab Hierosolymitani templi constructione  
annorum 143. & octo mensium Theophilus<sup>f</sup> quoque Antiochenus  
Patriarcha lib. ad Autolycum 3. Tyriorum regum successione enar-  
rans Hellem Atharymi regis & fratris confectorem ac successorem  
ab Inthobalo Astartes sacerdote peremptū, qui regnauerit annis 12.  
cui Bazorus filius ac deinde nepos Mettin successerit; tum postea  
Pygmalio Pygmalij filius, in cuius regni anno 7. in Libyam fugiens  
soror (hoc enim sororis vocabulum, ex iis quæ antè diximus & ipsa  
Iosephi<sup>g</sup> siue Iosippi quem statim eo loco Theophilus laudat, histo-  
ria inferendum vt Elissam siue Didonem intelligamus) urbem con-  
didit quæ adhuc hodie Carthago appellatur: quibus ex verbis Theo-  
phili, & quidem hoc Pygmalij nomen illi regis vocabulo apud Iu-  
stinum<sup>h</sup> interpretationis vice supplendum puto, vbi: *Cum interim  
Rex Tyro decedit filio Pygmalione & Elissa filia insignis forma virgine  
hæredibus instituta*, quanquam Didonis & Pygmalionis patrem Eu-  
stathius in Dionysium de situ orbis Agenorem aut Belum Tyrio-  
rum regem non Pygmalium nominauit, ac vereor ne sit mendum  
in hoc Theophili loco. Sanè Belum parentē Didonis Silius Italicus  
dixit in initio lib. 1. de bello Punico, vbi de fano Didonis seu Elissa

— Stant marmore mæsta  
Effigies, Belusq; parens omnisq; nepotum  
A Belo series stat gloria gentis Agenor  
Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.

Apud Babylonios denique Beli antiquissimi regis (cuius etiam Vir-  
gilius meminit) ex arte simulacrum fuisse, quod superstitione ho-  
minum

minum consecratum Cyrus quoque adorare fuerit solitus; à Sulpi-  
tio Seueto historiae sacrae lib. 2. traditur: quem fuisse Iouis filiū, vnde  
Babylonis portæ Belides dictæ fuerint; Eustathius ille quem dixi  
memorat: istos Dionysij versus explicans, quibus de templo à Se-  
miramide in arce Babylonis honori Beli dicato agitur sic ferè:

Αὐτὰρ ἐπ' ἀεροπόλιν μέγαρον δόμων ἔστατο Βήλω  
Χρυσῶ τ' ἠδ' ἐλέφαντι καὶ ἀργύρῳ ἀσκήσασα.

Quod autem hic Belus quem Babylonij & Assyrij colunt antiquior  
Troiano bello fuisse inueniretur 322. annis Saturno autem æqualis,  
quorum vterque vno tempore adoleuerit; Theophilus in libro de  
temporibus ad Autolicum scripto ait in historia sua Thalium dicere:  
quod aded verum esse, vt ratione ipsa colligi possit, ab ipso Lactan-  
tio, Firmiano<sup>a</sup> scriptum memini. Ninum verò Beli progeniem dixit  
Tertullianus, progenitorem intelligens (nisi duo aut plures Beli  
forsitan fuere; quod probabile arbitror) initio lib. de pallio. *Si ta-  
men Ninus regnavit primus* (ait) *vt autumat superiorum prophanas:*  
*fermè apud vos vltra stylus non solet: ab Assyrijs si fortè cui historie  
patescunt.* Potuit igitur Phœnissa Dido eandem quas Tyrij iam inde  
à Chiramo rege coluerant religiones, atque aded Astartis ipsius (à  
qua nomen ipsi quoque Tyrij reges Chirami successores plerique  
omnes assumere soliti<sup>b</sup>) Carthaginem Tyriam (vt ad Æneam illa  
scribens apud Ouidium<sup>c</sup> vocauit) urbem cum Phœnices in Africam  
(quod Tertullianus<sup>d</sup> ait) eructassent inuehere: immò verò praece-  
pit obseruari, erecto & cōsecrato ipsius Deæ signo, quemadmodum  
Herodianus memorat: quod Carthaginenses (vt eodē auctore iam  
anteà dictum est, & post Dionem Ioan. Xiphilinus<sup>e</sup> quoque retu-  
lit) Vraniam vocarunt, id est, cœlestem, ex tellure nimirum cœli siue  
Vrani (vt Lactantius<sup>f</sup> narrat) filiam seu cœlestem quæ Lunam ni-  
mirum reginam cœli ac Dominam; quas abundè (nisi fallor) ap-  
pellationes superiore sermone illustrauimus: seu potius id signum  
cum dedicaretur esse ἑρανοπερές, & à cœlo demissum, suis regina ci-  
uibus, ac per eos vicinis Libyæ populis persuaserit: cuius verum sydus  
in cœlo fulgeat præ cæteris Aurora Lucifera, ipsisq; ideò velut regi-  
na quædam cœlestis præesse videatur; sicuti Aristoteles lib. 5. Ethic.  
ad Nicomachum testatus est, & longè anteà vetustissimus Poëtarū  
Orpheus in Aphrodises hymno his versibus:

ἔρχο μὴ προγενέσθαι θάου γένος εἴτ' ἐν Ὀλύμπῳ  
ἢ οὐ δεξ βασιλῆα καλῶ γένος(α) προσώπω.

Sanè vt Apollinem eximia religione colebant Tyrij, cuius simula-  
crum Syracusis deuexerant Pœni, & in maiore locauerant patria;  
multisque aliis spoliis urbium à semet captarum non Carthaginem  
magis quàm Tyrum ornauerant, id quod est à Q. Curtio<sup>h</sup> prodi-  
tum: sic quoque signum Apollinis aneum si Diodoro Siculo credi-  
mus cuius verba statim subiiciuntur; aut (sicut aliis placet) etiam  
aureum Carthagine fanumque ipsi magnificentissimè extructum  
olim extitisse, cum à Scipione vrbs illa expugnaretur, Appianus<sup>i</sup>  
docet; Plutarchus hoc amplius id signum quod magnum Apollinem  
vocat

a Lib. 7. diuinar.  
instit. cap. vlt.  
b Hiramō Bale-  
astartum filium  
in regno succes-  
sisse, huic Abda-  
startum, &c. &  
sequētes Tyrio-  
rum reges, no-  
men cultæ apud  
ipsos Deæ ad-  
iunctū ferè ha-  
buisse Genebrat-  
dus tradit in  
Chronol. in 5.  
ætate fol. 57.  
c in epist. Dido.  
ad Æneam Ilium  
in Tyriam trans-  
fert falciū ur-  
bim.  
d Sub init. lib.  
de Pallio.  
e Cap. 1.  
f In Epitome  
vbi de Imperio  
Heliogabali.  
g Extremo cap.  
22. lib. 1. diuina.  
institur.

i Libyca. videto  
& Valer. Maxi.  
lib. 1. cap. 1. exē-  
plo 3. & Pausan.  
Phocæicis.

a Statim in ipso initio in fol. 123. libri à Stephano excufi *μεγαν ἀπολλωνια* ἢ ἐν Καρχηδόνιοι ἀντιμαρῶ ἢ ἱππο-  
 b Lib. 13. Biblio. fol. 390. de aureis catenis ad basim illi Apollinis simulacro per superstitionem iniectis à Tyriis vt ipfius ab oppido suo fecesum cohiberent, idē Diodorus lib. 17. fo. 584. de sublati huiusmodi vinculis ab Alexandro, additaq; simulacro Philalexandri appellatione post opugnatum capiumque vi oppidum, sumptuosissimis Herculi sacrificiis peractis, idē Diodorus ibidē fol. 587.  
 c Cap. 15. lib. 1. diuin. instit. vide & cap. 22.  
 d Ret. Pith. c. 4. li. 1. aduers. subsec. laudatur à Lipsio epist. 22. lib. 5.  
 e Cap. 38.

f Eo quem attulimus loco superiore cap. ex fragment. instit. siue regular.  
 g Vulgò dicitur, La ville du Puy: vbi fanum D. Mariae dicatur. Vicus autem siue via quā populari sermone dicitant, Rue d'auuizere.

vocat Carthagine auectum Romæ contra circum Maximum fuisse locatū, scribit in Tito Quintio Flaminio: <sup>a</sup> Id è Gelois à Sicilia præda Carthaginenses misisse Tyrū, quod potitus hoc oppido Alexader eadē hora diēque, quibus à Carthaginensibus violatū fuerat, sacrificiis magnisq; prouentibus honorauerit: Diodorus Siculus <sup>b</sup> in hæc verba narrat: ἐχόντων ἢ γέλωρα ὀκτὸς τ' ὀλίως Ἀπόλλωνος ἀνδριώτα χαλκοῦν σφόδρα μέγα, συνλήσαντο αὐτὰρ ἀπέσθηλαρ εἰς τὴν Τύρον, &c. οἱ ἢ Τύροι καθ' οὗ κερὰν ὑψόθεν ἐπ' Ἀλεξάνδρου ἢ Μακεδόνος ἐπολιόρου μύθο καθύβριζον ὡς σιωπῶντι βόμβου τοῖς πολεμίοις. Ἀλεξάνδρου ἢ ἐλόνησεν τὴν πόλιν ὡς τιμωρῶσιν κτλ τὴν δόμνημον ἡμέραν ἢ τὴν αὐτὴν ὥραν ἢ ἢ Καρχηδόνιοι τὰν Ἀπόλλωνα πωρὲ γέλωρα ἐσίλησαν συνέβη τιμωρῶσιν θυσιῶν ἢ προσόδοις ταῖς μεγίσταις ἐπὶ τ' ἑλλάνων ὡς αἰτίου γονόμου τῆς ἀλώσεως. Vt hæc quoque in Apollinem religio à Didone non minùs quàm illa in Astartem, siue cœlestem altera vel ab ipsius certè successoribus è Tyro illius origine petita esse videatur. Vranum quidem si non à Carthagiensibus, à Pœnis, certè proinde vt ab Ægyptiis Isidem à Delphis Apollinem summa veneratione cultum Laetantius <sup>c</sup> refert. Ac Deæ quidem cœlestis huius præter locos superiøre sermone indicatos Tertullianus Apologetici cap. 3. commemorat, Sed & Saluanus Malsiliensis presbyter octauo de gubernatione Dei & Marcellus, Ammian. lib. 22. Annal. quod ab aliis <sup>d</sup> ante nos itidem animaduersum video. Præterea Victor Vticensis Episcopus in libro de perfectione Vandalor. Sic ferè: *Nam & hodie si qua supersunt subinde desolantur, sicut ibi Carthagineo dignam teatro adem Memoria, & viam quam cœlestis vocitabant funditus deleuerunt*: vbi pro, *viam*, reponendum *aram*. Lectissimo iuueni propinquo meo assensurus fueram; nisi consimiliter apud Prosperum in lib. de promiss. & predictio. 3. <sup>e</sup> vbi de Cœlestis ade ab Aurelio Augustino Episcopo Carthagenensi occupata loquitur, eam dein Placidia Augustæ iussu ac idololatriæ reliquias delendas dirutam, & ipsam viam Vandolica manu euersam proditum esse meminisse. Etenim sic ille: *Apud Africam Carthagini, Cœlestis (ait) inesse ferebant templum nimis amplum, omnium deorum suorum adibus vallatum, cuius platea Lithostroto pavimento ac preciosis columnis & mœnibus decorata propè in duobus ferè millibus passuum protendebatur, &c. Cùmque à quodam Pagano falsum vaticinium velut eiusdem cœlestis proferretur: quo rursus & via & templa prisco sacrorum ritui redderentur: Ille, ille inquam verus Deus, &c. Sub Constantio & Augusta Placidia, &c. Vrso insistente tribuno omnia illa templa ad solum vsque perducta, agrum reliquit, in sepulturam scilicet mortuorum: ipsamq; viam sine memoria sui, nunc Vandolica manus euertit.* Hactenus ille. Carthagini sanè, Saturni vicum fuisse inter Veneriam & Salariam ex actis passionis D. Cypriani iam dudum didici. Veneriam porrò via (vt conicere fas est) à Cœlesti siue Vrania Venere, quæ & Salinensis apud nostrum Vlpianum <sup>f</sup> dicitur, ex eo fortasse quod ipsius idolum hoc est signum & figmentum ad viam Salariam, qualem hodièque apud Anicium & huius Occitanæ prouinciæ oppidum non emporio magis, quàm B. Mariæ virginis *θεοτόκος* signo, templo adeoque

adeoque religioso cultu percelebre quā piam nuncupant, coleretur: nec sanè aliam eius nominis aut esse, aut probabilem adferri posse notationem arbitror. Hanc verò cœlestem Venerem illam esse censeo (si quid mei tamen est iudicij) quam B. Augustinus virginem cœlestem nuncupat, lib. 2. de ciuitate, <sup>a</sup> quo loco: *Veniebamus nos etiã aliquando adolescentes (ait) ad spectacula ludibriãque sacrilegiorum, spectabamus arrepticios, audiebamus Symphonicos, ludis turpissimis quibus Deabusque exhibebantur, oblectabamur: Cœlesti virgini, & Berecynthiae matri Deorum omnium ante eius lecticam die solemnī lauationis eius talia per publicum cantabantur à nequissimis scenicis.* Vbi quin Afer Augustinus de Cœlesti Africa atque adeò Carthagenensium ipsorum Dea, quam Virginem vocat, itēque de Cybele tanquam diuersis numinibus egerit, & virginem à matre omnium Deorum secernere voluerit, dubiū non puto; quicquid eruditi viri nonnulli <sup>b</sup> sentiant: quamuis idem vtriusque dea numen interdum haberi non modò non negem, verum etiam postea comprobare in animo habeam. Virginis autem Cœlestis nomine, non illam designatam accipio, quæ vna ex nouem Musis Vrania nuncupata, quòd

— Cœli motus scrutatur & astra

vt est apud Ausonium: <sup>c</sup> sed nec illam cuius signum in cœlo sub virginis appellatione ad aspectum Bootis constitutum à quibusdam Etrigonæ ab aliis iustæ iustitiæ (quam Hyginus in Poëticiis Astro-nomicis <sup>d</sup> appellat) Iouis & Themidis vel potius Thetidis filia, aut Fortunæ à nonnullis Cereri eò quòd spicas teneat, ab aliis Atergati tribuitur: sicut Germanicus Casar ad Arati Phœnomena, & Hyginus ille, quem modò nominavi, tradunt. Sed Astartem ipsam, siue Vraniam, siue Cœlestem Afri lingua vel aliena, vel sua nominarent, quam & *βάλιαρ* *θεῶν*, hoc est, *consiliariam* appellabant; numen ei Mineræ quoque forsitan tribuentes, iuxta sententiã Apuleij, cuius verba proximo sermone proferentur, si Deus dederit. Ac de isto consiliaria aut conciliatricis Deæ vocabulo vnus (quod sciam) locus est apud Appianum: <sup>e</sup> vbi Carthagenensium legati ad Senatū pro suis mœnibus, aris ac focus orantes, cùm de excindenda Carthagine ageretur, *εἰ ἢ καὶ ἡμῶν ἑστὶν ἔλεος* (aiunt) *φατὲ ἢ καὶ ἡμῶν ἔλεος εἰ συγχαρήτε μετ' ἡμῶν; φέσασθε πολιτικῆς ἑστῆς, φέσασθε ἀγορῆς, φέσασθε βολίας θεῶν πάντων τε ἢ ἄλλων ὅσα τοῖς ἐπιζῶσι τέρπειν ἢ τίμια.* Ad huius ipsius Astartes siue Vranie sacra, qua Dido Phœnissa secum Tyro Byrsam auexerit, aut ad Tyriorum similitudinem Carthagine à se condita fanciuerit atque dedicarit; locum istum eximium è Q. Curtio <sup>f</sup> referendum censeo. Inter quæ haud parua dictu res Tyriorum fiduciam accendit. Carthagenensium legati ad celebrandum anniuersarium sacrum more patrio tunc venerant: quippe Carthaginem Tyrij condiderunt, semper parentum loco culti. Quanquam si de facris Herculis (de quibus huius capituli initio à nobis actum est) Curtij verba malit aliquis accipere, non repugnabo, præsertim cùm Tyrios Herculem præcipuè coluisse, cuius templum extra urbem esset: ea sede quam Palatyron vocant, idem auctor antea monuisset;

<sup>a</sup> Cap. 4.

<sup>b</sup> Viues ad August. & Lil. Gyraldus in 4 hist. Deor. Syntagm.

<sup>c</sup> Edyllio 20. & vltim. de Musar. inuentis & municiis.

<sup>d</sup> Lib. 2. in Virgine.

<sup>e</sup> Libyca.

<sup>f</sup> Lib. 4. vbi de Tyro ab Alexandro obfessa.

a Euterpe sine lib.2. fol.67.

b Lib.34.natur. histor. cap.5. & 10. vide & de Thasio Pausania Eliacis. c Lib.2.de amoribus Clitopho. & Leucipp. vide & lib 7. & 8.

d Lib.20 Bbli. fol.739.

e Cap. 26 vbi videto Viuem.

f Libya.

g Lib.7.cap 19. & 26.

h Lib.4. vbi de Tyrii obsidione.

i Quem citat in hanc rem B.Cy-rillus lib.4.contra Iulian.

ac non ita multò pòst, urbem illam Herculis numini dicatam scripserit; ipsèque adeò Herodotus<sup>a</sup> in Tyro Phœnices templum se vidisse donatis multis exornatum, & verò duabus columnis siue cippis, altera ex auro excocto, altera è Smaragdo splendidissimo, quod sacerdotes pariter cum vrbe ipsa exstructum assererent; ac præterea templum ibidem aliud Herculis Thasij, postquam & apud Tlasum ipsi Phœnices à se conditam hîc quoque templum Herculi adificassent, illius quidem prioris Herculi Tyrio consecrati templi, duobus admodum locis Plinius meminit<sup>b</sup> vt cum Herodoto congruat sicuti Achilles etiam Statius, <sup>c</sup> quo loco Byzantinis redditum oraculum de factis Herculi apud Phœniciam Tyrum peragendis explicantem Sostratum inducit, Herculem Tyrium Carthaginenses qui à Tyriis processerant coluisse, ipsiq; Tyrum sui bonorum reditus decimas antiquitus, postea magnam pecuniæ ac donatorum pretiosissimorum vim rebus potissimum afflictis mittere solitos; ex Diodori<sup>d</sup> loco isto intelligitur: in quo *διότι οὐκ ἀκαχευδόνιοι (ait) νομίσαιτες ἐκ θεῶν ἀνοίξαι γεγονέναι τὴν συμφορὰν ἐξέπρασσαν πρὸς πάντοια ἑσπία καὶ δαίμωνις καὶ νομίσαιτες μέγιστα μίσην ἀνοίξαι τοῦ ἱερὰ καὶ τὸν παρὰ τοῖς ἀσπίοις χρημάτων πλῆθος ἢ ἀπολυτελεσάτων ἀνομιμάτων ἐπεμίσαν ἐς τὸν τύρον ἐκ δόλου ἀπειμισθέντες ὅτι ἐκ ταύτης εἰδήσαν ἦν τοῖς ἐμπροσθεν χρόνοις δεκάτιον ἀποστῆναι τῶν θεῶν πάντων τῶν ἐς τὸν πόρον πηλόντων.* Vnde illustratum prorsus illum alterum Curtij locum censeo. Quin & Apollinem vt mitram eximia religione cultum à Carthaginensibus quemadmodum à me iam semel dictum est; vt matrem Deam Berécynthiam, cuius illis Augustini verbis antea relatis facta mentio; & istis ex lib.7. de ciuitate: *e De mollibus (ait) eidem diatri magna contra omnem virorum, mulierumq; verecundiam consecratis, qui vsque in besternum dicuntur madidis capillis, facie dealbata, fluentibus membris, incessu femineo per plateas vicisq; Carthaginis etiã a populis vnde turpiter viuerent exigebant nihil Varro dicere voluit.* Æsculapij quoque signum fuisse in arce Carthaginis pretiosissimum & verò sanum ipsi Deo dicatum ad quod transfuga Romani cum Asdrubale sese, præsidij causa expugnata vrbe recepissent ab Appiano<sup>f</sup> alicubi mandatum literis. Et quod in nonnullis Africa partibus Saturno infantes à parētibus immolari solitos in Octauio Minutius Fœlix & B. Augustinus in libris de ciuitate s memorant; hoc ipsum à Tyriis Carthaginenses accepisse suæ originis auctoribus memini apud Q. Curtium<sup>h</sup> legere; quo loco, sacrum quoque quidem Diis (ait) minimè cordi esse crediderim multis seculis intermissum repetendi auctores quidam erant, vt ingenuus puer Saturno immolaretur: quod sacrilegiū verius quam sacrum Carthaginenses à cōditoribus traditum., vsque ad excidium vrbis suæ fecisse dicuntur: ac nisi seniores obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur, humanitatē dira superstitione vicisset. De Phœnicibus profecto Apollodorus apud Porphyrium<sup>i</sup> ita loquitur, tanquam eius diræ superstitionis auctoribus, quod in magnis calamitatibus vel bello, vel fame, vel pestilentia, vel siccitate amicissimum quendam suffragio eligentes Saturno sacrificauerint. Verumtamen illum

illum de sacro anniuersario, quod Tyricum incolis Carthaginenses celebrarent eiusdem Curtij locum; de Astarte potius ac Cœlesti vel etiam atque adeò multò magis de Hercule quàm de Apolline aut Æsculapio vel de Olympio Ioue (cui delubrum iam olim apud Tyrum fuisse dicatum huius sermonis initio memorauimus) intelligendum credimus atque asseueramus. Multa quidem Tyrios aliàsque ciuitates ingentia templa Herculi excitasse, nec festiuitates tantum celebrasse, sed quarto quoque anno ludos eidem ac certamina dedicasse Theodoretus<sup>a</sup> memorat. Denique vt de sacro Herculis, Curtij locum, quem antè indicaui, exponendum asseram, facit istud facrorum Bibliorum; <sup>b</sup> in quod nuper incidi, cum superiora omnia exarasset, testimonium: vbi Machabæorum historia auctor de Antiochi Epiphanijs Tyrannide agens ac de impleta Pontificis Iasonis Græcam ludorum Etanicorum religionem Hierosolyma inuehenti fide differens: *Cum autem quinquennialis agoni Tyri celebraretur & rex præsens esset misit Iason facinorosus ab Hierosolymis viros peccatores portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis, quas postulauerunt hi qui asportauerant, ne in sacrificijs erogarentur quia non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari. Sed hæc oblata sunt quidem ab eo qui miserat in sacrificium Herculis: propter presentes autem data sunt in fabricam trivremium, &c.* Facit etiam quod Chonem ab Ægyptiis dictū Herculem, Palæstinis sub nomine Chium coluisse, quod idolum *Repha*, siue *Rempbam* (vt ex Hebræo deprauatum apud B. Lucam<sup>c</sup> legitur) Colossæ siue Gigantea, qua effingi solitus Hercules, figura & magnitudine dictum fuisse recentiores, <sup>d</sup> peritè adnotarunt. Nec tamen nescio præter eos quos antè memorauimus, Bacchum quoque à Tyriis, qui Protrygeus appellatus, velut indigenam Deum summo in honore habitum; existimantibus vini vsum ab illo apud ipsos primùm esse indicatum: qua de re pluribus verbis ab Achille Satio Alexandrino libro secundo<sup>e</sup> de Clitophontis & Leucippes amoribus agitur.

Ceterum sub Vranix seu Cœlestis appellatione Lunæ antiquitus, ex quorūdam ab Herodiano & Luciano relata opinione, cultum exhibitum à Carthaginensibus; à Phœnicibus autem & Palæstinis in Syria sub nomine Astartes, quam & Dominam & Reginam cœli vocarent; hoc quidem diffusè satis à me superiore toto sermone videtur expositum, nec est cur ipsi velim hac de re, quicquam appositum præter Philastrij Brixienis<sup>f</sup> testimonium de Cœlesti Africa, quod illa ipsa fortuna siue Regina cœli sit (Luna nempe) cui Iudæos à vero Deo deficientes exemplo Palæstinorum sacra fecisse., cum *πρὸς Ἀπολλωνίους* loquerer, apertè sacrarum imprimis literarum auctoritate adhibita ostendi. Sic ille igitur: *Alia est hæresis in Iudæis qui Reginam, quam & fortunam cœli nuncupant (quam & cœlestem vocant in Africa) eique sacrificia offerre non dubitabant; vt etiam Prophetæ Hieremiæ Iudæi dicerent, ex quo illi fortuna Cœli siue Reginæ non sacrificabant ex eo cuncta illis mala & pericula contigisse. Nec tamen ideo minus verè dictum existimari debet, quod antè*

a Lib.3. aduerf. Gracos qui est de Martyrio.

b Ex cap. 4. lib. 2. Machabæor.

c Act. Apost. c. 7. vers. 43. d B. ad illum locum.

e In ipso statim eius lib principio, vbi accuratè fabula enarratur.

f Ex lib. de hæresibus.

a In devrbibus vbi ἐλάσα π67.11 τῆς νύκτὸς μὲν πάλαι ἴκταις ἐπίτητι, πάλαι δ' ἀρπύριος.

b In lib. de vita Hilarionis eremita col. 329 sic ferē: *Vades in desertum Cadis ad unum de discipulis suis videndum cum infinito agmine monachoru pervenit Elusam, eo forte die quo anniversaria sollemnitas omnem oppidi populum in templum Veneris cōgri gauerat. Colunt autem illam ob Luciferum cuius cuius Sarraceni natio dedita est.*

c ἐστὶ δὲ ἐν μέσσοις (ait) ἡ ἀφορμή τῆς ἐρῆς θεῶν ἡ ἀνομιὰ τῆς νομίας ἡ μέγας, τινὲς δὲ σελεύην ἐρῆν εἶναι φασίν.

d Lib. 11. Saturn. cap. 8.

e Vbi duas Veneres facit & eius imitatione Poeta Epigrammarius quidā ἡ λυπρὴ εἰς ἀνομιὰς ἡ ἀσέβεια τῆς θεῶν εἰπόντων, Οὐρανίαν ἀγναῖαν ἀνθεμά χρυσοχόουσαν, Vraniam Veneris Pausanias in Atticis meminit, & in Lacedaemoniis quibus ἀποστροφῆς, hoc est, verticordiā adiūgit, tertiam Pausanias Bœoticis, Phurnutus verd ἐν τῷ ἀπὸ θεῶν τertia σαυατήν, vel (si cuti rectē Lilius emendavit Syn-tag. 13.) συντήν facit. Trium Veneris signorū Vrania, Pandemī, & tertij nomine carentis meminit Pausanias in Arcadicis. Cicero quatuor Veneres numerat in lib. de natu. Deor. 3. & Arnob. lib. 4. aduers. gentes. Ab Ægyptiis & Græcis a quē duos itidem Cupidines Vrania & Pandemum agnosci; cui tertij adiungant, Solem existimantes Ægyptij, Plutarchus docet Erotico fol. 1360 lib. à Stephano excusi. f In his Pausanias Eliacōn 2. Plutar. in lib. de Iside & Osiride. g Apud quem Thiamis de Ægyptiis narrat ὅτι τὴν πάνδημον ἀφορμή τῆς ἐρῆς ἀποφθικῶν ἀπὸ τῆς γενέσεως τῆς λιανῆς ἡ δὲ τὴν χροῖαν ἀλλὰ τῆς εἰς διαδοχὴν ἀσφαρῆς ἐνεκα γαμμηλίας. De qua intelligendū moneo quod Plutar. Eroti. fol. 1360. de Ægyptiis agens, Ἄφορμή τῆς ἐρῆς (ait) ἐστὶ μέγιστος σεβασμὸς. h Cap. 8. i Epist. 13. de infti. monac. col. 12. k In de error. profa. relig. quanquā Philastrius Brix. Episc. in lib. de hæres. vbi de hæresi mulier. cum Thamur simulacro de Adonide non loquitur. Sed illum fuisse illum Regis Gentilium & Pharaonem qui Ægyptiorum Rex fuit Moïsi tempore vocatum Thamur.

maritus plangitur Veneris & percussor eius, vulnūque monstratur circumstantibus, &c. & Macrobius a apud Assyrios Veneris Architidis & Adonidis maximam olim venerationem viguisse, vbi tradidit; hoc quoque adiecit: *Nam Physici terræ superius Hemispherium, cuius partem incolimus, Veneris appellatione coluerunt: inferius verò Hemispherium terræ Proserpinam vocauerunt. Ergo apud Assyrios siue Phœnices lugens inducitur Dea quod Sol, &c.* Nam Solem Adonidis nomine designatum esse non dubitari paulò antè Macrobius ibidem scripserat. Superioribus hoc quoque accedat, quod à Phœnicibus in Gingris, hoc est, lingua Phœnicia in Adonidis luctu adhibitum palmarium tibiarum, quas ex eo Gingrinās vocabant, stridulum & acutum naniūque accommodatum & lugubrem sonum; narrat Eustathius b ad illud Homericum: Ἀνδροπόρφυρος τε βοῶν ἔχου. à Xenophonte scilicet, in hac omnino verba, ξουφῶν ἢ ἰσορῆι γινόμενος αὐτὸς ἀπὸ μαλακίας παρὰ φόντον ὄντι καὶ γοδφθελομῆδος εἰς καὶ καῖες ἐχρῶντο. ἢ δὲ χροῖσι τοῖς γινόμεναι ἐπὶ τῶν Ἀδωνίω θρησκίω ὅτι γινόμεναι ἐπὶ φόντον, &c. quæ cum illis plurima mutuatus ab Athenæi quarto Deipnosophistā: quamuis ipsius hoc loco nomen subitauerit, quem alibi laudat non semel. In Elymra in super Assyriæ ad Persicam propè Susa ( vt auctor Stephanus) regione, Adonidis templum fuisse; in quo mansueri leones velut salutatōs illud ingredientes homines adulando exciperent. Ælianus de Animal. lib. 12. cap. 23. tradidit. Ac de festis quidem Adonidis non modò apud Ammianum Marcellinum duobus minimū locis, c verum & apud Hieronymum in Ezechielem d fieri mentionem constat. Ad istum autem Veneris de Adonidis cæ de luctum

— Cuius monumenta manebunt ( ait apud Ouidium e Dea )

Semper Adoni mei, repeitūque mortis imago

Annua plangoris peraget simulamina nostri.

referendus ( me iudice ) locus Lampridij de Alagabalo Pseudantonino Imperatore: quod Venerem à Babyloñis Salambonem vocatam, & omni planctu & iactatione Syriaci cultus exhibuerit. Pertinet quidem hæud dubiè ille Marcellini locus ex lib. 22. ac nescio an eòdem referri debeat quod de sacris Cereris à B. Augustino f de ciuitate, & Eusebio g de præparatione Evangelica traditur. Venerem profectò ab Assyriis cultam, quæ eadem Vrania sit, & Mylitta nominatam; cui sacra facere, sub Mitræ tamen appellatione ab illis Persa didicerint Herodotus h refert: vbi de Persis ἐπιμαθῆναι ἢ τὴν ἐρῆν θύειν παρὰ τε Ἀσσυρίων μαθόντες καὶ Ἀραβίων. καλέσαι ἢ Ἀσσύριοι τὴν ἀφορμὴν Μύλιττα, Ἀραβιοὶ ἢ Ἀλιττα, Πέρσαι ἢ Μίττρα. Idem ipse Cypræ ac Cytheræ Veneris templa fuisse à Syris & Phœnicibus condita; & quod in Ascalone Syriæ hoc antiquissimum omnium Veneriorum Vrania Veneri dicatum, his omnino verbis prodidit, ex quibus eandē cum Astarte Venerem Vraniam siue Cœlestem fuisse habitam satis apertè colligitur. Nam vbi τῆς θρανίης ἀφορμῆς ἐρῆν τὸ ἔξω τῆς Ἀσσυρίων πόλεως τῆς συρίας ἠνομιναυτ, addit postea ἐστὶ ἢ τὸ εἶδος ὡς ἐγὼ συνθηκόμενον ἐν ἐνδοχῶν πάλαι ἀρχαῖοι ἔρῆν ὅσα ταύτης τῆς θεῆς, ἢ ἢ τὸ ἐν κῆρυγι ἔρῆν γνησθῆναι ἐγένετο ὡς αὐτοὶ λέγουσι κῆρυγοὶ ἢ τὸ ἐν Κιβύρισι,

a Cap. 2. lib. 1. Saturnal.  
 b Iliad. 3. folio 1357. versic. 40. quem locū non citat cum Athenæi & alios cōplures adferat Erasmus in Carica Musa prou. 79. cent. 8. chil. 1. col. 281. citatus à lexicographis & à Dalichapio ad interpretationē Athenæi suam, fol. 131. vbi videas cenfeo: & apud Iul. Pollucem Onomast. lib. 4. ca. 10. col. 213 & 214.  
 c Lib. 19. & 22. quibus adiunge alium ab Euseb. lib. 3. de præpar. Euang. in Elencho Græcorum dogmatum pag. 66. 67. & 72.  
 d Cap. 8. & Brevia. Rom. ad 3. diem Maij in festo Inuentionis S. Crucis le. 4. vbi post 180. annos ex præsepī Saluatoris sublatum Helena Constantinī matre procurante simulacrū Adonidis, vt & marmoream Veneris statuam ex crucis Domini cæ loco in quo à gentibus collocata fuerat ostenditur. Adonia festa & in Ægypto celebrata indicat Theocritus eiddyllo 15. quod inscribitur συναγῆσι ἢ ἀσσυρίων.  
 e Fab. 12. lib. 10. Metamorph.  
 f Cap. 7. lib. 6. de ciuitate Dei.  
 g Lib. 3. de præparat. Euang. vbi de Adonide & Atride.  
 h Lib. 1.  
 i Atticis fol. 10.  
 Aldini exempl.





a Apologet. ad-  
uersus gen. c. 23.  
b In de deorum  
imaginib. ad fi-  
nem vbi de Ce-  
rere.  
c Apolog. c. 24.  
d Lib. 1. Æneid.

pollicitatricem nūcupat, a Albricus autem Iunonem nubium Deam  
ita pingi ait b solitam, vt per sata imbrem spargat Cererique dex-  
tro latere superponatur. Deinde quæ Sami Iuno, eadem Carthagine  
summa veneratione colebatur. Quamobrem Terrullianus: *Vellet  
Iuno Punicam urbem* (de Carthagine loquitur) *posthabita Samo di-  
lectam ab Æneadarum vtique genere deleri, &c. misera illa coniux Io-  
uis & soror aduersus fata non valuit, &c.* quæ sequuntur, quibus  
haud dubiè verbis ad illud Vergilij d carmen aspexit,  
*Vrbs antiqua fuit, Tyrj tenuere coloni  
Carthago. — Et  
Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam  
Posthabita coluisse Samo.*

e Folio 255. Præterea Iunonis, vt Argiux Samiæve, sic Pœnæ Cyprianus e in lib.  
de idolorum vanitate meminit. Denique Carthagine post ipsius  
excidium à C. Graccho coloniis Italicis datam, & Iunoniam ab eo  
dictam Solinus tradit in Polyhistore. f Nam quod quis D. Augustini  
quam antè attuliprætendat auctoritatem, vt Cœlestem non Iuno-  
nem, sed Venerem fuisse habitam ostendat; non erit, si verba eius ali-  
ter quàm fecimus interpunxerit: hoc nempe modo: *Redacti sunt illi  
in regnum Christi, in quibus ille* (Mercurius nimirum) *regnabat, re-  
gnum Veneris quale erat? Carthagini vbi nunc est regnum Cœlestis.* Sic  
enim potius quàm, Cœlestis, legendum aliquis non sine probabili ra-  
tione coniecerit, vt Cœlestis Dea & ipsa non Venus, sed Iuno intel-  
ligatur; quando & Astartem idem ipse vir longè doctissimus eum  
sacro sanctæ scripturæ locum ex lib. Iudicum g vbi sic scriptum: *Ser-  
uierunt Baal & Astartibus*, in Græco Septuaginta, *ἐλάθησαν τὰ βάρβα-  
ρα τὰς Ἀστάρτας*: in Hebræo, *ויעבדו לבעל ובעלת בעל* *vejaa-  
bedu labaal vela Astaroth*, de Iunone profus explicandū esse duxit, h  
his ferè verbis: *Solet dici Baal nomen esse apud gentes illarum partium  
Iouis Astarte autem Iunonis quod lingua Punica putatur ostendere.  
Nam Baal Punici videntur dicere dominum, vnde Baalsaman quasi do-  
minum cœli intelliguntur dicere: i Saman quippe apud eos Cœli appel-  
lantur. Iuno autem sine dubitatione ab illis Astarte vocatur. Et quoniam  
istæ linguæ non multum inter se differunt, merito creditur de filiis Israël  
hoc dicere scriptura, quod Baal seruierunt & Astartibus, quia Ioui &  
Iunonibus, &c. quæ sequuntur. Quod si fortè aliud in Hebræo vel Sy-  
ra lingua nomina ista significant, Deos tamen alios fuisse constat fal-  
sos, quibus Israël seruire non debuit.* Haetenus ille: vbi quod ait de lin-  
gua Punica, & Baal Punicos videri dicere Dominum: caue de Pœnis  
accipias, sed de Phœnicibus & Phœnicia lingua, quæ aut Syria fuit  
aut Syriacæ cognata, & propè genuina, sicuti ad superioris capitis  
initium admonui. Ab ea verò Pœnum siue Afrū aut Libycum idio-  
ma non parum recessisse, cum illud eidenter apparet ex eo quod Solinus  
Polyhistore k agens de Carthagine, ipsam ab Elissa extractam &  
Carthadam esse nominatam scribit, quod Phœnicum (inquit) ore  
exprimit ciuitatem nouam: mox sermone verso in morem Punicum  
esse

h quaest. 16. in li.  
Iudic. quem lo-  
cum vidit hac  
de re agens Coe-  
lius Rhodigin. c.  
5. lib. 23. antiqua  
lectio.  
i Connexæ locū  
superiore cap. à  
me allatum ex  
lib. 1. Eusebij de  
præpar. Euang.

k Cap. 30.

esse dictam Carthaginem: vbi Punicus sermo cum Pœnum, Afrum,  
Libycum seu Africanum significet, atque à Phœnicio disertis ver-  
bis discernatur: & cum Afros Phœnicum linguam nonnulla ex parte  
mutasse Diuus Hieronymus a doceat: videndum cenfeo, ne in illo  
superiore B. Augustini loco sit ingens paragramma, b vt ibi Phœni-  
cia, & Phœnicios, potius, quàm Punica, & Punicos, legi debeat; vel  
certè Pœnicea, vel Pœniceos, vt quibusdam c auctorum locis habent  
veteris chartæ; quod ipse quidem ita scripserit, sed ignari dein li-  
brarij vel certè dormitantes (de quorum in transcribendo erroribus  
ipse ac D. Hieronymus d passim conuenerunt) postea in hunc de-  
prauarint modum: scilicet dum se ad quæstum illo munere defun-  
gi, seque absoluerè properant: quemadmodum & alio e apud eun-  
dem Augustinum loco, vbi postquam Mammona apud Hebræos di-  
uitias appellari docuit, statim subiicitur: *Congruit & Punicum nomen:*  
nam lucrum Punicè Mammon dicitur. Nisi quis, ne mutetur quic-  
quam, Punicum pro Phœnicio scripserit, atque hoc intellexisse do-  
ctorem præstantissimum malit admittere. Nam quod Baal Baalim de  
Ioue D. Augustinus exposuit, ab eo factum rectissimè: Iudæi quippe  
ac Palæstini, vt Astartes cultum à Phœnicibus, ita Baalis, à Chaldæis,  
aliisque vicinis populis & ante transmigrationem Babylonis addi-  
dicerant, sicuti & vituli Apidos deinde ab Ægyptiis. Beli sanè Iouis,  
Cœlestis disciplinæ vel syderalis (vt Plinius loquitur) scientiæ in-  
uentoris apud Babylonem fuisse templum f & Belem apud Babylo-  
niam à Chaldæis cultum vt municipem Deum g auctores tradidè-  
re: in his Plinius idem ille alio loco, h Eumetrem Beli gemmam sanctif-  
simi deorum sibi Assyrios appellare porracei coloris superstitionibus  
gratam-Dio i quoque quamlibet à Io. Xiphilino decurtatus cultum  
apud A pamaeam Syriæ Iouem Beli cognomèro sic ferè scribit: *ὡς ἂν  
ὁ Ζεὺς ὁ βίβλος ὀνομαζόμενος ἐν τῇ Ἀραμῆα τῆς Συρίας τιμώμενος*, quæ  
ego Syrii Iouis appellatione denotatum ab Ælio Spartiano in extre-  
mo libri de vita Antonini Caracallæ arbitror; propterea quod in  
Heliogabali vocabulo Beli siue Baalis nomen insit. Ibi enim ita scri-  
ptum; vbi de Faustina templo quod ei maritus Antoninus olim sub  
Tauri radicibus fundauerat: in quo postea filius Balsiani (ait) Heli-  
ogabalus Antoninus sibi, vel Ioui Syrio, vel Soli (incertum enim id  
est) templum fecit. Baal denique Deum fuisse Tyrriorum auctori-  
tate Iosephi aduocata, sicut Astartem Sidoniorum Theodoretus ali-  
cubi k me docuit: eundem scilicet cum Belo; vt ex Hieronymi testi-  
monio constat, quod superiore sermone protuli: dictum forsitan à  
Belo siue Pagide, quæ in Phœnicia riuum vitri fertiles arenas paruo  
littori miscere testatur Plinius; l quamuis apud Aquileienses Apolli-  
nem etiam sub Belis cognomento coli Herodianus m asserat: nisi po-  
tius Belum annem illum in Phœnicie, Beli Iouis siue Syrii (quem  
dixi) caeremoniis sacrum, accepisse nomen ab ipso numine intelli-  
gendum est; quem nasci creditum ex palude quæ vocatur Caude-  
bœa in ea parte Syriæ quæ Phœnicie dicitur, finitima Iudææ intra  
montis Carmeli radices quinque M. pass. spatio in mare perfluètem,  
E

a In fine proce-  
mij ad secundum  
librum Epistola  
ad Galatas com-  
mentar. ad Pau-  
lam & Eusto-  
chium.  
b Sic loquitur  
Hieronymus ad  
Lucinū vbi de  
suis operibus.  
c Lucret. lib. 2.  
purpura Punicū  
que color, & in  
Attrebatensi e-  
xeimplari apud  
Val. Max. lib. 2.  
cap. 4. exemplo  
penū. translatum  
antea Pœniceū in-  
dutum iuniceū.  
d Quem videto  
epist. 135. ad Su-  
uiam & Frete-  
lam & cōment.  
in Matth. lib. 1.  
in 2. cap. & lib.  
4. in Matth. cap.  
23 & ad Lucin.  
e Lib. 2. de ser.  
Domi. in monte  
cap. 14.  
f Plin. c. 26. lib.  
16. Solin. cap. 59.  
Polyhist. Iosipp.  
lib. 4. de antiq.  
Iud. ex Hecateo,  
item ex Berofo  
vbi de Nabucho  
donosoris vito-  
ria & captiuitate  
Iudæorum.  
g Herodo. lib. 1.  
Pausan. in Atti-  
cis. Terrul. in de  
idololat. Minu-  
cius Felix in O-  
ctauio. Soli. Po-  
lyhisto. cap. 59.  
h Plin. cap. 10.  
lib. 37.  
i Vide Xiphilin.  
in Anton. Carac-  
alla ad extre-  
mum in fol. 340.  
k Quaest. 48. in  
lib. 3. Reg.

l Cap. 19. lib. 5.  
natur. histor.  
m Lib. hist. 8. in  
Maximino folio  
171. lib. à Steph.  
excusi.

a Plin. cap. 26. lib. 36. natu. hist.

iuxta Ptolemaidem coloniam, alio loco a is quem ante laudavi Plinius tradit, ubi & istud legeris: *Lentus hic currit, in salubris potu, sed caeremonijs sacer, limosus, vado profundus, &c.*

Sed ad rem, atque vt huius difficultatis nodum dissoluamus, negandum non est aut in vllam adducendum cōtrouersiam quod post Apuleium D. ille Augustinus asseruit: cuius opinionem auctor glossæ ad eum locum interlinearis est sequutus: sed sciendum hoc fuisse antiquitus in Cimмериis illis Paganorum à veri Dei cognitione aberrantium tenebris, qui Deas quidem nominibus diuersas Iunonem ac Venerem, idem tamé vtriusque numen eandémque vim esse existimarent: Græcos mitto, apud quos Pausanias b in agro Laconico Appollinis Æpas vetus sacellum fuisse perhibet; itémque insulam in qua prius oppidum Gadium fuit, quam Ephorus & Philistides (ita Plinio c dicitur qui Straboni d Pherecides) Erithyam vocant, à Timæo & Sileno Aphrodisiadem, hoc est, Veneriam, ab indigenis Iunoniam (sic malo quàm Iunonis legere) Plinius e nominatam auctor est.

Ipsi Assyrij & Phœnices cùm Astartem colerent, cùm Carthaginenses & Afri Cœlestem siue Vraniam: partim Lunam, partim Iunonem aut Venerem, aut potius vtramque simul atque in his aërem se venerari crediderunt. De Luna satis superque superiore capite actum fuit: cum qua Dianam & Iunonem eandem esse habitam docet Macrobius, f Cererem ac Dianam cum Luna itidem Arnobius, g De Veneri ac Iunone Iulius Firmicus ita hoc expressit alicubi: h *Assyrij & pars Afyrorum aërem ducatu habere elementorum volunt, & hunc imaginata figuratone venerantur. Nam hunc eundem, id est, aërem (hoc autem, id est, aërem, non Firmici sed Scholiasta reor) nomine Iunonis, vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas, consecrarunt.* Vbi virginis nomen Veneri adiunctum facit vt de Vrania siue Cœlesti Venere (quam & Astartem vocari docuimus) loquutum esse Firmicum, affirmare non verear. Porro quod Iunonem proinde ac Venerem ea Cœlestis aut Astartæ appellatione significatam diximus: hoc ipsum apertè comprobatur, Firmico longè vetustior Plutarchus, de Dea Syria quæ Hierapoli colebatur agens in Crasso; vt ex his eius verbis apparet: *χημῖα τῆ ἐν Ἱδραπόλει θεῆς φαρμῶς καὶ τρυφῶν μεταχρησθῆναι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας, &c.* Apud Hierapolim verò siue Bambycem in Cœlo Syria non prodigiosam modò Astartem siue Dercetonem antiquitus cultam, ex Plinio i atque aliis; k verùm & Astartem ex Luciano l intelligimus: de qua sensit, potius quàm de illa Plutarchus (vt opinor) & subiicit postea, *γίνεσθαι ἢ πρῶτον αὐτῶ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεῆς ταύτης ἢ οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ ἢ Ἥραν οἱ ἢ τῆς ἀρχῆς καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἢ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἢ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς.*

Quæ prorsus eadem (vt alia locis aliis complura) ex Plutarchi libris *τῆς Ἰδίας* ab Appiano m repetita & in suos congecta libros olim notauimus. Eodem pertinet auctoritas Plinij, n Sidus Veneris quod Lucifer ac Vesper dicitur, in tanto nominum ambitu esse dicentis; vt alij Iunonis, alij Iſidis, alij matris Deum appellauerint, cuius natura cuncta generantur in terris. Ergo & de matre Deum Cybele beatus Ambrosius

b Laconic. citat in hanc re. n Lilius Giral. I. Syn tagm. 13. histor. deor. c Cap. 22. lib. 4. d Lib. 3. Geogra. fol. 156 & 79. e In sup. d. loco.

f Cap. 15. lib. 1. Saturni. g Lib. 3. aduers. gentes. h In lib. de myster. & errorib. profan. religio. cap. 4. Iouem in materia Solem esse, Iunonem in materia Lunam prodidit. Plutar. in 77 q. Rom. i Lib. 5. natur. histor. cap. 23. k Phornut. in de nat. deor. vbi de Rheâ. Strabo ad fin. lib. 16. Lucianum in de Dea Syria. Alian. c. 2. lib. 12. de Anim. Athenagoras in Apologet. pro Christ. sed & Diodor. Siculus lib. 2. Biblioth. meminit. Lil. Giralduus Syntagm. 1. histor. deor. vbi de topic. diis. l In de Dea Syria. m Parthicus. n Cap. 8. lib. 1. histor. natur.

Ambrosius a ad Imper. Theodosium, vt eius proinde, ac Veneris idem esse cum cœlesti numen censuerit, aut potius Paganos siue Gentiles credidisse, ipsi pro explorato habuerunt, sic ferè loquitur: *Vnde Phrygij vates, & semper inuisa Romanis non aqua Carthaginis numina? Quam Cœlestem Afri, Mithram Persæ, plerique Venerem colunt pro diuersitate nominis, non pro numinis varietate.* De Iunone non loquitur D. Ambrosius, sed id nominis è superioribus locis splendendum esse, nemo dubitauerit (opinor) præsertim qui in eum Luciani de Dea Syria locum inciderit. In quo Iunonis simulacrum quoddam describitur, cui effingendo statuarius ex Veneris idolis aliquid; nonnihil etiâ ex Dianæ Mineruæ ac Cybeles, Lunæ item, & Vranæ siue Cœlestis; quin & ex Nemeseos, & Parcarum figuris mutuatus esse videatur: καὶ τὰ μὲν ξύμπαρτα ἠΐθεός λόγῳ ἦεν ἔχει. ἔχει δὲ τὴν ἰδὴν αἰὲν, καὶ ἀφροδίτης, καὶ σελευνάδης, καὶ ῥένης, καὶ ἀστέρματος, καὶ νεμείσσης, καὶ μοιραίας. χερεὶ δὲ τῆ μὲν ἐτέρῃ σὺν ἔργῳ ἔχει. τῆ ἐτέρῃ δὲ ἄφαντον, καὶ ἐπὶ τῆ κορυφῆς ἀπὸ τῆς τε φορέας, καὶ τῆς γούρας, καὶ κατὰ. (ὅ) μούλιον τὸ δὲ ἔργον κομμάσει. Vbi cestum Vranæ tribuit, quo ea sit ornari solita, cùm & Iunonis Cestus dicatur ab Arnobio, & Cestus Veneris tum aliis compluribus in locis: tum verò apud Homerum ipsum, in Iliade. Forsitan Cestus hoc loco sindonem, ac peplum significat, quo Dea Cœlestis peplo Trebellius Pollio Celsum ornatu ab Afri Imperatorem appellatum scribit. b De Iſidis sanè, seu Mineruæ peplo, Plutarchus eo loco asperit aliquid, ex quo loco in sequenti cap. verba proferemus: de Mineruæ peplo, quod in Panathenaica pompa delatum omnibus visendum exponitur, Origenes contra Celsum c de Iunonis peplo quod à sexdecim fœminis Olympiæ quinto quoque anno contexteretur, Pausanias Eliacân primo loquitur. Quod verò Cœlestē Afyrorum eandem Persarū Mithram à plerisque Venerem coli dixit Ambrosius: eò mihi placuit magis, quòd ab ipsis etiam Herodoti verbis, quæ superius d retuli, de Venere, Vrania siue Cœleste, quæ à Persis Mithra dicatur; clarissimâ lucem accipere perspicio; vt apud ipsum D. Ambrosium tamen, non Mithra (sicut in vulgatis omnibus exemplaribus legitur, quæ viros alioquin eruditos, & sagaces præ cæteris criticos e video sequutos) à me agnosci possit; sed sine aspiratione Mitra (vt est apud Herodotum) ibi reponendum esse omni asseueratione confirmem. In aspirationibus, accentibus, punctis ipsis, atque apicibus (quorum obseruationem leuiorem esse, atque aspernabilem, non bene, vt cum Agellio, seu potius Aulo Gellio f loquar, eruditi homines nonnulli ducunt; dum se in rebus scilicet grauioribus, ad argutias sophisticas, ad forenses fallacias, ad quæstum, aut ad honorum vanam utique non minùs ambitionem pertinentibus, occupatos esse gloriantur) permagnam plerunque vim esse, ad mentem vetuorum, & classicorum auctorum, in omni literarum vtrarumque genere assequendam, penitusque noscendam; dudum, ac sapius deprehendisse videor. Et quamuis alia iam Senatorem seueriora, iuris vtriusque, ac Theologiæ, studia deceant, quæ ipsi quoque serio colimus: attamen in vespertina (si fortè) Sanioriani recessus

a Aduersus Symmachum, quem locum citat etiâ Lipsius noster, non in hac rem tamen, epist. 22. lib. 5.

b In triginta Tyrannis.

c Lib. 6.

d Hoc ipso cap.

e Lips. in sup. d. epist. 22. sed & Durantius collega noster in postumo ipsius nunc nuper edito Romæ lib. 2. de ritibus Eccl. cap. 9. fo. 136. vbi de Mitra, vulgarem istum errorem sequutus atque amplexus est.

f Cap. 3. lib. 11.

nostri, vel hortuli Tholofani, ambulatione, relaxando aliquantisper animo elegantioribus hisce, ac amœnioribus ea cum distinguimus; quæ (obsecro) invidia, vel reprehensio est? Me quidem (vt verè, atque id quod res est dicam) nec insumptæ in hanc prouinciam criticam operæ adhuc piguit, in cuius administratione progredi lōgius, penitusque in dies opto, & gaudeo: nec suas alijs infulas, phaleras, atque alias eiusmodi præstigias (ita me Deus amet) inuideo. Ad rem quod attinet; Mithram, & Mitram coluere superstitioni Persæ: Deum Solem, deamque Venerem. De Sole, Strabō 15. τιμῶσι ἢ καὶ ἥλιον ἢ καλλῶσι μίθραν, καὶ σελήνῳ ἢ ἀφροδίτῳ, quo sensu, ἢ τὸν μίθραν familiarē, ac peculiare Persis insurandū huius apud Xenophontem Oeconomico, & in institutione Cyri; & apud Plutarchū Artaxerxis crebra mentio; sed & apud eundem Alexandro μίθρα φῶς λέγα legere est. Plutarchus a ex vetusti illius Zoroastris Magi sententia, inter Oromazen Deum, & hunc luci similem, atque inter Arimanium, quem & dæmonem diceret, tenebrisque, ac ignorantia compararet, mediū constituisse Mithram, ideoque Mithram à Persis μιστήριον, id est, mediatores, & intermedium vocari. Sanè τὸν ἢ μίθρα, siue μίθρα μυστήριον Iustinus ipse martyr duobus admodum locis b commemorat: quemadmodum, & sacrorum Mithræ apud Persas Origenes contra Celsum, c Specus Mithræ à præfecto vrbano Graccho cum alijs portentuosissimis simulacris ante paucos annos subuerſi apud B. Hieronymum epist. 7. d mentio iniecta est. Colebatur istud Mithræ nomen, in spelai, siue antri profundo adyto: vbi & homines immolabant, & alia mysteria sua Græci (hoc est, Pagani) etiam apud Alexandriam occultauerant; caluarias scilicet hominum tam iuuenum, quàm senum, quos fama est ibi mactatos antiquitus; vt per viscera explorarent (quod quærebant) magicasque artes exercebant, euocatis, & excantatis illorum manibus, siue animabus. Hæc est summa eorum quæ à Socrate in historia Ecclesiastica traduntur, e quæ non videtur assequutus Epiphanius Scholaſticus, ipsius interpres, historia tripartita, f quandam Deam Methram somnians; & postrema quæ de manium euocatione dixi prætermittens: quod (vt alia pleraque alibi obseruauimus) minimè intelligeret.

Porro autem initiationem Mithræ militis in Spelæo per lauacrū, in fronte signaculum, & coronam, gladio interposito sibi oblaram, & alia quædam horrida apud Persas superstitionem à Terrulliano g reprehensam, deploratam, infractam intueri licet. Atque vt scias nō solem modò, sed Cælestem quoque ignem Mithræ vocabulo à Persis ignem colentibus designari: ἐκ πῆρας γεννηθῆναι αὐτὸν ἢ ἀπὸ ἡλίου καὶ ἀπὸ τῶν τόπων ἔνθα μίθρα τὸς παρθομένους αὐτῷ παραδίδουσι, à Iustino illo memoratum; Medorum nomine Persas intellexit Plutarchus h cum ab illis, & Assyrijs barbaricos igni honores impendi protulit: πῶς ὡς γὰρ μίθρα (inquit) καὶ Ἀσσυρίους βαρβαρικῶς ἐξ ἡ τιμῶν, &c. Itaque D. Chrysoſtomus i ad populū Antiochenum: *Deus apud Persas* (inquit) *ignis esse putatur; ipsūque multo cultu venerantur.* Barbari etiam nunc illam regionem habitantes, & Herodotus k ipse rationem reddens

a In lib. de Iſide, & Oſiride, quem locum & alios à me prætermiſſos attulit Lil. Girald. hiſt. deor. Syntag. 7. b Aduerſ. Tryp. fol. 81. & 87. & Apologet. 2. ad extremum in d. 161. c Lib. 6. d Ad Lætiam, de inſtit. filiæ.

e Lib. 3. cap. 2.

f Lib. 6. cap. 8.

g In de præſcriptione aduerſus hæret. in de corona militis & in lib. de baptiſ. h Lib. de facie in orbe Lunæ. i Homil. 4. de paciētia & tolerantia. col. 41. libri Lutetiæ excuſi anno 81. k Lib. 3. hiſt. citatus à Stobæo in collecta. loco communi fermonē 27.

dens quamobrem Agyptij, ac Persæ mortuos comburere nefas existiment, Πέρσαι ἢ Αἰγύπτιοι (ait) ἐχούσι ἡγούσαι τὸς νεκρὸς καίειν. Πέρσαι ἢ δὲν νομίζουσι εἶναι τὸ πῦρ διὸ & δίνουσι εἶναι λέγουσι θεῶν νέμεν νεκρῶν ἀμβρόσι, &c. quæ sequuntur. Maximus denique Tyrius a Πέρσαι μὲν πῦρ (τιμῶν ἡρώμεων) ἀγαλμα ἐπίμυθρον ἀκόρετον ἢ ἀδυσκάλου θύσει Πέρσαι πῦρ ἐπιφοροῦντες ἢ αὐτῶ τῶν πυρὸς τροφῶν, ἐπιλέγουσιν πῦρ δίασσοι ἐσθῆ. Heraclium sanè Byzantinum principem, cum in Persiam interiorem penetrasset, cui Chosroes imperabat, vrbes euertisse, lucosque vnà cum igne qui ab illis colebatur deleuisse Zonaras b in hæc verba narrat, Ἡράκλειος ἢ ἢ εἰς τῶν ῥωστέρων περσίδα εἰσέλθαι καὶ τὰς τὸ πῶρος καθῆρη, καὶ τὰ τεμένη ἢ πυρὸς, αὐτῷ ἐπένω (ἢ) τιμωμῶν παρ' αὐτοῖς σὺν ἀφθέρῃ. Cum autem Arabas Persis finitimos esse constet, non minus quàm Medis, vt plerunque ista inter se confundi ab auctoribus nomina verum sit; deinde cum auctore Iustino demonstratum sit ignem, quem Persæ colunt è petra progenitum ab ipsis credi. Equidem eundem ab Arabibus ignem sub lapidis tetragoni simulacro cultum, & adoratum sentio: tamen si se ignorare profiteatur. Maximus idem Tyrius aliquanto post c sic admodum scribens: Ἀράβιοι σέβουσι μὲν, ἵνατινα ἢ ἐκ οὐρα τὸ ἢ ἀγαλμα δ' εἶδον λ' ἢ ἢ τέρματων. Et de igne similiter lapide accipiendum quod Arnobius aduersus gentes lib. 6. informein Arabes lapidem coluisse memorat. Denique de isto lapide interpretor illud profani sacramenti signum θεὸς ἐκ πῆρας, quod refert, non explicat, Firmicus Maternus de Mysterijs, & erro. Proph. religio. sicut apud nos in Ecclesia Catholica sub festum Paschæ benedicendus ignis, ex quo accendendus est Paschalis cereus: è lapide ad ferrum colliso educi solet, non sine mysterio, de quo alibi, si erit commodum, agetur pleniùs; interea elegantissimum istud Aurelij Prudentij carmen, ex hymno cathemorinon initio proferre iuvat:

*Quamuis immunem sidere regiam, Lunamq; polum lampade pinxeris:  
Incussu silicis lumina, nos tamen Monstras saxigeno semine quærere,  
Ne nesciret homo spem sibi luminis in Christi solido corpore condita,  
Qui dici stabilem se voluit petram nostris igniculis vnde genius venit,  
Pinguis quos olei rore madētibus, Lychnis, aut facibus pascim⁹ aridis:  
Quin, et filia fauis stirpea floreis, Prasso melle prius collita fingim⁹, &c.*

Sanè Magus Persarum sacerdotes, cum idola cetera respuerent, atque abominarentur; igni tamen Soli, ac Lunæ diuinos honores tribuisse scribit Epiphanius, d τὸν πῦρ ὡς προεῖπον (ait) παρὰ πῆρας Μαγιστοὶ καλέμενοι, οἱ εἶδωλα μὲν βδέλυτ' ὀνόματι εἰδῶλοις τε προσκυνούσιν πῦρ ἢ σελήνῳ ἢ ἥλιῳ. Quin & ipse D. Hierony. duobus e quos mihi nunc memoria suggerit locis, Firmicus f praterea, quem ante laudauimus à Persis, & magis omnibus qui Persia regionis incolunt fines, ignem omnibus elemētis præferri, & Mithram dici (sic omnino reponendum aio, vbi passim legitur Mitram, errore illi alteri contrario) sacra verò eius in speluncis abditis tradi, narrat; armatumque clypeo, lorica, thorace, gladio, & hasta militem, consecrari. Plinius g denique de obeliscis agens, solis numini sacratis; radiatorum eius ar-

a Oratione 38. fol. 223. edit. Stephan.

b Tomo 3. Annal. fol. 69.

c Eadem orat. 38. fol. 223.

d In sermo. de Cath. fide. quod Persarum Magi & Asiarici, & Macedones & Sarmatæ ignem colerēt. Clemēs Alex. Protreptici fol. 25. auctor est.

e In 3. Amos, & ad Lætiam. de inſtit. filiæ.

f In lib. de myster. & err. prop. relig. cap. 5. quod Persi ignem colerent, consueuissentq; ipsorum Rex Idigerdes in quadâ domo ignem ardētem perpetuò suppliciter adorare tradit Epiphanius Scholaſticus hiſt. tripart. lib. 11. c. 8. vide & lib. 3. cap. 2. & 3. de Sapore. De igne à Chaldeis, quem pro Deo habent circumlato, vide Ruſin. presbyt. hiſtor. Ecclef. lib. 2. cap. 26.

g Cap. 8. lib. 36.

a Fol 149. edit. Antuer. an. 1588. nu. 20. & nu. 21. adde sis & aliam in verbis Masai, extantē Romæ cuius verba protulit Lipsius in auctorio in script. vet. pag. 29. Vide ipsum Onufrium si lubet in sua ciuitate Romana fol. 157.

b Lib. 1. Thebaidos ibi, indignata sequi torquentem cornua Mythram. Sed & Ioui Hämönij cornua non arietina modò, vt è Festo & Isidoro passim creditur, verùm etiã bouis olimastignata ex histor. Hebraica Ios. lib. 2. c. 6. Drusus docet cap. 23. lib. 8. obserua. Itaque Iouem & Solem eundem à veteribus nonnullis creditum è Magrobio intelligas licet.

c Cap. 17.

d Cap. 23.

e Per. Mar. in c. 2. lib. 2. Regum, & in loco com. 16. fol. 1335.

f Cap. 16. lib. 4.

gumentum in effigie est, & ita significatur nomine Ægyptio: primus omnium id instituit Mithres, qui in Solis vrbe regnabat somnio iustus: & hoc ipsum inscriptum est in eo. Atque hic quoque Mithres aspiratè scribendum admoneo, quemadmodum in antiquis illis inscriptionibus quas ab Onuphrio Panuin. Smetius appendicis antiq. inscrip. ordine 2. retulit. a Soli inuictò Mythre T. Antistius T. F. Stellatina Seuerianas dedicauit. Item Deo soli Mythrae C. Iunius C. F. Tromnenianus vir clar. viator. quæstor. Itémque Iunio Postumiano V. C. P. P. Dei Solis inuicti Mythrae xv. viro S. F. Pontifici Dei solis ordo sacerdotum magistro suo curante & dedicante Flauio Herculeo viro religiosissimo. Eundemque videri esse torquentem cornua Mythram (sicuti Statius Papinius b vocat) cum eo qui Moloch siue Melchon abominatio filiorum Ammon, cui per ignem filios suos Ethnicì consecrabant, vt ipsis lib. 4. c. Regum verbis comprehensum memini, sic ferè: *Seruieruntque Baal, & consecrauerunt filios suos & filias suas per ignem, vel (quod habet Græca translatio) in igne* **באש** *baes: itémque, d contaminauit quoque Topbet, quod est in conualle filij Ennon, vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem Moloch. At ne dubitet quispiam hoc idoli nomine quo Rex tanquam Cæli designatur, non Saturnum ab Hebrais (quod primario tamen è recentioribus Gnosticis cuiuspiam c. visum reperio) sed potius Solem qui & Mithra dicitur intelligi sicut Lunam, **מלכת השמים** *Melecheth hasamajm*, hoc est, *Regina Cæli* appellatione ostendi, superiore sermone docuimus. adiciitur: *Abstulit quoque equos quos dederant Reges Iudæ Soli in introitu templi Domini, &c.* currus autem Solis combussit igni: de ista consecratione filiorum per traductione in igne, alio eiusdem libri loco f antea mentionem fecerat: quod nescio an fatis ibi Theodoretus assequutus fuerit. Ignis autem ille in quapiam antri (vt coniecere libet ex eo quod de spelæo Mythrae superius à Tertulliano retuli) speciem atque similitudinem referente fornace, siue hiatu excitari; & flammam eructare solitum autumo: à quo hiatu idem idoli numen cum Melchone siue Moloch & Mithra; Beelphegoris nomine, quo idolum a pertura siue hiatus significatur, à Syris indigitatum arbitror. Istius idoli mentio in libro Iosue s in hæc verba; *An parum vobis est quod peccastis in Beelphegor? & vsque in presentem diem macula huius sceleris in vobis permanet: vbi, τὸ Beel*, est à D. Hieronymo: nam nec in authentico Hebræo, nec verò in Græca versione agnoscitur, quæ sic habet; *καὶ μνησθήσεται τὸ ἀμαρτήματα φόγωρ; ὅτι ἐκ ἐπιδαχέου δὴ μὲν ἀπ' αὐτοῦ, ἕως τ' ἡμέρας τούτης*: tamen aliud ab illis hoc idolum Priapi fuisse D. Hieronymus in commentario ad Ozeam Prophetam h censuit, sic admodum scribens: *Istiusmodi idololatria erat in Israël colentibus maxime fœminis Beelphegor ob obscæni magnitudinem, quem nos Priapum possumus appellare.* De cuius sacris Miphleseth Hebræo vocabulo nuncupati accipit interpret ille doctissimus, quod cap. 15. lib. Regum tertij traditur: quanquam eius in Græca versione nulla sit mentio. Porro quod sine aspiratione scriptum Mitrae vocabulum antè*

g Cap. 22.

h Cap. 4 ad illa verba; Ideò fornicabuntur filie vestra & sponsa.

antè diximus ad Venerem pertinere; ab eo non alienum est, quod Græcis quoque sicut **μύτρα** vuluum muliebrem, **ἡβρα καταβάλλειαι ἡ γωνή** (vt ait Suidas) ita **μύτρα** τῆρ ἐπίδουμάδα, rem, in qua vel tota ipsa Venus, vel ipsius res certè sunt, significet. Vnde qui cum virginibus rem habent **λύεσθαι μύτραν** dicuntur, vt est apud Musæum, a vbi

a In poematio de Herone & Leandro.

Καὶ θεομῶρ ἐπέβουσα ἀριστὸς ἀφροδίτης.  
 quanquam hoc ad Zonam illorum locorum operculum plerique referre malint, b quæ tamen Dianæ non Veneris, nisi me fallit animus, Zona est, vnde **λυσιζώνης** nomen ἀρεμῆς habuit. Ac nescio an apud Musæum Mitrae nomen ad capitis redimiculum sacerdotale referri debeat, quod alij non aduertant: cum Hero antea Leandro vestem suam tenenti dixisset:

b Iuxta istud Home. Odyss. 3. λῦσε δ' ἐπερβέειν ζώνην καταδέσπον. Catal. Epithal. & Festus & alij plurimi.

Κύπερδ' ὃ σοὶ ἔοικε θεῶς ἑραρυ ἀφάραρυ εἶque postea Leander respondisset,  
 Κύπερδ' ὃς ἑρα κατέρχεο Κύπερδ' ἔργα.

Ac de ista quidem Mitra (vt ad Deam reuertar) seu Venere apud Ambrosium siue Cybele aut Iunone, cuius currum Leones vehunt, accipio quod aduersus Marcionem Tertullianus c in hæc verba scribit: *Sicut arida & ardentis natura sacramenta Leones Mitra philosophantur; hic quoque ita vt dixi, non item aspiratè Mitrae scribendum vocabulum asseuerans; secus planè ac in alijs apud eundem auctorem locis, quibus de Mithrae initiatione agi ostendimus; & quorum auctoritate ob scripturæ ac prononciationis duorum inter se vocabulorū minimè perceptam differentiam, isti mendo præbitam occasionem, non vana (vt videtur) augurari coniectura possumus.*

c Lib. 1.

S V M M A.

Mythologicum de Diis, & criticum, itémque in extremo nomicum.

Astarte Malcandri. Isis & Astartes, siue Dea Syria idem numen. Eunapij locus emendatus. **Ματρικὴ τὰ τῆν**. Astartes & Cereis idem numen & Iunonis & Luna, & Vrania. Sothys Astrocyon. Canis stella. Apuleij castigatus locus, de Isis vario numine. Isis **μυρῶνυμ**, quod nomen & ad Mineruam pertinet. Isis sacra Roma sublata sub Tiberio, propter mundi cuiusdam incestum. Isis templum Roma antea dirutum. Isaca bos apud Ausonium. Spartiani locus valde corruptus de sacris Isis ab Antonino Caracalla deportati, corrigitur. Cybeles & Cereis idem numen. Pharia Ceres, vt Isis; constituto Tertulliani loco. Athenienses è Græcis soli per Isidem iurabant. Isis cornibus instructa putabatur, & Luna propterea comparabatur. Luna Veneris præesse existimata. Astarte regina taurinum caput suo aprauerat, orbem peragratura. Cadeschim qui in cap. 23. lib. 4. Regum, idem in fœminas emolliri: qui **τετασμένοι**. Expensa Isaca loci cuiusdam versio ad marginem. Domuncule luci ex cap. 23. pro quo Vestes Astarte reddendum fuisse videatur. Isis mammosa, vt & Ceres. Minutij Fœlicis locus deprauatissimus integritati redditur. Diana virgo non mammosa. Dua Diana apud Hieronymum, quarū altera multimamma, in quo notatur. Priapina Diana. Plures Diana. Diana Ephesia habiit uenatricis, non **πολύμασθ**. Tentata castigatio versus alicuius apud Dionysium. Magna Diana. Signum Ephesia Diana. Templum eius ab Amazonibus conditum. Luna vocata Diana, & utraque virgo & infœcunda, & viarum præses. De Syringe Diana

Diana Ephesia. Protothronia Diana in templo Ephesino. Μνημονεύει ἀμάρτυρα Hieronymi tribus admodū locis versus Horatii ab ipso aliter intellectus quam debuit. Diana Ephesia templum inter Suconem & Carthaginem: sed & plerique alijs locis, in quibus & Roma in Aventino, sicut à Dionysio & Livio proditum. Delphinium templum Athenis. Capitoli ni Iouis sanum in theatro Corinthio: item Olympij in Sicilia, item Athenis, Sparta, ac Agrigenti: ubi Ataburij denique Iouis, sicut & apud Rhodios, castigato fortè Spartiano: Veneris Ericyna templum apud Ethnicos in vrbe antiquitus. In qua hodie sancta Crucis in Hierusalem: ac similiter D. Maria in Nazareth apud Tholosam. Legatum sanctis qui apud exteros precipuè colantur, darum pietatis intuitu: sacerdotibus eorum templeisque nostratibus non etiam exteris adiudicandum videri.

C A P V T I I I.



V P E R I O R E fermone sub Astartes siue Cœlestis appellatione apud Syros & Afros Venerem ac Iunonem, immò & Cybelem non minùs quàm Lunam olim superstitione cultas fuisse, manifestum fecimus: aut potiùs per istam nominum varietatem, vnicum Deæ fictitiæ adoratum ab Ethnicis illis obcæcatis numen. Iis nominibus insuper adiungenda Cereris atque Isidis vocabula, nunc docere animus est mihi: quando iam de Iside, auctore Plinio ( cuius verba extremo superioris capituli adscripta sunt ) indicare cœpi. Quod enim ex Ægyptiorum historia profertur à Plutarcho a de Malcandri Regis coniuge Astarta quam alij Saosin, quidam Nemanu quasi Mineruam perhibeant, ad quam sit Isis accita & nutriendo puerulo præposita; parum mouer: cum tale Regina nomen inditum fuisse, quod Isis ex aliarum gentium fabulis habuerit, nihil prohibeat. Tum verò sit fabulis vtendum esse, non quasi rem prorsus, ita vt se habeat, expriment, Plutarchus idem addocet: χρηστόν ἢ τοῖς μύθοις ἔχ' ὡς λόγοις πάμπαν ὅς ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἐκάστῃ τῷ ἑμοῖον λαμβάνουσαν. Sed quemadmodum idem ille ( quem lubenter in testimonium cito, & sequor ) cum non valdè laborandum aut contendendum esse de nominibus iudicarit, ἡκιστα δὲ φιλοτιμῶν περὶ τῶν ὀνομάτων; nihilominus tamen de Osiride & Serapide duo esse vnus Dei vnusque numinis, aut facultatis nomina; Græcum vnum, alterum peregrinum scripsit, hoc est, Ægyptium. Ita de Iside aliisque deabus, multas esse variasque veterum sententias; esse tamen qui plurium Deas exprimentium vocabulorum summam, ad idem numen referendum putent; verè profiteri possumus. De Iside quidem, vt si eadem sit cum Astarte Syria, ita Lucianus manifestè verba facit in asino, b quo loco; κίνουθ' ἢ καὶ γέρον ἢ τέτων εἰς τὴν θεῶν τῆν συρίαν εἰς τὰς κόμας ἢ τὸς ἀργῆς πειφρόσων: & statim de eius Deæ cultoris agens ita loquitur, vt Isiacos planè significet: οἱ δὲ τὰς μητέρας ἀποφύλακτες τῆν κεφαλήν κάτωθεν ἐν τῷ ἀρχαίῳ ἐλάτῳ τοῖς ἑσπερίῳ ἐπέμνηστο τὸς πάχαι: & Lucianum imitatus in Milesii Apuleius, c vbi de emptore asini Deam Syriam circumferente; Scitote qualem Cinædum ( inquit ) & senem cinædum, caluum quidem, sed cincinnis, semicanis & pendulis capillatum, de triviali popularium face qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis personantes

a In lib. de Iside & Osiride.

b In Dialogo cui nomen λέωνος ἢ ἔνος.

c Lib. 8 de asino aureo.

nantes Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt, &c. Nam de capillis detonsis ac decalutis ( vt ita loquar ) capitibus, petora cadentium & brachia sibi vulnerantium sacerdotum quod aiunt; hoc ad Isiacos, itemque Metriacos, siue Cybeleios, atque Bellonarios referri posse, ex variis auctorum a locis intelligitur: ex quibus etiam non μὲν βιατικὴν τελευτήν, sed μὲν βιατικὴν τελευτήν apud Eunapium in Maximo legendum esse animaduertimus: vt ad Cybeles sacra, vel potius ad Cereris ( quæ ipsa Δημήτρις dicitur ) eiusque filia Proserpina Eleusinarum Dearum caremonias b quas ab Eumolpidis peragi paulò antè di erat, aspexerit Eunapius; quod equidem malo, quàm de Mithra siue Solis sacris ( quod doctissimus alioqui Iunius fecit ) interpretari: de quibus est à nobis actum in extremo capituli proximi. Etiam matrem magnam ( inquit B. Augustinus c ) eandem Cererem: volunt, quam nihil aliud dicunt esse, quàm terram, eamque perhibent & Iunonem: & idè ci secundas causas tribuunt rerum, &c. Et statim: Vnam verò rem Deos plures faciunt; & Ianus est mundus, & Iupiter; sic & Iuno est terra & Mater magna & Ceres. Porro Isidem i Græcis vocari Cererem, quæ fuit tempore Lyncei vndecima generatione post Mosem ex Leone, qui de Diis Ægyptiis tractauit, apud Clemen. Alexandri. lib. 1. Stromat. adnotatum memini. Rursum etiam secundum Ægyptios ( si qua Oro Apollini d fides ) Isis sydis est quod Ægyptio quidem nomine Sothis, Græco verò Astrocyon ( sic enim non Astromyon dicendum ex erudit. Iunij castigatione ) appellatur, qui & inter reliqua sydera principatum obtinere existimatur, ἰσὶς ἢ παρ' αὐτοῖς ἔστιν ἄστὴρ. ( ait ) ἀγυλίσι καλεῖται. σάθις, ἐλ. λησι ἢ ἀστρούων ( sic lege, non ἀστρούων cum Iunio, si me audis ) ὅς καὶ ἀπὸ βασιλεῶν τ' λοιπῶν ἀφ' ἑαυτῶν: ὅτε μὲν μετ' ὧν ὅτε ἢ ἰσάων ἀνατέλλων, καὶ ὅτε μὲν λαμπρότερον, ὅτε ἢ ἔμ' ἔσως: etiam secundum aliquos Astrologos e cum canis in lingua stellam vnam habeat quæ ipsa Canis appellatur; in capite autem alteram, quam Isis suo nomine statuisse existimatur, etiam non appellasse, propter flammæ candorem; quod eiusmodi sit, vt præter ceteras lucere videatur; itaque quo magis ea cognosceretur ( sic lego pro cognoscerent ) Sirion appellasse: attamen ex communi eruditorum Poëtarum & Philosophorum opinione, veriùs esse pronuntiabitur; eandem fuisse cum Vrania, Cœlesti Venere, Luna, & Cerere Isidem. Diodorus Ægyptiorum Theogoniam explicans, f καθόλας ἢ πολλὰς τὶς ἐπὶ διαφωνία, περὶ τῶν τ' θεῶν τῆν αὐτῶν ἢ οἱ μὲν ἴσιν, οἱ ἢ δ' αὖ μὲν βια, οἱ ἢ θεομορφῶν, οἱ ἢ σελένην, οἱ ἢ ἦραν, οἱ ἢ πάσας τὰς προσωποποιίας ὀνομάζουσι. Apuleius in precibus ad Cœli reginam lib. Metam. 11. s illa ferè omnia nomina de quibus antè à nobis actum est, alijs aliquot cumulare voluit, quo loco: Regina Cœli; siue tu Ceres alma ( inquit ) frugum parens originalis, &c. nunc Eleusinam glabram percolis, seu tu Cœlestis Venus, &c. nunc circumfluo Paphi sacratio coleris, seu Phœbi soror, &c. præclaris nunc viciaris delubris Ephesi, seu nocturnis plulatis horrenda Proserpina triforini facie laruales impetis comprimens, terræque claustra cohibens, lucos diuersos inerrans, vario cultu propitiaris, &c. quoquo nomine, quoquo ritu, quaque facie

a Cypr in carm. ad Senato. Luciano ipso in de Dea Syria. Plutarcho in de Iside & Osiride. Hero. lib. 2. Iulio Firmico Materno in de myster. & erro profa rell. cap. 4. Minutio Felice in Octauio, quem locum scite Ludo. Carriem emendat, lib. 2. Emerdat. cap. 18. adde & Lampr. in Commodo. b De quibus & apud Augustin. lib. 7 de ciuitate cap. 20. c Cap. 6. lib. 7. de ciuit. Dei. d Vbi docet quemadmodum Ægyptij per Hieroglyphica picta Iside annu designarent figur. quem locum ex Diodor. & Porphyrio emendat Hadri. Iuni. c. 5. lib. 1. animadu. e Vide Higini. li. 2. Poët. Astro-nomic. in Canis & German. Cæsaris in Arati Phœnomen. in Canis interpretem.

f Diodor. Sicul. lib. 1. Biblio. vbi de Iside, huius verba & ab Eusebio referuntur lib. 2 de præpar. Euangel. g De Asino aureo.

re fas est invocare, tu meis iam nunc extremis arumnis subsiste, &c. Item postea: Cuius numen vnicum multiformi specie, ritu vario, nomine multiungo totus veneratur orbis. Inde Primigenij Phryges Pessinunticam nominant Deum (sic enim legendum est non Domini) matrem. Hinc Autochthones Attici Cecropiam Mineruam, illinc fluviantes Cyprij, Paphiam Venerem, Cretes sagittiferi Dictynnam Dianam, Siculi trilingues Stygiam Proserpinam, Eleusini vetustam Deam Cererem, unonem alij, alij Bellonam, alij Hecatem, Rhannusiam alij, qui (sic malo vt in vetusto collegij Foxen. Codice, quam vt vulgo, alij & qui) nascentis Dei (sic rectius in illo libro pro Diei) Solis inchoantibus illustrantur radijs Ethiopes, Arijque priscaque doctrina pollentes Aegyptij caeremonijs me proprijs percolentes appellant vero nomine Regnam Isidem, &c. Nec omittendum arbitror, quod antea a idem auctor omnipotentem & omnipotentem Deam Syriam nominaverat. Nam quamvis Idææ matris postea commemorat, Cybelem intelligens; istud tamen de Cereris siue Telluris, atque adeo de Isidis numine, non minus exponendum censeo, de Luna (inquam) ac de Venere siue Iunone, hoc est, aere ipso, de quo superius ex Firmico & Plutarcho egimus; propterea quod hisce elementis (quibus vim numinum veteres Ethnici tribuebant) ex eorum etiam opinione ram augustum cognomen bellè aprèque congruit. Isidis autem, quæ a plerisque *μυριώνυμον* vocatam, hoc est, innumeris præditam nominibus Plutarchus b ipse retulit; appellationem ad ipsum quoque Mineruæ numen pertinere, iuxta id quod ex Apuleij verbis, quæ antè retuli, colligitur: & Plutarchus itidem significat c quo loco, τὸ δ' ἔν σαφ τῆς ἀθηνᾶς ἢ καὶ ἰσὶν νομῆσαι ἔδ' ἐπιγραφὴν εἶχε τοιαύτην, Ἐγὼ εἶμι παῖν τὸ γεγνὸς καὶ ὄν, καὶ ἐσόμενον, καὶ τὸν ἐμὸν πᾶν πλοῦτον ἔδ' ἐπὶ τῆς ἀθηνᾶς ἄνοματι καλεῖσθαι. Nam idem Plutarchus alibi d Lunam & dici Mineruam, & esse profiteretur: & ipse Augustinus e ex opinione veterum Ethnicorum, quo loco: Similiter Minerua summus aether (ait) & Minerua eadem Luna, quam esse in aetheris infimo limite existimant.

a Lib. 8.

b In lib. de Isid & Osibietiam illam ab Aegyptiis vocari *μυριώνυμον* quod matrem significat.  
 c Eodem lib.  
 d In lib. de fac. in orbe Luna  
 e Lib. 7. de ciui. Dei, cap. 16.

Nec tamen nescio Phariæ Isidis, Eleusinae Cereris, & Pessinuntia Cybeles sacra, tanquam diuersa percenteri ab Arnobio lib. II. aduersus gentes, & à Minutio Felice in Octauio. Et cum Cereris ac Idææ matris iam olim sacra Romæ recepta forent; nunquam extincta illa vel oppressa, vt restitui oportuerit, legimus. E contrario autem, per Antoni. Caracallam Imp. Aegypti sacra (vt est apud Aurelium Victorem, f hoc est, Isiacæ, vt sentio) Romam deportata cum antea fuissent; sub Tiberio sublata, diruto templo ipsoque Isidis signo in Tyberim deiecto (sicuti Iosephus auctor est) ob Mundi cuiusdam Romani facinus, Isiacorum ope in templo Isidis, Paulina quam deperibat nobili matrona velut ab Anubide compressa, perpetratum: καὶ ὁ Τιβερίου μαθησεως ἀπειθεῖς (ait ille s) ἀποτῶ γοναλῆν σῆ: τὰς αἰσῆς ἰδρῆων διένειδος τε ἀνεσάρωσαν, καὶ τὴν ἰδὴν ἀλλήθης γοναλῆν ἀπῆσαν, καὶ τὰς πᾶσι ἐφ' ὑβρεῖσιν ἀμυθῆσαν τῆς γυναικὸς: τὸν τε καὶ μαθητὴν καὶ τὸ ἀγαλμα

f In Casaribus, vbi de Antonio Caracalla.

g Extremo e. 4. lib. 8. Iudæan tiquit.

ἀγαλμα τῆς ἰσίδ' αἰς ὄψεσιν ποταμῶν διέλθουσαν ἐμβαλεῖν. Idem Isidis templum aut fanum (nescio an eadem vrbis parte constructum) anno admodum sexagesimo antea iussu Senatus à Lucio Emilio Paulo Consule fuisse dirutum, Valerio admonente, sub initium primi capitis ostendimus. Vnde illud Aufonij exponendū carmen est, quo peregrina (Aegyptia nimirum) bouis Isiacæ sacra Romæ fieri solita, vbi de feriis Romanis agitur, ita cecinit in Eclogario

Adjiciam cultus peregrinæque sacra Deorum, Natalem Herculeum, vel bouis Isiacæ.

Quamquam quod de deportatis Romam sacris Isiacis seu Aegyptiacis, Victore in testimonium citato diximus; vereor vt satis certum sit, etiam si Spartiani auctoritate stabiliri posse videatur, apud quem ita de illo ipso Caracallo scriptum: Sacra Isidis Romam deportauit, & templa vbiq; magnificè eidem Dea fecit. Nam cum subiungat Spartianus: Sacra etiam maiore reuerentia celebravit, quam antè celebrabantur: cum etiam Commodus Imperator non multis antè annis ita ea celebrauerit, vt & Anubin portaret (sicut in huius vita Lampridius memorat) ipsisq; adeo deditus fuerit, vt & caput raderet, & omnes partes expleret; quod ab ipso Spartiano in Pescennio Nigro traditur de Commodo: fieri vix potest, quin apud Victorem & Spartianum illo altero loco mendum obrepserit; quod ita facilè sublatum eas, si pro, Romam, Romæ, legeris: vt non aliunde Romam transfuerit Isiacæ sacra Caracallus; sed quæ iam antè ibi recepta fuerant, ipse in procedendo ea veneratus tulerit religionis ergo, atque deportari: quod & amicum Commodi Nigrum fecisse ita Spartianus memorat in Nigro: Hunc in Commodianis hortis in porticu curua pictum de musiuo inter Commodi amicissimos videmus sacra Isidis ferentem: quibus Commodus adeo deditus fuit, &c. Denique verè adnotatum à Scholiaste quodam ad Spartianum, illo ex vita Caracalli loco fuerat, cum neque mendum tamen neque mendi occasionem, eiusve castigandi rationem agnosceret; his verbis, quæ temerè in contextum Spartiani ab imperitis librariis ascita sentio. In quo quidem mihi mirum videtur, quemadmodum sacra Isidis primum per hunc Romam venisse dicantur, cum Antoninus Commodus ita ea celebrauerit, vt & Anubin portaret & caput raderet (sic legendum cum Egnatio, è superioribus locis pro pausa sederet) nisi fortè iste addidit celebritati, non eam primus inuexit: quam esse non vulgarem & palmariam obseruationem ausim dicere. Verumtamen cum Romæ quoque varia Iouis diuerso cognomine designati statuæ, Capitolini, Tonantis, Feretrii, Statoris; & forsitan cellæ fanæque, ac delubra fuerint: nihil obstat, quominus diuersis appellationibus Cereris, Isidis, Cybeles, ac diuersis in fanis idem Pseudonumen (vt ita loquar) eadem in vrbe cultum fuerit; plerisque fortè an ex imperiti & rudis vulgi numero, diuersa illa esse existimantibus. Caterum eandem esse cum Cerere Proserpinæ matre Cybelem, Athenagoras in legatione pro Christianis: idem Isidis apud Aegyptios & Cereris apud Græcos numen Eusebius docet in 3. de preparatione Euangel. post

a Ex Euterp. vi-  
deto D. August.  
lib. 8. de ciuitate  
Dei. cap. 27.  
b lib. 5. Bibliot.  
c In de Iud. &  
Oisri. & Eueobi.  
lib. 3. de prapar.  
Euangel.  
d Cap. 7. lib. 2.  
de situ orbis.  
e Extremo cap.  
35. in Polyhistor.

Herodotum scilicet, cuius ista sunt, *ἰσὶς δὲ ὅσην καὶ τὴν ἑλληνῶν γλώσσῃ ἀμάρτηρ*, quem sequutus Diodorus Siculus *ἄργυπῆσι μὲν καὶ λέγουσι τὴν τε δὲ μῆτραν καὶ τὴν ἰσὶν τὴν αὐτὴν εἶναι*. Quamobrem cum Pharon in Ægypto esse cōstet, de qua Plutarchum, c Melam, d Solinum, e con-  
sulendos moneo; vt Isidem Phariam meritō nuncupatam ab Arno-  
bio diximus: ita Phariam quoque Cererem, eandem scilicet cum Isi-  
de à Tertulliano appellatam scimus: quod minimè percipientes qui-  
dam ex nuperis corruptoribus non correctoribus temerè mutarunt  
in Farream. Quanquam enim ab Iside filius Oisris amissus, à Cerere  
autem Core, hoc est, filia Proserpina perdita in annuis ipsarum sa-  
cris induceretur; vt post Minutium Felicem f Lactantius Firmianus &  
& Firmicus Maternus h memorant: ita tamen ab Æg: ptiis sacerdo-  
tibus C siridis nomine Nilum, Isidis terram intelligi apud Heliodo-  
rum i legimus; *πρὸς δὲ τὴν μύσας ἰσὶν τὴν γῆν καὶ ὅσην τὸν νεῖλον κατα-  
γάλλουσι, καὶ πρὸς γὰρ τοῖς ἑλλήσιν μεταλαμβάνουσι*. Terra verò Ceres  
est *δὲ μήτηρ*, tanquam *γῆ μήτηρ*. Igitur eadem vtriusque Cereris ac  
Isidis sacra, vel certè gemina Diodorus k fuisse narrat; vt nihil nisi  
nominibus inter se differrent: *τὴν μὲν καὶ ὅσην καὶ τελετήν (ait) τὴν  
διονύσου τὴν αὐτὴν εἶναι, τὴν δὲ τὴν ἰσίδου τὴν τὴν δὲ μῆτραν ὁμοιοτάτω Πάρ-  
χαρ, ἢ ὁμοιοτάτω μόνων ἑλλήσιν ἀλλοῶν*. Ergo apud Hermionenses in tem-  
plo Isidis, mysteria Cereris olim celebrata Pausanias l refert. Cereris  
quidem sacra Herodorus m à Danaï filiabus in Peloponnesum ex  
Ægypto translata, & ab Arcadibus conseruata; quibus mysterio-  
rum, ac Thesmophoriorum nomen datum sit. Clemens autem Ale-  
xandrinus, n ea ipsa in Græciam ex Ægypto abstulisse Melampodem  
narrat; sicuti Erechtheum Ægyptium, Atheniensium regem Dio-  
dorus Siculus: o atque ideò eadem vtrique populo sacra, solòsque  
è Græcis Athenienses per Isidem iurare: *καὶ τὰς ἀρχαίους ὡσαύτως ἔχου ἀθηναίους, καὶ τὴν ἀργυπῆσιν. τὴν δὲ μῆτραν ὁμοιο-  
τάτω ἀπὸ τῆς κατ' ἀργυπῆσιν ἱερῶν μεταλλάττειν, τὴν δὲ καὶ ἰσίδου ἀπὸ τῆς  
πρὸς γῆν: τὴν τε ἰσὶν μόνως τῆς ἑλληνῶν ὁμοιοτάτω, καὶ τοῖς ἰσίδου  
ὁμοιοτάτως εἶναι τοῖς ἀργυπῆσιν*.

f Octauio.  
g lib. 1. diuinar.  
Instit. cap. 17. &  
cap. 21.  
h In de myste-  
riis & erroribus  
profan. relig.  
i Lib. 9. Æthio-  
picōn.  
k Lib. 1. Bibliot.

l In Corinthia-  
cis.  
m Ad finē lib. 2.

n Protreptico.

o Lib. 1. Bibliot.

p Vide D. Augu-  
lib. 18. de ciuit.  
Dei, cap. 3. & c.  
37. meminī Cle-  
mēs Alex. lib. 1.  
Strom. Eustath.  
in Dionys. de si-  
tu orbis, fol. 118.  
Lactā. c. 11. lib. 1.  
de diuin. instit.  
q Vide Ouidium  
fabul. vlti. lib. 1.  
Metamorph. post  
Herod. Euterpe,  
sive lib. 2.  
r Ad fin. lib. 9.  
Metamorph.  
s In lib. de Iside  
& Oisri.  
t Lib. 10. de ani-  
mal cap 27.

Illud animaduertendum de Iside, quòd à Ioue in iuuenam, ex  
Ione mutata (vnde Isiacam bouem ab Ausonio dictam constat, his  
versibus, quos paulò antè adscripsimus) ipsa in pristinam fœminæ  
figuram restituta, p cornuum tamen in signe retulit, vt est in fabulis; q  
quo permagnam cum Luna similitudinem habere, vel eam potius  
referre dicitur, & Isidis cornua Lunam imitata fuisse Ouidius Iphi-  
dis, & Ianthes fabulam enarrans, tradidit: r ipseque Plutarch. alibi s  
ex professo agens de Iside; *τὴν δὲ ἰσὶν ἐκ ἑτέρας ( inquit ) τῆς σελήνης  
ἀπαρῆσαντες, ὅν καὶ τῆς ἀγαλλιῶν αὐτῆς. τὰ μὲν κερῶσφορα τῆς μιννοσίδος γε-  
νέται μὲν μῆτρα: τοῖς δὲ καὶ ἀνοσίδου ἐμφάνουσι τὰς κερῶσφας καὶ τὴν πρὸς πρῶ-  
μὲν, ἢ καὶ δὲ μῆτρα πρὸς τῆς ἰσίδου. διὸ καὶ πρὸς τὰ ἱερῶν καὶ τὴν σελήνην εἶδα-  
ξὸς φασὶ βραβείων τὰ ἱερῶν: quibus verbis, & Lunam rebus Veneris  
olim pra fuisse indicatur. Ergo Ælianus t in Ægypti vico cui Chulæ  
nomen, ex Hermapolitana præfectura, postquam Venerem coli di-  
xit, quam incolæ Vraniam vocent, adiicit ab iisdem, & vaccam non*

minus

minus coli; propterea quòd huic valde cum illius natura conue-  
niat: tum verò Isidem Bubulis cornibus & fingi, & pingi solitam ab  
Æg: ptiis, καὶ αὐτὴν δὲ τὴν ἰσὶν ἀργυπῆσιν βένδρον, καὶ πλάττεισι, καὶ γράφουσι.  
Veneri Isidem coniunxit ideò (vt arbitror) quòd ista inter se numi-  
na quandam communionem, & affinitatem habere, vt & cum Luna,  
existimauerit. Atque hoc quidem egregiè conuenit, bellèque apta-  
bitur illi, quam superiore sermone retulimus, depromptam ex Eu-  
sebîo, fabulæ de Astarte, Veneri ipsa, & Luna (vt dictum est sapius)  
quæ regina varias orbis terras peragratura, Regium insigne capiti  
suo, Taurinum caput (prominentibus nimirum ex eo cornibus) ap-  
rauerit: cornuum igitur istam similitudinem sis, & Astarte siue Vra-  
nia, Venus habent cum Luna præcipuam; ceteræ ad idem (vt dixi-  
mus) relata: à veteribus nomen Iuno, Ceres, Diana, Cybele, hac ab  
illis cornuum nota separata. Rursum vt Cybelæ, siue Idææ magna  
Deûm Matris sacerdotes Galli, præcisi, euirati, aut effœminati om-  
nes: sic vt Isidos quoque illi, qui apud Ægyptios Isiaci dicti cum suis  
sympaîs: quorum ex profanis quidem Lucianus, a è Christianis D.  
Cyprianus, præ ceteris meminere: sic & Astarte non tamen Vene-  
ris, aut Iunonis, Dianæ, Lunæ, sed illius Deæ Syriæ illi quos **ישׁר**  
*Cadeschim*, vocatos libro quarto b sacrosancta Iud: orum regum  
veteris historiæ traditur; quo loco sic quidem scriptum: *Destruxit  
quoque ediculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus  
mulieres tenebant quasi domunculas luci*: vbi pro effœminatis, **ישׁר**  
*Cadeschim*, Hebræum, Græca illa Septuaginta virorum versio reti-  
nuit: quòd eius interpretatio, *ἀνα τὸν iniciatos*, non malè explicat;  
vt dicati, consecrati, mancipati, seruitio scilicet obsequiõe damo-  
nis, aut idoli alicuius, vt putà Veneris Astartes intelligantur: atque  
ita velut selecti ab aliis hominibus, aliisve officiis separati: hæc enim  
propria vis est, nempe radicis Hebræicæ verbi **שרר** *cadus*: non igitur  
ex eo quòd scorta separarentur in secretis à ciuitatibus locis (vt  
Lusitanus ille, adeòque doctissimus Hieronymus ab Olearo existi-  
mavit in annotationibus ad 23. Deuter. & similiter ad cap. 8 Genes.)  
eo nomine designata sunt vtròque Hebræo authentico; vbi **שׁרר**  
& **שׁרר**, vertètere Septuaginta viri, de sententia potius, aut sensu,  
quàm de reddenda vocabuli proprietate solliciti; sed ob eam ratio-  
nem, quam antè attuli: qui etiam non facillè antiphrasim vtpote vio-  
lentam, aut in hoc, aut in aliis admitto vocabulis. Cōfirmat me quod  
isdem ipsi hoc verbi Græcè reddentes alibi, c scilicet in Regum li-  
bris, & apud Ozeam *τὴν τελεσμένην* adposuerint; quanquam in præce-  
denti capite, vbi eadem de re agitur, & habetur vocabulum **שרר**

a In, de Dea  
Syria.  
b Cap. 23.  
c Cap. 15. lib. 3.  
Reg. vbi de Afa,  
καὶ ἀφ' αὐτῆς τὴν τε-  
λεσμένην ἀπὸ  
τῆς γῆς, καὶ ἐξήσε  
παρ' αὐτῆς τὰ βέ-  
λγη μῆτρα. Sanè  
ca. 16. Iobi, cum  
D. Hieronymus  
verterit, *Morre-  
tur in tempore  
animæ eorum, &  
inter effœminatos  
vita eorum*: ex He-  
bræo authentico

**ישׁר**  
**כַּדֵּשִׁים**  
*Vestiatam beth-  
schim: mirari  
latis nō possum  
quamobrem Se-  
ptuaginta hæc  
postrema sic red-  
diderint, ἢ τὴν ἐκ  
αὐτῶν τῆς ἱεροσολο-  
μῶν ὑπὸ ἀγγέλων  
αὐτῶν ἐκείνων  
vulnerata ab Angelis,  
nisi quòd sancto  
rum nomen ad  
Angelos retulè-  
re: illud autem  
τῆς τελεσμένης  
vulnerata, cum  
abstulit ab authēti-  
co, repetitū è su-  
periori mēbro,  
aut suppletū vi-  
detur: in quo est,  
δοσθαίνοι τῶν  
ἐκ νεσθῆν ἢ ἡ ψυχῆ  
αὐτῶν. Rursum  
autem id verbū  
Græci interpre-  
tes ἀνα τὸν τελε-  
σμένην reddi-  
dère apud Ozeā  
c. 4. καὶ μὴ τῆς τε-  
λεσμένην ἕβρον:  
vbi similiter La-  
tina eorum ver-  
borū expositio  
habet: Et cū ini-  
tiaris immolabat.  
Hieronymus ve-  
rò, & cum effœ-  
minatis sacrificā-  
bant. Ad quem  
locum videndus*

F 3

Fræciscus Ribera Societatis Iesû presbyter, qui librum 12. Prophetarū doctissimis cōmentariis illustravit:  
& hic quidem Hieronymi locū à Mariano Victorio eius nupero & eruditissimo alioqui scholiaste deprava-  
tatum docet sic vtiq̄ legendum. Sciendum autem quod in prasenti *adei hoc meretricis, iep: s, id est, sa-  
cerdotes Priapo mancipatos docet: pro quo Victorius iep: s, & mancipatas reposuerat. Quod verò idem  
Ribera de effœminatis locum ex isā. 1. citat vbi Thaalulim D. Hieron. effœminatos, Græci ἐμπαίσιος, hoc  
est, illusores habet: equidè infantes, siue paruos cum Hebræis malo, vt aptissimè adiungatur præceden-  
tibus hisce verbis; *Et dabo pueros Principes eorum: nec tamen illas interpretationes, vt alienas aut in omodas  
seprobo; quibus suam quoque rationem, ex varia Hebræi vocabuli significatione constare non inficior.**



Cadesch, sic redditum ab Hieronymo, sed & effeminati sunt in terra: nescio quid volentes, quove spectantes verrere sic, καὶ σὺνδραμοῦ ἐγὼ τῷ φ, τῷ γῆ: nisi quod hoc nomine, quo significatur coitus, turpem illam parthorum, & effeminatorum Venerem velandam esse duxerunt; ac etiam, cum isto Græco vinculum ostendatur, consecrationem, vel dicationem illam, quæ iurifurandi nexu forsitan adhibito fieret, vbi eiusmodi sacris impuri se illi Astartæ deuouebant, allegoria ista obscurare potius, quàm explicatè ostendere maluerunt. Quæ posterior huius loci explicatio, propius ad illud τῆλεσιμύβης eorundem videtur accedere; ac pro nobis itidem facit. Et verò quod Procopius Gazæus, ac Theodoretus per homonymiam, seu æquiuocè demonas sanctos appellatos, שרץ Cadesch enim sanctum significare ostenderint. Et sanè puritatem quandam præ se ferebant Galli, egregiam scilicet, quod à faciendo abstinere: qui tamen alioqui molles Matri magnæ consecrati turpia illa, & nefanda pati vererentur, auersam, & naturæ contrariam sectantes Venerem, vt ex Augustini lib. 7. de ciuitate a superius b adnotasse me recordor. Denique propter idolorum cultum emolliri quosdam solitos in scæminas, antiquitus, & ita Eunuchos ab hominibus fieri D. Hieronymus alicubi c tradidit: quod huc propriè pertinet. Sed pro illo, domunculas luci, ex Hebræo בתיים לאשה batim laasera, Græcæ versionis auctores σολας (φ) ἄλσφ, quod alij, cortinas luco exponunt: ego, aut stolas, aut pepla, seu vestes Astartæ malim reddere; secundum ea quæ sunt à nobis ad extremum primi sermonis tradita: præsertim cum hoc quoque nonnullis interpretibus olim ita visum ex Theodoro postea didicerim, illa ipsa verba exponente. In ea domo texebant (inquit) mulieres vestes luco: lucum autem qui Græcè est ἄλσφ, alij interpretes (vt sæpè dixi) nominant Astaroth: est autem hoc nomen Veneris, eam enim appellant Astartem, eius autem simulacrum quoque statuerunt in templo Dei. Sub has stolas cum impiis illis sacris Astartæ Veneris initiarentur iuuenes, siue castrandii, siue iam effeminati coniicio: atque hoc esse, quod Antiochi Epiphaniis temporibus optimos quosque Iudæorum Epheborum subditos à Iasone fratre Onia, ac subter perasum deductos Machabæorum narrat histor. lib. I. cap. 4. his verbis, καὶ τὰς κρατίστες τῆ ἐφῆσων ἐποτάτων ἐπὶ πᾶσι τασφ ἡγγυ. Quibus tamen aliam interpretationem adhibere sum conatus Agonistici nostri lib. 3. ad extremum, tamen pro ista nostra facere videtur, quod hoc Regum loco Lyranus effeminatorum nomen ad masculina prostibula retulit: sic vt etiam cortinas ipsi scæminatorum prostitutionis vsui ad cultum idoli (nempe Astartæ Veneris, vt sentio) subseruisse autumat. Sub cortinam Astartes istius à mulieribus pertexta siue petasum d aut stolas mittebantur euirati Cadeschim illi Veneris vtique (vt coniicere libet) auersæ gratia; vnde, & quæ ludæis mæcipia infelicissimas huiusmodi operas dabant, sub cortinam premi dicebantur. Quod ne in Iudæos ipsos, qui præ inopia sese participandi pretij causa vendidissent e vlatenus admitteretur; ipsis diuina legis, f nondum à quoquam nec ab Oleastro Lusitano do-

a Cap. 26.  
b Sermonc 2.

c In c. 19. Machai, ad illud sunt enim Eunuchi.

d De petaso plurima in Agonistico nostro possis aspiceret, si vacat.

e De iis qui pretij participandi causa se distrahi patiuntur, quibus ad libertatem proclamandi facultas postea denegatur, agunt nostri proceres sub titulo, De liberali causa.

f Cap. 25 Leuitici vers. 43.

ctissi

ctissimo, ita vti fortasse oportuit, intellectis verbis disertè, prohibitum fuit. Quo loco posteaquam dixerat, Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, nò eum opprimes seruitute famulorum, &c. subiicit hæc quoque: Ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum, quod non extendes eum in labore. Septuaginta senioribus visum reddere, & καταλέweis ἀσπὶν ζῶ (φ) μόχθου, ἢ φόβου τῶν θεῶν οὐ. Ille verò quem dixi cum Hebræis explicat: Non dominaberis ei in duritia. Sed eum Hebraica veritas hoc proferat לוֹתִירְדֵּבֶרֶךְ lotirde beparech: idem autem ipse fateatur Radab, esse propriè, premere, seu comprimere (nam Septuaginta illi à Radad, quod est, paras, nimirum extendere, thema verbi deducendum sibi, nescio quamobrem existimarunt) præterea cum parochet cortinam, & velum significet, perech autem (cuius non satis, vt ille ait, nota vis Hebræis) eandem tamen radicem habeat: non temerarium, aut vanum profus futurum, vt puto, est quod dixerò; eandem isto, quam illo significationem ostendi, vt sit: Non premes eum sub cortinam, rei putà Veneræ aut cuiuslibet iniuriæ, vel contumeliæ inferendæ gratia. Sic olim visum: sed cum Ezechielis cap. 34. vbi D. Hieronymus: Cum auctoritate imperabatis eis, & cum potentia, exposuit cum authentico Hebræo, conferre, atque attentius considerare otium datum est: sic habente רַבְּחָזֶק וְרִיחָם אִתְּם וּבְבִזְזָה רֵדִיתֶם וְעָמַם וּבְבִזְזָה רֵדִיתֶם & vebaze reditem otam vebeparech, quando ista duo reditem & vebeparech eandem originem radicemque cum illis alterius loci quo de agimus tirde beparech, habebant: latius, sanctiusque duco. Denique vt à verusta, & recepta non Hieronymiana modò, sed Ecclesiastica & nunquam post sanctum Concilij Tridentini decretum germana, & authentica scriptura siue interpretatione, quæ sanè latius pertinet (tamen ea quam attuleramus, suum quoque percommodum, & ex verborum propria significatione verum sensum præferat) nequaquam discedamus.

Euiratorum igitur, seu Gallorum sacerdotum casto (vt quidam existimant cæci, atque amentes Ethnici) ritu & cultu Cybele, Isis, Astarte à cæteris eiusdem numinis deabus seiunctæ, ac disparata. Quomodò abstinentia panis, qui essent in casto, non minùs Astartæ siue Dæ Syriæ (vt quidem auctor vnus mihi Pausanias Achaicis a) quàm vel Cybeles, vel Cereris, vel Isidis sacerdotes b ab cæterarum eiusdem numinis Dearum Symmistis, & sacrificulis discreti, ac separati: sic quoque ipsa Isidis effigies cum Cereris signo aliquam similitudinem habuisse fertur; qua vtrique propria, & peculiari quadam nota, plurimorum nempe vberum, & quidem grandium; profusus à Iunonis, Dianæ, Veneris, Cybeles, aliisque (quarum tamè cum ipsis idem alioqui numen creditum) simulacris Dearum distinguerentur. Ecce enim continuatis vberibus corpus Isidis Dæ omne densari: quia, vel terræ, vel rerum naturæ altu nutritur vniuersitas, Macrobius auctor est; vnus quidem (quod sciam) sed ipse tamen, satis locuples lib. Satur. i. c Cereris verò mammosa plerisque veterum locis mentionem fieri, compertum est: ex quibus ad manum hocce habeo; Lucretius d

a His verbis Θεὸς δὲ, ἢ στυγία ἐπινομήσασιν ἐστὶν ἢ τῶν ἀνθρώπων ἢ τῶν εἰδωλῶν ἐκ τῆς φύσεως τῆς φύσεως, ἀλλὰ τὴν οὐρανὸν οὐρανὸν ἀποκαθαρσάμενος ἡγεῖται τῶν δυνάμεων. b Vide apud Arnob. li. 5. aduers. gent. fol. 141. de Cybele ad quæ locum videtis Theod. Canter. u cap. 21. lib. 2. Variar. & quod Suidas in Μήραρα καὶ. Μηραρα καὶ (ait) ἡμέρας τρεῖς ἴσται. τὰς δὲ μήραρα καὶ παραπρομαίεας ἢ τῆς ἀποτέρον παρὰ ἀρῆξὶ ἀσπυδα σθέσας. καὶ εἰς ἰνδῶν ἡγῶν. De Cerere Ouid. fab. 2. lib. 10. Metamo. Et Phurnutum ἀπὸ Θεῶν. vbi de Cerere & Vesta. & Festi locum à Rceuardo emendatum cap. vlti. lib. 1. Variar. De Iside vide D. Cyprian. in Carmi. ad Senatorem. vnde illud intelligendum Propertij Elegia Terra tuum -- ex lib. 4. Fac similes puros Isidi esse dæes. Vide & Spartianum in Nigro, Rufi. lib. 2. Eccl. Histo. cap. 23. de Cybeles, ac Isidis eduliorum certorum exceptione, castimoniamque se purificantibus. Vide Tertul. in de ieiunio, sub initiū & fin. Hic. ony. epist. 7. ad Latia de instit. filij. & lib. 1. ad Iouian. quem locum emendat Theod. Canter. c. 21. lib. 1. Variar. quem videto, si me audis. c Extrem. c. 20. d Lib. 4.

At

At gemina & mammosa Ceres est ipsa ab Iaccho.

a Lib. 3.

Arnobius aduersus gent. a Auet animus, atque ardet in Chalcidicis illis magnis, atque in palatijs Cæli Deos, Deasque conspiciere intectis cor-

b Lib. 6.

poribus atque nudis apud Iacchum, Cererem (Musa vt prædicat Lucretij) mammosam. Idem alio loco, b Mercurius Pinnetus Argifontes, Æsculapius bacculo, Ceres mammis cum grandibus, aut in Liberi dextera pendens poteribus cantharus. Quæ tot veterum testimonia huc isto etiam animo congeffimus: vt eadem nimis opera, Minutij Felicis Octauium à grauiissimo mendo liberemus. Nam vbi sic in Romano nuper excuio, & in omnibus impressis legitur: Diana interim est altè succincta venatrix: & Ephesia mammis multis, & verubus extructa: & Trinia trinis capitibus, & multis manibus horriffica. Quòd

c In emendat. ad Roman. lib. Arnobij & Minutij. d Comment. ad 3. Annal. Taciti.

pro verubus, Vrsinus c mauult vberibus, Lipsius d noster verucis; vterque licèt admodum perspicax, & præ alijs lynceus, vterque literarum ocellus hïc hallucinatus est; aut in literis equidem nihil video: qui etsi mammarum vbera ex Phauorino Agellium alicubi tanquam ab vbertate, copiâque lactis dicere memini (pro quibus, argutè scilicet, è recentioribus quidam tubera, & pro næuis torulos repofuit) vt Diana, vt Ephesia; vt virgini mammas illas pragraudes, ab vilo veterum (in fabulis licèt) attributas credam; adduci nullo modo possum. Sed quando de Ephesia Cerere nullo alio loco quicquam vidisse me recorderar; & facillè ex illo, & verubus in rō Ceres immutationem scirem: diu est cùm ita locum illum restitui, vt proponam; sapiasque à me tractatum, vt legere soleo. Diana interim est altè succincta venatrix Ephesia; & marmis multis Ceres extructa. Quomodo si mecum (vt confido fore) alij posthac legerint, Cereri cum veteribus (quorum auctoritati nitimur) non item Dianæ mammas illas, atque vbera continuata tribuent. Dianam profectò, licèt semitectis femoribus (ad venatricis potiùs, vt opinor, quàm prostituta vulgarem habitum) pingeretur, si qua fides Arnobio; e rerum Veneris inexpertam, non minus quàm Mineruam, illud Homeri carmen in Aphrodites Hymno satis comprobat:

Οὐδέ ποτ' Ἀρτέμιδι χροῦσθ' ἰλάσασθαι κελευέτω  
Δάμωρα ἢ φιλότῳ φιλομάρτυς ἀφροδίτη.

Itaque Tibullus extrema Elegia 5. lib. 2.

Annue: sic tibi sint intonsi (Phæbe) capilli;  
Sic tua perpetuò sit tibi casta soror.

Nec enim alia Phœbi soror, quàm Diana veteribus credita. Itémque apud eundem Poëtam lib. 4. Sulpicia ad Cherintum

— Sed lege Dianæ

Caste puer, casta retia tende manu.

Tum verò Apollodorus Bibliotheca siue de deorum origine lib. 1. Dianam Iouis è Latona filiã venationis studio delectatam, virginem permanuisse scribit. Idémque Prudentius ipse f πειλ' εφ' ἄνω (vt ne quid ampliùs ex alio proferam) perspicuè ostendit his versibus; quibus, & virginem, & succinctam nuncupat venatricem:

Tum quòd Dianam molle succinctam vident

e Lib. 6. aduers. gent. f In Romano. cui ac superioribus Tibulli & Apollodori locis adiungito, si lubet, illum è scholio carmine apud Athenam lib. 15. Deipnosoph. fol. 517. lib. Lugduni excusum anno 1583. vbi in Delo quondam liberòs enixa Latona est, Phœbum auricomū, regē Apollinē, & ceruos iaculis ferientē, venatricem Dianā foeminarū omnium valentiūmam.

Venantis,

Venantis, arcum, pertimescunt virginis.

Quamobrem Cupidinem filium alloquens apud Quidium a Venus, a Fab. 6. lib. 1. ita conquesta fertur: Metamorph.

Spernimur, ac mecum vires minuuntur amoris;  
Pallada nonne vides, iaculatricemque Dianam  
Absecessisse mihi? Cereris quoque filia, virgo  
Si patiemur, erit.—

Alianus quidem de Atalanta in varia historia b memorat, vestitu tenui inornatòque, & eiusmodi, qui à Diana non abhorreret, amiciri solitam; & dicere se illam tam in hoc imitari, quàm in eo quòd perpetuam virginitatem feruare statuisset. ἡδὴ τὸ ἴδιον ἀπὸ ἀρχαίων (inquit) καὶ τοιαύτων, ὅσα μὴ ἀποδῶν τ' ἀρτέμιδι ἔλεγε, καὶ ἡδὴ ἡδὴ τὸ ἴδιον ἀπὸ ἀρχαίων ἔλεγε, καὶ ἡδὴ τὸ ἴδιον ἀπὸ ἀρχαίων ἔλεγε. Ac de Atalanta Calydonia virgine D. Hieronymus contra Iouianum c fabulis semper referentibus in venatibus, semper in syluis non rumentes vteros foeminarum, fastidiâque conceptuum, sed expeditam, & castam, virtutem amasse scribit: quod & Ouidius canit d graphicèque his admodum versibus ostendit;

Ex humero pendens resonabat eburnea læua  
Telorum custos, arcum quoque læua tenebat:  
Talis erat cultu facies, quam dicere verè  
Virgineam in puero, puerilem in virgine posses.

Isto denique venatricis habitu spectatam Chariclæam virginem, latrones Æthiopes Dianam, aut Isidem suam Deam intueri se apud Heliodorum e existimabant, quo loco; κόρη καθύπερθε ἐπὶ πέτρας, & c. ἄφρον τὴν κ' ἀλλὰ ἐπέπλο, καὶ φάρετραν τ' ὤμων ἐβήπτο: καὶ τῶ λαῶ (sic lege, non λέω) βαχίονι τὸ τίξον ἐπέβητο. ἢ λαίπῃ ἢ χερ' ἀφροντίως ἀπκαίρετο. Et statim: οἱ μὲν τ' δεῦρ' ἔλεγον καὶ δεῦρ' ἀρτεμις, ἢ τὴν ἰχθυοειοῦσαν, οἱ ἢ ἔβρεον ἔπὸ τ' δεῦρ' ἐμμενεῖαν, & c. virginitatem denique perpetuam à patre Ioue poposcisse Dianam fingit Callimachus, f hoc versu scilicet:

Δὸς μοι παρθενίη ἀδόντιον ἄποπα φυλάσσειν,  
qui, & ipsam Dianam virginem eodem Hymno appellat, sic ferè:

Ἀρτεμι παρθενίη τι τυόεσσονε.  
Ceterum, vt ne quid dissimulem (nec enim soleo, nec debo, ne sciēs fallam) sicuti, & mammosa Isis, & eadem, aut altera Isis venatrix; id quod ex iis quæ modò dixi satis ostenditur: ita duas Dianas alicubi s facit idem Hieronymus, vnam venatricem, alteram multimammiam Ephesiam, sic enim ille; Scribebat ad Ephesios Dianam colentes (inquit) non hanc venatricem quæ arcum tenet, atque succincta est; sed illam multimammiam, quam Græci πολυμασθον vocant; vt scilicet ex ipsa quoque effigie mentiretur, omnium eam bestiarum & viuientium esse nutricem. Quòd si ita est vt doctissimus Hieronymus refert; equidem vulgatam omninò confirmatam apud Minutium lectionem minimè diffiteor; vt ex ea quicquam immutare, omninò sit, non deprauatum castigare locum, sed integrum corrumpere. Atqui verisimile mihi quidem; exemplari Minutij corrupto vsum Hieronymū,

b Lib. 13. cap. 1. c Lib. 1. ab Atalanta tamē Melanionem quem auersata prius fuerat toto denique pectore adamatum, Musæus eleganter cecinit in Poëmatio de Heroine & Leandro. d Fab. 4. lib. 8. Metamorph.

e Æthiop. lib. 1. sub init.

f Quem & Natal. Com. citat lib. 3. Mythol. c. 18. vbi de Diana vt illum alterū qui mox proponetur.

g In proëmio B. Pauli epist. ad Ephesios.

G

id aliēna fide retulisse, quod memorauimus. Nam quod Priapina vel Priapenæ Dianæ apud Plutarchum a fit mentio; nihil mouere nos debet, tanquã aliqua Diana minùs pudica fuerit habita: cui pars ista corporis, quæ honestè nominari non potest, in deliciis fuisset. Etenim non ex eo, sed quod ad Priapum urbem Ponti maritimam à Milesiis conditam Adraſtaeis, Cyzicenis & Pariis vicinam; pariter atque Actæus Apollo coleretur (vt Strabo, & post eum Solinus, b me docuit) inde dictam existimandum est. Porrò autem etsi plures numero Dianæ Ethnici Theologi prodidère, in quibus primam Iouis, & Proserpinæ, quæ Pinnatum Cupidinem genuisse dicitur; secundam Ioue natam, è Latona; tertiam Vpide patre, Glauce matre, vt Cicero scribit: c etsi Diana partu ferarum medelis lenientibus recreato populos plurimos educare ab Apuleio d dicitur; attamen Dianam à Græcis vllam πολυμασθον vocatam, excepto isto Hieronymi loco, nusquam legere memini. At ipse Hieronymus alibi e Mineruam quoque, & Dianam virgines finxisse Gentilium errorem narrat: Augustinus f item de Diana, Theatricam portare arma (tela, & arcum scilicet) vrbānam simpliciter esse virginem memorat. Cere-rem verò κερότροφον ab Orpheo dictam, animo nunc subit; præterea Dianam Ephesiā arcitenentis, & venatricis habitu effictam, non tantum ex eo quod Ephesum Dianæ magnæ gaudentis telis, siue iaculatricis urbem Dionysius g dixerit

παρραλίην ἑφεσον μεγάλην πόλιν ἰοχεύουσαν.  
(vbi pro μεγάλῃ lubentiùs μεγάλως legerim, vel ob concinnitatem carminis, vel ob illud magnæ Epithetum, quod apud B. Lucam h Ephesiæ Dianæ attributum didici) verum etiam ex istis longè vetustioribus Orphei i verbis licet colligere.

— ἑφεσον γὰρ ἀεὶ τεὰ τόξα κροκέτοι.  
Tela, & pharetrā, cum arcu à Cyclopibus habuit, si Callimachum k audimus; qui sic ipsam cum iis loquentem facit,

Κύκλωπες ἢ μοι τι κυδώνιον εἶδ' ἄγε τόξον  
ἢ δ' ἴδς κούλην τε καὶ αὐκλήϊδα βελέμων  
Τεύξαιε, &c. & statim: Ἐννεπες οἱ δὲ ἐτέλεσαν.

Ipsum verò arcum, & spicula Dianæ, tanquam Lunæ, aurea fuisse, partim ex Ouidio, partim etiam ex Cyrillo addidici: & quidem Poëta l sit cecinit, vbi de Syringe in fistulam mutata.

— Ortygiam studijs ipsamque colebat  
Virginitate Deam: ritu quoque cincta Diana:  
Falleret, & credi posset Latonia; si non  
Corneus huic arcus, si non foret aureus illi.

Cyrilli autem aduersus Imperatorem Iulianum scribentis m hæc sunt, quæ iuxta opinionem Gentilium protulit, sic ferè: *An non Iouem quidam nominant Cælum, Cererem verò terram, Apollinem autem Solem, & venatricem aurea spicula gerentem Dianam, hoc est, Lunam, & Neptunum humidam substantiam?* Signum ipsum Dianæ Ephesiæ Endyidi opus esse, qui Dædali discipulus fuerit, Athenagoras n narrat: Plinius o ex Mutiani quidem opinione, Canetiam, qui id vitigineum fuisse,

a In Lucullo; vbi λέγειται γὰρ ἀρτέμιδος χέλυος πριαπίνης ὁ χερμὸν ἐμπιστῆν τοῖς πορνικαῖς συλλήμασιν ὁπτιῖς τὸ ἱερὸν, καὶ τὸ ἕβανον ἀνασπασσῆν. Meminit Priapi vrbis Hellesponti Steph. Περὶ ἀσβλεων.  
b Polyhist. c. 18. in princ. meminit Steph. de vrb. bib. in hæc verba scribens. Πριαπὸς πόλις ἐλλήσποντος, ἑνεργουσα.  
c Lib. 3. de nat. Deor. vide Arnob. lib. 4.  
d Lib. 11. Metamorph.  
e Lib. 1. aduersus Iouianum.  
f Lib. 6. de ciui. Dei, cap. 7.  
g In de situ orbis. ἰοχεύουσα Epithetū Dianæ tribuit ab Homero Iliad. ω, nō semel.  
h Actuum Apostolor. cap. 19.  
i In hymno Dianæ, vide & Achillem Stathiu lib. 6. de amor. Clitophonr. & Leucippes, quæ locū citoposteā.  
k In Dianæ Hymno.  
l Lib. 1. metam. fab. 12. quam de Syringe in fistulam mutata fabulam, eleganter Achil. Stath. 8. lib. de Clitophō. & Leucip. amo. expressit.  
m Lib. 2.  
n In legatione pro Christianis.  
o Lib. 16. c. 40. natur. hist. Mentori tamen tribuit idem ipse cap. 38. lib. 7.

fuisse, & nunquam mutatum scripserit, septies restituito templo, cum cæteri ex Ebena esse simulacrum illud tradiderint; sed hoc ab Amazonibus tamen eius templi conditricibus a ibi positum, illiusque numeri consecratum fuisse Callimachus, b auctor est, vbi sic cecinit:

Σοὶ ἢ Ἀμαζονίδες πολέμους ἐπιθυμῶντες  
ἔρ' ἄγε παρραλίην ἑφεσον βρέτας ἰδρύσασθαι  
ἔργω ἐπὶ πρυμνῶν, τέλεισιν δὲ τοῖς ἰδρύσασθαι.

Hoc ipsum & Dionysius, c nisi quod non fagi, sed in vltimi potiùs trunco, vel stipite templum illud ab Amazonibus conditum, summo futurum hominibus miraculo cecinit, vbi de Epheso.

Ἐνθα θεῆ ποτε νῆον Ἀμαζονίδες τετυκῶσθαι  
πρῆμων ἦν ἑλένης περὶ ἑσίου ἀνδράσι θάψμα.

Igitur cum Amazonas fortes, ac pugnaces viragines, bellicæque rei, non Veneræ, deditas fuisse constet: templum autem Ephesiæ Dianæ simulacrum vrbe d ab ipsis constructum, signumque magnæ illius Ephesiorum Dianæ (cuius in Actis Apostolorum e fit mentio, tanquam non Asia tantum, sed orbe etiam toto celebris; vtpote quod esse διωπετές, hoc est, à Ioue delapsum, Ephesij sibi persuaserant) consecratum auctores classici ab Amazonibus prodiderint; vix est, vt alia, quàm venatricis antiqua, & solita figura (cum victus habitusque venatorius ad militarem proxime accedat) idolū illud dedicatum. Addam hoc quoque, abludum, & à ratione omni alienum, nec probabile, aut verisimile videri; vt, quæ sibi mammam alteram, quo expeditiores ad pugnam forent, absciderant, & (vt est apud Strabonem f) dextram adhuc infantibus adurere solebant; quamobrem Amazonum nomen inuenere; ipsæ signum virginis Dianæ (quam venationis præsidem Deam Ethnici omnes Theologi, Vates ac Poëtæ autumarant) πολυμασθον, hoc est, mammosum, siue (vt D. Hieronymus loquitur) multimammium effingi; non sine aliqua sui admitti, vel insania, vel damnatione, ac pœnitentia voluerint. Huc accedat, quod, qui, quæ ve operabantur sacerdotes Ephesi, fœminas quidem virgines, mares autē euiratos, atque eunuchos qui Megalobizi dicerentur, in honore præcipuo habitos, à Strabone mandatum g literis; vbi de templo Ephesio, ἑφείας δὲ ἀνδρόχους εἶχον, ὅς ἐν ἑσίου μεγάλωβιζος, ἢ ἀλλ' ἔχοντες μετιώνας ἀεὶ τινὰς ἀξίους τῆς τοιαύτης προσεσσίας, ἢ ἡγῶν ἦν τιμῆ μεγάλης. (σωτεράσθη ἢ τῶτοις ἐχρήθη παρθένος. Itaque templum ipsum Ephesiæ Dianæ παρθένων à veteribus nuncupatum fuit: h sic uti Dea ipsa παρθένος à Platone Comico apud Athenarum i

παρθένος Ἀρτέμιδος γὰρ ἔφην καὶ ἑυμμάλα μισεῖ.  
Sanè de puellis virginibus quæ Dianæ sacris addictæ forent Aristophanes, k

ἢ τ' ἑφεσον, μάκισθα πάχρονσον ἔχεις οἶκον ἦν ἔ  
Κόραι σελευδῶν μεγάλως σέβουσιν.

Postremò aded non fuisse mammosam Dianam verum est: vt cum

Τὸν πάρος ἑρμῆς ἐμβεβαῖτα δόμοι. Ἐς πόλιν ἀνδρόκυλαι θούων βασιλείαν Ἰώνων μέγιστος αἰπολάταν ἑφεσον. Citatur à Natali Comit. cap. 18. lib. 3. Mythol. i In lib. Deipnosophæ fol. 5. vbi, περὶ τεύχλης de nullo. k Nubibus in Antode fol. 24.

a Hac de re Solinus Polyhistor. c. 43. Pomp. Melæ lib. 1. cap. 17. Strabo lib. 11. & 14. Plin. lib. 35. c. 11. & lib. 36. c. 14. Vitruuius, & alij quorū locos citatos videas apud Lil. Girald. Synragm histor. Deor. vbi variè hac de re disseruisse veteres tradit Hyginus quidem fab. 225. Orrira (inquit) Ἀμαζον Ἰουλιανὸν κοινῶν τεμπλῶν Διανᾶς Ἐφεσῆς πρῆμα φέει.  
b In Dianæ Hymno.  
c In de situ orbis.  
d Vide P. Orosium cap. 5. lib. 1. Pausanias tamē Achaic. sub init. in fol. 163. Aldi. lib. hanc Pindari opinionem improbat, existimans multò antiquius fuisse istis Amazonibus templum Dianæ, in quo ipse postea diu illi sacra fecerint. Ctesiphontem Gnosium æde Ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricata laudatū Plinius refert li. 7. nat. hist. c. 37.  
e Cap. 19.  
f Lib. 11. videto & Eustathium in Dionysii de situ orb. vbi de Epheso fol. 110. & Paul. Orosium c. 15. lib. 1. histor.  
g Lib. 14. Geographia, scribo de Dianæ Ephesiæ sacerdote coronato non nihil in c. penul.  
h Vt in hoc Epigrammate:  
Τὶς ποὺ ἀπ' ἀλόμπου μετῆ- γὰρ παρθενῶνα τᾶν εὐρῶ καὶ  
Deipnosophæ

a In lib. de facie in orbe Luna.

b Lib. 2. Poëticae Astron. in Orione.

c Lib. 7. de civi. Dei. cap. 16.

d Lib. 6. de amor. Clitoph. & Leucippes ad finē vide & lib. 8. vbi Therfander de sacerdote Diana Ephesie conueritur, quod virginis Dianae templo adulterum Clitophonem capite damnatum exceperit.

e Cap. 1. circa finem.

f Phocicis ad extremum.

g eis & f. d. d. tne d. u. a. r. i. a. s. de coronis Ephesie Diana vide non nihil apud Dionys. Halicar. lib. 2. antiq. Rom. h Cap. 22. lib. 5. Saturnal.

eandem esse Lunam cum Diana superius demonstraui a veteribus creditam; Plutarchus a ideò Lunæ tributam fuisse Dianæ appellacionem, dixerit; quòd illa, non minus quàm hac, & virgo, & infœcunda esset. Si virgo, & infœcunda Diana (quamuis ab ipsa quidam ex veteribus, in quibus Ister ab Hygino b memoratus Oriona dilectum scripserit; & penè factum vt ei nupsisse existimetur) sine mammis igitur, illis (inquam) numerosis & præggrandibus. Verba Plutarchi loco illo ista sunt. καὶ πολλὰ τὴν καλὰ φέρει δίδουτες, ἀρτέμιον ἀντιὸν (σελήνην) νομισθῆναι φέρομεν, ὡς παρθένον τὴν ἄγονον, ἄλλως ἢ βοήθητικὴν καὶ ἀφ' ἑλισμῶν. Hoc ipsum B. Augustinus c Dianam similiter Lunam (inquit) & viarum presidem: vnde & virginem volunt, quia via nihil pariat. Leucippe quoque Therfandrum alloquens apud Achillem Stathium d Dianam virginem Deam Ephesi adoratam apertè significat: cuius etiam arcum, & sagittas in impudicos emitti optat, ac precatur. Apud eundem auctorem Dianæ Ephesie sacerdos, octauo libro, Syringis in fistulâ mutat e (cuius obiter facta superius e mentio) enarrâs, ab eius regionis incolis hanc fistulâ Dianæ consecratam, cuius beneficio in antro quodam luci positæ puellarum, de stupro suspectarum, virginitas, atque integritas exploraretur, diligenter ediferit: vnde virginem habitam Ephesiam Dianam, cuius numinis ope, atque auxilio inuocato virginitas probari crederetur, nec mammosâ habitu effictum ipsius signum, quod Ephesi coleretur manifestum satis arbitror; nisi fortè, si quis, quod legerit apud Poëtam:

Tergeminamque Hecatē, tria virginis ora Dianæ; propterea plures, hoc est, senas mammas ἑπτὰ τῆν τ' προσώπων ἀναλογίαν, ipsi affinxerit: cum tamen accuratus ad fastidium vsque statuarum Diis dicatarum enarrator Pausanias, Multimammia Ephesie nequam meminerit: qui Protothronia Dianæ aram in Ephesino illo templo fuisse, vltimo libro in hæc verba scribit, f ζν ἡ ἀρτέμιδος τῆς ἐφέσιας πρὸς τὸ οἶκημα Ἰρχομλίων, τὸ ἔχον τὰς γράφας λίθῃ θειγτός ἑστῆν ἑπτὰ βωμῶν τῆς πρωτοθρονίης καλλιμλήνης ἀρτέμιδος.

Porro Ephesie Dianæ signum, & cinctutum, & coronatū fuisse, ex Pausania apud Eustathium in commentariis in Homerum, & addidici: καὶ ὅτι ἀσφαῖς ἢ ἀνιγματῶδ' ὡς δεικῆ ἐπὶ ποδῶν καὶ ζώνης καὶ στεφάνης ἐπιγεγραμμένη ἡ ἀρτέμιδος, τὰ τοιαῦτα (ἐφέσια) γράμματ' α. Alexandrum Ætolum denique Poëtam egregium, libro qui inscribitur, Μυσα, referre ait Macrobius h quâto studio populus Ephesius dedicato templo Dianæ, curauerit præmiis propositis, vt qui tunc erant Poëta ingeniosissimi in eam carmina diuersa componerent; quibus Opim non comitem Dianæ, sed Dianam ipsam vocatam esse: in eorum versuum postremo, tela, siue sagittæ Opi, & Dianæ illi Ephesie tanquam venatici non multimammie tribuuntur, sic ferè:

ἄμφω τὰ χεῖρ' ὡπλῆν βοήθησαν δὶ τῶν.

Vnde perspicuum esse reor, errore alieno deceptum, aut memoria lapsum Hieronymum, non modò quòd multimammiam existimauerit Ephesiam Dianam; sed quòd, nec arcum tenere, nec succinctam esse pronunciauerit: nempe à Cerere, ad Dianā πολύμασθς Epitheton

Διὰ

Διὰ μνημονίων doctis familiare ἀμάρτυμα transfudit, qui simpliciter alibi a faretur, cum omnia legeret, in mente sua se plurima coaceruantem accito notario, vel sua, vel aliena dictasse; ita vt, nec ordinis, nec verborum interdum, nec sensuum memoriam reteteret: qui ante multos annos hæc legere deserat; vt ipse de se scribit ad b Paulam & Eustochium; quas, & nouisse alio loco, c quod plusquam quindecim anni erant, ex quo in eius manus nunquâ Tullius, nunquam Maro, nunquam Gentilium literarum quilibet autor ascendit: & si quid fortè inde dum loquebatur obreperet, quasi antiqui per nebulam somnij recordaretur. Hoc quidem ab eo verè dictum comprobatur allata ad Pammachium d Horatiani cuiusdam loci falsa, & inepta, quam plerique tamen hodièque sequuntur, interpretatio: quam aliter haud dubiè, vir doctissimus, facturus fuerat; si memoria tenuisset, quæ versum hunc præcedunt in lib. de arte Poëtica:

Nec verbum verbo curabis reddere, fidus

Interpres. --

Sic vtique intelligendum, vt cum de imitatore, aut eo qui noua Poëmata quæpiam pangit loquatur Horatius; eum non debere fungi officio fidi interpretis, atque ita verbum verbo reddere, sed in artificio cogere: sed ne sic quidem, vt de sensu expressum sensum reponat. Hieronymus autem cum Ciceronis, tum ea Horatiani carminis autoritate nixus ait, non debere hære in verbis fidum interpretem; sed decorem magis, ac elegantiam sectari: quod ab Horatii mente alienissimum esse dudum didici. Eodem (vt apparet) memoriæ lapsu, in commentariis in caput Ozeæ quartum; de Caldeschim illis disceptans, de quibus paulò antè à nobis actū est. Esaiæ locum citat Hieronymus ex cap. 3. & verba profert proinde ac si עֶדֶשִׁים Cedeschim, ibi sit scriptum, vbi authenticum Hebræum Thaalulim habere constat. Tria porro esse Massiliensium oppida inter Sucronem fluuium, & Carthaginem nouam Strabo e tradit, in quorum celeberrimo sit specula, & in eius arce, vel promontorio Fanum Ephesie Dianæ magna religione cultum, quòd se olim Sertorius receperit: ἔχον ἐπὶ τῇ ἀρχῇ (inquit ille) τῆς ἐφέσιας ἀρτέμιδος ἰδρύσασθαι τιμὴ μνημόνῃ: sed & in Græcia Ephesie Dianæ delubra fuisse plurima, locupletissimus auctor est Pausanias; f in quibus signorum Ephesie capita corollis ornata; & eorum exemplo etiam Canephoros habere itidem in Græcia Dionysius g refert: sicuti apud Tyrios Herculis non modò Tyrii siue Ægyptij, sed etiam Thasiij sanū fuisse ab Herodoto traditur, id quod superiore sermone diximus.

Ac de Diana quidem Ephesia latius propterea visum differere, non modò vt coniecturam in restituendo Minutij loco nostram aduersus D. Hieronymi iudiciū stabilirem, omnibusque (quod posset)

G 3

num Diana Ephesia; λατινικήσας δὲ ἐν συλλέγειν τέμενος τε καὶ ἱερὸν καὶ ναὸν ἀρτέμιδος ἡκοδομήσασθαι ἐφεσία. g Dionys. Halicar. lib. 2. antiq. Rom. de asylo Ephesie Dianæ ad quod ferus obaratis, atque maleficis esset perfugium. Tacit. lib. 3. Annal. fol. 105. editionis Plantini anno 81. & Plutarchus Περὶ θεοσεβασμῶν. Itemque καὶ τῇ μὴ δ' ἀνεξέσται: cuius verba illustrando illi loco Taciti à Lipsio Scholiaste auctoris illius diligentissimo atque doctissimo adscripta reperio.

a In proœmio in epist. ad Gal. ad Paulum, & Eustochiū. Nouit alterum μνημονίων ἀμάρτυμα, Ioannes Drusius, cap. 19. lib. 3. obseruat. & aliud in cap. 3. lib. 8.

b Procemio in 2. lib. comment. ad Galat.

c Procem. in 3. lib.

d De optimo genere interpretandi epist. 101. col. 574. ibi: Sed & Horatius vir acutus & doctus hoc quidem in arte Poëtica erudito interpreti præcipit: Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpret. Terentius M. nandrum; Plautus, & Cecilius veteres comicos interpretati sunt.

Nūquid hæret in verbis ac non decorem magis & elegantiam in translatione conseruant? Hæc ille, qui memoriæ vitio decipitur quòd non interpreti præcepta dedit eo loco, sed imitatori vel Poëmatibus auctori Horatius: deinde quod Terentium, Plautū & Ceciliū pro interpretibus habet, quos imitatorū porius numero accensere debuit.

e Lib. 3. Geogr. fol. 168.

f Qui Eliacōn 1. fo 119. Aidini libri ait à Xenophonte Athenis eiecto apud Saluntē exule constructum in loco delubrum & fanum.

g Dionys. Halicar. lib. 2. antiq. Rom. de asylo Ephesie Dianæ ad quod ferus obaratis, atque maleficis esset perfugium. Tacit. lib. 3. Annal. fol. 105. editionis Plantini anno 81. & Plutarchus Περὶ θεοσεβασμῶν.

a Cuius verba cap. 1. protuli. b Corinthiacis paulo post init. in fol. 37. Aldini exemplaris, vbi...

eruditus approbarem; verum etiam ut quando Vlpianus a eam quoque Deam in Deorum illorum numerum retulisset, qui haeredes olim instituti poterant...

risque leges conscripsit ciuitatibus, ritusque celebrandi festi, & fori constituit. Et in columna area literis Graecanicis vetustis concilij decreta incidit, quam in Dianae templo ad sua usque tempora...

a Vnde sumpta lectio 4. ad festum inuentio- nis S. Crucis, ter- tia die Maii in Breuiario Rom. b Lib. 9. histor. fol. 212. c Fol. 218. lib. 3. Stephan. excusi anno 1564. vbi...

<sup>a</sup> Fol. 12. Aldini libri.

<sup>b</sup> Corinthiacis.

<sup>c</sup> In sua ciuitate Romana fol. 176. & 180.

ædem, & aram sibi: qua de re Pausaniam quoque in Atticis <sup>a</sup> agere memini: sed & apud Corinthum fuisse templum Capitolino Ioui dicatum, idem auctor alio loco <sup>b</sup> retulit, sic ferè: Ἐπεὶ ἡ τὸ θεῶν ἱερῶν διὰς καπετωλῆς, φωνῆ τῆ βωμῶν, ἢ ἑλλὰς αὖ ἢ γλώσσῃ καρυφῶν ὀνομάζουσι αὖ. ἢ θεῶν δὲ ἐστὶ ἢ δὲ πῶρῳ γυμνάσιον τὸ ἀρχαῖον; & quæ sequuntur. Postremò Sextus Ruffus in libro de regionibus vrbs, in regione Exquilina cum colle viminali ædem Veneris Erycinæ posuit; quam fuisse ad portam Collinam cum porticu, ait Onuphrius <sup>c</sup> in vrbe Roma. Dianæ igitur Ephesiæ, sed illi tantum quæ Romæ coleretur, ciuitatēque Romana hoc modo, & iure quoddā liberorum (de quo sermone primo egimus) ipsa virgo donata esset; legari potuisse, à ciuibus vtique Romanis: & similiter ceteris Diis ab Vlpiano enumeratis arbitror; de quibus proximo cap. verba facere statui: vt cum his qui Romæ, non qui alibi colerentur, antiquo iure ciuili P. Rom. factio testamenti; atque ita emolumentum legatorum administratio, siue dispensatio penes illos dumtaxat eorum Deorum sacerdotes, ac flamines, qui Romæ scilicet ipsorum sacra procurarent, itidem fuerit. Quamquam hoc ipse quod nemine iter monstrante, aut pramuniente, sed quadam animi coniectura sum sequutus, nondum fortasse assequor: ac proinde quod in cetera omni antiqua historia fas est; non verum quidem, sed vero non absurdum mihi videri pronuncio. Illud sanè assero, posse isti iuri commodè aprari quod in Gallia nostra obtinet circa illa quæ Sanctis ipsis, aut eorum sodalibus templisve relinquuntur; cum alibi apud nos, vel apud externos venerandæ ipsorum reliquæ asseruentur: vt nostris potius, quam exteris, in dubio quidem certè, immò et si aliter supremis testatorum elogiis cautum fuerit; piorum huiusmodi legatorum commodum quæri, atque apponi debere sentiam. Quæ de re si nondum equidem villo supremæ Parliamentorum nostrorum Curia contradictorio iudicio quidquam definitum fuisse didici; esse duco, cur pragmaticos forenses aliquando, ex facto disquisituros, ac in suis illis ad Ianum, putealque Libonis congressibus & circulis clamorosis, inter se disceptaturos augurari libeat: quando de leuioribus & facilioribus profectò rebus, quas lippī, tonforēsque ipsi, atque anicula prope modum perspectas habent; inter illos quotidie furiales penè ad rauium vsque contentiones, nutricula causidicorum Gallia (intestinis licet ac interneciniis tumultibus oppressa) singulare præ ceteris nationibus & fatale sibi malum adhuc experiri non desinit.

S V M M A.

Logistoricum de Diis, siue Grammaticum, in quo scæda à Plutarchi loco macula deletur.

*Minerua Iliensis. Palladium. Phrygia duplex, maior & minor. Mars Gallicus siue Germanicus. Hercules Gaditanus qui Ægyptius, & Tyrius. Gaditanorum consanguinei Carthaginienses. Colonia Tyri à Plinio, Curtio, & Strabone. Coturnice sacrum faciebant Phœnices Herculi. Sex Hercules. Hercules Tyrii sacra Ægypto petita.*

*petita, qui alius à Thebano. Vter Gadibus columnas statuerit. Ædes Herculis Musægeta in vrbe. Tarpeius ibidem siue Capitolinus Iupiter alius à tonante; itémque à Latari. Diis pro Deorum signis & figuris. Iouis illius signum sapius igne consumptum. Tarpeium nõ Tarsum Ionem à Plutarcho nominatum, restitutum ipsius contra quam interpretes perceperint loco, & explicato; qui Marci Curtij deuotionem præfert. Anima pro viua in margine. Exundatio Tyberis. Terra motus. Iouis canatio. Capitolina dapes.*

CAPVT IIII.



NON sequitur, vt de ceteris ab Vlpiano memoratis diis, hæreditatum iure Romano capacibus (ne intactum reliquissè quicquam videar) id quod iam olim in Opistographis, aut ad oram libri adnotatum reperietur; hinc me bona fide adscribere non pigeat. Equidem absque eo esset, lubenter admodum receptui canerem: aliarum etenim rerum tractatione animus identidem reficiendus est; qui dum in eodem argumento diutiùs versatur, languere incipit; agritudinēque ac senium quasi quoddam contrahit.

Præclaram Adriani Turnebi viri ab omni literarum genere celeberrimi (cui iuuenes aliquandiu operam dedimus) coniecturam, vt pro Meliensi Minerua Iliensem apud Vlpianum <sup>a</sup> agnoscere oporteat; non possum non probare, ac sequi. Multa Iliensibus priuilegia Romanorum Imperatorum beneficio, vetusta confirmata, indulgentia noua; vt Romani generis auctoribus. Quæ de re apud Cornelium Tacitum è Suetonio & Strabone, Lipsius eruditè (vt solet) ac diligenter <sup>b</sup> & ante ipsum Cuiacius doctor olim meus ad tit. Pandectarum de exultationibus tutorum. Sed & in templi Vestæ adytis Iliensis Mineruæ signum auro fictum, & Ilio Romam translatum in præcipua veneratione apud Romanos, propterea quoque olim habitum fuit; quod ipsum Palladium vocabant, & Diopetes per Diomedem & Vlyssē ex Ilio translatum, quod è Pelopis ossibus compaginatū, & elaboratum ferunt: sicuti Clemens Alexandrinus protrepticō, & Arnobius in quarto scribunt. De quo Iulius Firmicus, <sup>c</sup> Palladium simulacrum ex ossibus Pelopis factum, quod auarus Scythia Troianis vendiderit, & addit: *Incensa est Troia à Grecis, à Gallis Roma, & ex utroque incendio Palladium reseruatū est; sed reseruatū, non proprijs virtutibus, sed humano presidio, &c.* dilatum est Palladium ab incendio, non liberatum. Et postea, <sup>d</sup> vbi de quinta Minerua egit, quæ Pallante patre & Titanide orta est, & patris quem occiderat corporis exuuiis ornata; vt parricidij facinus ex crudeli ostentatione publicaret, inde Pallas dicta est. Adicit hoc quoque: *Huius est Palladium (pròh nefas!) nomine consecratum; hæc est Pallas quæ colitur, hæc est quæ Pontificali lege seruatur: & cuius facinus seuerius damnari debuerat, eius imago suppliciter adoratur.* Hactenus ille. Id Palladium occultum in Vestæ penetralibus & abditum; neque aspectari à quoquam, nec moueri solitum: nisi tum scilicet cum

<sup>a</sup> Ex suprâ d. loco ex tit. 22. Institut. siue regular. fragm.

<sup>b</sup> In comment. ad 12. Annal. ad illud, *Impetrat ut Ilienses omni publico munere soluerentur.*

<sup>c</sup> Cap. 16. de error. profan. religionis.

<sup>d</sup> Cap. 17.

a Vide Liviū lib. 19. Dionysii Halicarn. lib. 3. Valc. Maximum lib. 1. cap. 5. vbi cum ades Vestæ arsisse id medios inter ignes raptū à Metello Pontifice maximo Palladiū incolumē servatū fuisse traditur. De duobus Palladiis, quorum unum in Italiam translatum, alterum apud Argos fuerit, videlicet Pausaniam Corinthiacis fo. 51. Aldini libri. b Vide Hieronymū in de locis Hebraicis in Phrygia. c cap. 4. lib. 14. d Initio lib. 7. de vita Apollonij. e Cap. 6. lib. 16. notū Atticarum. f Pompon. Mela lib. 3. de situ orbis, cap. 6. g Lib. 3. Geogra. fol. 178. & seq. & lib. 16. fo. 396. h Lib. 9. & 14. vbi de Branchidis ac de Didymæo oraculo: Appian. Syriac. fol. 85. de oraculo apud Branchidas vetusto Herodot. lib. 1. de Didymæo itēque Pythio Apolline Origēnes contra Celsum lib. 1. ad finem. De Apolline Didymæo Torrentius quoque ad Suetonij Caligulam c. 21. è Plinio, Strabo. Macrob. Pausan. & Vlpiano. i Lib. 2. cap. 17. post liminū litris, cap. 29. Macrobr. lib. 1. Saturnal. cap. 17. k ἐλεγον δὲ ὅτι εἶναι μὲν φοίνικας τὸ ἔργον πύργου δὲ ἑμπροσθεν, &c. τὸ δὲ παρὸν ἠερικὸν

id Vestæ templum à Gallis Senonibus vrbe capta crematum est. a Primus Alagabalus Pseudantoninus, de quo bis antea diximus, movere atque asportare in lararium cubiculi ausus; vt simulato quodam imaginariarum nuptiarum fœdere, Deo suo Heliogabalo copularet: cui tamen Deo ( pacifico scilicet ) istud militaris & θυραλῆς Deæ signum cum arrisisset minimè; tum illud cœlestis alterum ( de quo superius actum est ) adferri princeps iusserit: quemadmodum Herodianus, eo ipso in loco quem primo sermone indicavi, tradidit: καὶ τῆς τε παλλὰδ' ἑτοῦ ἀγάλμα ( inquit ille ) ὁ κρυπτόν κ' ἀνορατὸν σέ: σοι ξωμοῖσι εἰς τὸν ἑαυτὸς θάλαμον μετέβαλε, κ' μὴ κινηθῆναι δὲ ἐπὶ ἡλθεῖν ἀπὸ ἰλίου ( εἰ μὴ ὅτε πωρὶ κατὰ φλέθην ὁ νεὸς ) οὐκ ἔστω, καὶ πρὸς γάμον δὲ εἰς τὴν βασίλειον ἀλλὰ τὸ θεῶν ἀνάγαγε: φήσας ἢ ἀπαρέσκειαι αὐτῶ ὡς πάλαι ἦν ὄπλις καὶ πολεμικῆ θεῶ, τῆς ἑρανίας τὸ ἀγάλμα μετεπέμψατο, &c. Qua de re Lampridius agens, hoc tantum protulit, ca teris prætermisissis; *Hac cum ita essent (ait) signum tamen quod Palladium esse credebat, abstulit: & auro fictum in sui Dei templo locavit.* Iliensis itaque Minerua est, quæ in Ilio minoris Phrygiæ oppido colitur. Duæ namq; sunt Phrygiæ, quarum maior Smyrnam habet, b vbi matrem Deorum Cybele, quæ & Ideæa & Phrygia dicitur, Vlpianus noster coli dixit; & ante ipsum Plinius, c vbi de vino Framnio quod nasci ait Smyrnæ regione, iuxta delubrum matris Deum. De vtraque ista Phrygia, cui & à nonnullis tertia quoque adiungitur, videre est apud Dionysium de situ orbis, & Eustathium ad ipsum; sed & apud Plinium & Strabonem & alios: apud nostrum Iustinianum denique Nouella constitutione 145. Iliensi quidem Mineruæ operatas Vestales virgines quæ castæ forent, ipsumque sacrum ignem custodisse refert Philostratus: d quo loco de Vestalibus, *ἄς ἀγγεῖς* ( inquit ) τὴν ἰλιάδα ἀθηνῶν καὶ τὸ ἐν εἰ τῶν θραπέυων ἐδῆ.

De Marte qui coleretur in Gallia ( de quo Vlpianus ) hoc admo-nebo; eius & à Cæsare mentionem iniectam lib. 6. de bello Gallico. Atque huc pertinere, quod apud A. Gellium e ( siue is Agellius est, vt recentioribus criticis placere video ) ex Pomponio Atellanarum Poëta refertur, qui scripsit in Galliis Transalpinis; *Mars tibi voueo facturum, si vnquam redierit, bidenti Verre.* In Germania quidem ( quæ pars Galliarum fuit ) cultum fuisse Martem indicat Corn. Tacitus de moribus Germanorum; vbi, *Herculem ac Martem* ( ait ) *concessis animalibus placant.* De Gaditano Hercule, cui Ægyptio templum, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre apud Gades, Mela, f & Strabo g memorant: ac de Didymæo Apolline, cuius idem Strabo aliquot locis, h & Mela, i Branchidam olim nominatum referens, meminere; animaduersum à recentioribus quod putem, nihil dixero. Id notabo, cum Herculem non minùs quàm Astartem diuinis honoribus ac templis celebrasse Tyrios, secundi capitis initio demonstratum sit; quamobrem Phœnices Tyrios mercatores apud Delum Herculi Tyrio pro Theagenis corona & victoria sacrum celebrasse conuiuium, ab Heliodoro lib. 4. Æthiopicân memoratur. k Eius Herculis sacra in Hispaniam Tyro, à Gaditanis inde oriundis translata,

translata, Iustinum a tradere. Nam cum Gaditani à Tyro ( vnde & Carthaginensium origo est ) sacra Herculis per quietem iussi in Hispaniam transtulissent, vrbemque ibi condidissent: inuidentibus incrementis nouæ vrbis finitimis Hispaniæ populis, ac propterea Gaditanos bello laceffentibus; auxilium consanguineis, Carthaginenses miserunt. Et quod ait de sacris Herculis, ita omninò accipe, vt cum Tyrios Gaditani templi conditores Mela quoque dixerit; cur sanctum sit, ossa eius ibi sita efficere, ipso eodem auctore, b intelligas. Gades quidem ad Oceanum, non minùs quàm Carthaginem in Africa, in Bœotia Thebas, Tyri ab Agenore condita Colonias toto orbe diffusas, Q. Curtius c tradit. Plinius d quoque Tyrum quondam insulam præaltomari septingentis passibus diuisam, nunc verò Alexandri oppugnantis operibus continentem olim partu claram, vrbibus genitis Lepti Vtica, & illa Romani Imperij æmula terrarum orbis auida Carthagine; etiam Gadibus extra orbem conditis: & longè antea Strabo, Tyrum à colonia extra columnas deducta ( nimirum Gades ) celebriora ipsa Sidone nomen consequitam; e quo loco, *ἢ ἢ ἢ ἐς τὴν λιβύην, κ' τὴν ἰβητικὴν ἀποικίαν μέχρι κ' ἔξω σιληῶν τὴν τῶν ὀρέων θηρυμῶσι μάλα:* & alibi f de Carthagine agens, *κτισμα δ' ἔστι δὴ ὅς ἀγαγέσθαι ἐν τῆς λαῶν ἔτω δ' ὄτυχης ἀποικία τοῖς φοίνικιν ἑστῆ: καὶ αὐτῆ, κ' ἢ μέχρι τῆς ἰβητικῆς τῆς τε ἄλλης, κ' τῆς ἔξω σιληῶν. ὥστε κ' τῆς ὄτρωπης ἐπὶ νῦν τὴν ἀρίστην νέμονται φοίνικας, κ' τὴν ἰβητικὴν κ' τὰς προσηχέας νήσους.* De coturnice rem sacram Herculi Phœnices olim fecisse; quod cum in Lybiam proficisceretur à Typhone occisus, deinde ab Iolào ad vitam nidore coturnicis naribus eius admotæ reuocatus fuerit; ab Athenæo g proditum rerulère alij: h quod quando ad Phœnicum pertinet religionem ( de qua aliquot his sermonibus actum est ) quadem cum Gaditana fuit; non debui sciens prætermittere. Hoc multò minùs, cum ij qui interiores scrutantur & reconditas Ethnorum Theologorum literas, plures tradant Hercules, nempe sex; quorum alterum Ægyptium Nilo natum, quartū verò Iouis & Asteriæ Latonæ sororis filium, quem Tyrij maximè colunt; cuius Carthaginem filiam ferunt, vt ex M. Tullio i didici: satis causæ cuiquam fortasse visum iri, quamobrem eorum quæ antè dixi argumento, apud Pomponium Melam cap. 6. lib. 3. Tyrij potiùs, quàm Ægyptij Herculistemplum Gadibus à Tyriis conditum legere, ac recògnoscere debeamus: quado alius Ægyptius fuit, alius ille quem Tyrij coluère, si qua Ciceroni fides; præsertim cum Tyrium Herculem in finibus sepultum Hispaniæ ( Gadibus nempe ) Arnobius k ipse dixerit. Vel-leius autem Patercululus l Tyriam classem plurimum mari pollentem in vltimo Hispaniæ tractu, in extremo nostri orbis termino insula circumfusa Oceano, perexiguo à continenti diuisa freto, Gades condidisse literis proditum reliquerit. Sed nihil mouere nos debet Ciceronis auctoritas, vt apud Melam Tyrij cognomen Herculi attribui debuisset, non item Ægyptij e. iustimemus: cum ex vetustiorum Cicerone auctorum atque Classicorum sententia; Ægyptius ille sit creditus, qui à Tyriis colebatur Hercules: alius ab Amphitruonis

τυρίων τὴν δὲ νῆ-  
κτισμα δ' ἔστι  
δὴ ὅς ἀγαγέσθαι  
&c.  
a Lib. 44.

b Cap. 6. lib. 1.  
de situ orbis. De  
delubro Hercu-  
lis Gadibus &  
fonte illi proximo  
Plinius cap.  
97 lib 2.  
c Lib. 4.  
d Cap. 19 lib. 5.

e Lib. 16. Geogr.

f Lib. 17. sub  
finem.

g Quem videtis  
lib. 9. Deipno-  
sophistarum.  
h Lilius Giraldus  
in Hercule.

i Lib. 3. de Natu.  
Deor. Arnobius  
etiam de Terge-  
mino Hercule.

k Lib. 1. aduers.  
gentes.  
l Lib. 1. hist. sub  
init. in fol. 3. què  
locum è conie-  
ctura Lipsius  
ἀσέχως emen-  
dauit.

a Lib. r. aduerf. gentes, vide & Augu. lib. 18. de ciuit. Dei, c. 12.

b In lib. de Dea Syria sub iniiu, vide & Augu. cap. 12. lib. 18. de ciuita. & Pausaniam Eliacōn li. r. fol. 136. Aldini libri, vbi de Herculis signo ad Olympiam Eleorum, à Thafis Tyro Phoenices oriundis posito. c Lib. 2. de Apollonij vita.

d In lib. de Dea Syria sub iniiu.

e Lib. 4. f Lib. 5. cap. 19.

g Eliacōn 1. Aldini fol. 136. h Iniiu de Apollonio vbi de Gadibus.

filio, quem Græcæ, ficta'ne fabulæ an historiae, tantopere celebrant Thebanum, flammis (vt Arnobius a loquitur) Oeteis concrematum, non obscurè Halicarnas. Herodotus in Euterpe docuit; cui as- sentiri æquum est, quando Phœnicem in Syria & hanc Ægypto vicini- nam atque contiguam esse constat: ὁμοίης γὰρ ἢ Συρίη Ἀνυβίη (ait ille) οἱ ἢ φύνιες τῶν ἑστὶ σιδῶν ἐν τῇ Συρίη οὐκ ἐστι. Ergo Herculis herois Ty- rij, eo quem Græci canunt longè antiquioris sacra ab Ægyptiis peti- ta, quæ ad Luciani vsque tempora durauerint; ex istis ipsius b verbis licet colligere: καὶ ἐστὶ ἰδὴ καὶ ἐν Συρίη ἢ παραπολὺ τοῖς Ἀγυπτοῖσι ἰσοχρη- νούσῃ, τῶν ἐγὼ πλείστα ὀπωπα. τῆς δὲ Ἡρακλέους τὸ ἐν Τύρῳ ἢ ἐτέρας δὲ Ἡρακλέους τῶν Ἑλλήνων ἀκούσῃ, ἀλλὰ τῶν ἐγὼ λέγω πολλὸν ἀρχαιότερον ἢ τῶν ἑστὶ Ἡρακλέους ἑστὶ. Atque huc aspexisse Aufonium, cum peregrina natalis Herculei sacra Romæ similiter ac Isis (Ægyptia scilicet) celebrata his ver- sibus expressit, quos superiore sermone attuli. Denique Ægyptium fuisse alium à Thebano Herculem; qui Gadibus orbis terrarum fi- nes positus columnis constituerit, in Apollonij vita Philostratus c as- serit: vbi de Clypei argentei sculptura apud Tyrsos Indiæ ab Her- cule amissi & ob eius famam & gloriam dedicati à sapientibus, lo- quitur: αὐτὸς γὰρ πεποιθὴς οὐκ Ἡρακλῆος οὐκ ἐστὶν ἡ γὰρ ἀρα καὶ τὰ ὄρη ἑτέρας ποί- κλονται, τὸν τε ὁμοίων ἐς τὸ ἔξω ἐπιπλάττει: ὅθεν ἀκρίβηται μὴ τὸν θεῶν Ἡρακλῆα, τὸν ἢ ἀνυβίη ἐπὶ τὰ γὰρ ἀρα ἐλθῆναι, καὶ οὐκ ἐπὶ τὴν γῆν. Quamuis enim Thebanum fuisse qui Gadibus columnas constitue- rit, non obscurè Aristides d tradat; quo loco & ab Ægyptiis quen- dam Herculem & à Tyriis quoque coli præ Diis cateris, in hac ver- ba scribit; ἀλλ' ἰσχυρῶς Ἀγυπτίους ὁσοῦ τινὰ ἄγχοισιν Ἡρακλῆα καὶ τυρίους ὅτι παρὰ τὸν σέβαστον θεῶν; aded quidem, vt qui Thebanus idem origine vrbium inspecta Sidonius ac Tyrius non iniuria vocari possit: cum Tyri ab Agenore condita coloniam Thebas in Bœotia Q. Curtius, e & verò Sidona Thebarum Bœotiarum parentem Plinius f dixerit: quando vnum fuisse Thebanum Ægyptium ac Tyrium Herculem apud ve- teres etiam nonnulli existimant; vnde superioribus verbis hæc idē ipse Aristides illic subicit, καὶ τοὶ ἐμὲν ἅπαντες τὸν αὐτὸν νομίζοντες ἕτω τιμᾶσι, τὴν μάλιστα ἀν' ἐποιοῦσι σὺμβολῶν τῆς Διωάμεως. Tamen & alium atque alium, non eundem Thebanum ac Ægyptium siue Tyrium (quamuis Thafius idem qui Tyrius à quibusdam, ab aliis Amphyo- nis filius, qui Thebanus olim creditus; id quod à Pausania g me- moria proditum recordor) & verò non minùs Thebanum quàm Ægyptium Gades venisse: ibique non statuis quidem, sed aris hono- ratum ac religiose cultum, Philostratus h retulit: βωμοὶ ἢ θναὶ καὶ πένιαι καὶ τέχναι καὶ Ἡρακλέους Ἀγυπτίους καὶ (pro quo malim ὡς legere) ἑτέροι τῶν θεῶν: τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τὴν ἐπίστασιν ὀρυσάσθαι ἐλάσαι φασι, ὅτε δὴ τὸν γινούμενον καὶ τὰς βῆτας ἐλάει. τὸν ἢ σοφίᾳ δόντα γὰρ ἀναμειψάσθαι πᾶσαν ἐς τέχνην. Et statim: ἐν ἢ τῶν ἰδὴ τιμᾶσθαι μὲν ἀμφὸς τῶν Ἡρακλέους φασι, ἀγάλματα ἢ αὐτῶν ἐκ εἶναι, βωμοὶ ἢ τῶν Ἀγυπτίους δὴ καὶ καλλιῶν. ἕνα ἢ τῶν θεῶν, &c. quæ sequantur: in quibus & aurea Pygmalionis olea in Her- culis fano posita, quod mentionem facit Philostratus; ex eo licet coniecere olim eam à Tyriis qui, vt antè diximus, Pygmalionem auctorem

auctorem suum agnoscunt & Herculeum illud fanum extruxe- rint, allatum esse atque dedicatum. Interea mirum, mihi quidem, vt à veteri Romana iurisprudencia prorsus alienum; cum Hercules ab Euandro sacra, qui triumphalis vocaretur ac per triumphos trium- phali habitu vestiretur, ædes esset in foro boario; a in quam nec mu- lcas nec canes intrasse crederent: cuius signum, quod est in Capito- lio ex campo Martio Fabius Verrucosus transtulerat (vt est apud Plinium b) sacra verò antiquitus Potitiis atque Pinariis concredita, quæ ad aram illam maximam fierent: c cum Hercules Musarum aut Musagetæ, id est, comitis ducisque Musarum, in circo Flaminiio adem fuisse constet; ex pecunia censoria factam à Fulvio illo nobiliore (vt Eumenes d tradit) cuius ædis fastigium Tuscanico more signo scitilîne an inaurato exornatum narrat Vitruuius: e quod non Ro- mano tamen isti vel Tyrio, sed Gaditano hereditatem aut legatum relinquere licuerit, sicuti noster Vlpianus definit; præsertim cum in Tyrio maior esset ob anriquitatem ipsamque alterius originem re- ligio; in Romano cum vetustate ius quasi quoddam ciuitatis copu- latum: quæ de re cogitandum subtilioribus animis relinquimus. Reliquum est, vt de Ioue Tarpeiō quod Vlpianus loquitur, hoc etiam illustremus. Igitur istum alium esse à Tonante Ioue, quem Au- gustus in Capitolio dedicauerit (sicuti Dio f memorat, id quod ab aliis g eruditè animaduersum meraini) sed eundem tamen cum Ca- pitolino qui gerit fulmina (vt Minutius Octauio loquitur) existi- mo: cuius & Arnobius in sexto commemorat. Porro istum, hoc est, ipsius statuum sub bellum ciuile incendio periisse Plutarchus h tra- dit, & explicat: ὁ ἢ τῶν δὲ καπετωλῶν περὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐνεπρόβηται καὶ ἀεφθάσθαι, errore scilicet loquentium non minùs Romanorum quàm Græcorum notato; qui cum ære aut lapide ficta, vel etiam pi- cta Deorum simulacra, Deos temerè nuncuparint, quorum honori essent illa dicata & consecrata: deinde ausi sunt dicere Mineruam à Lachare fuisse exutam, Apollinis cincinnos aureos Dionysium ton- dendo abstulisse, & cetera huiusmodi. ἵθην ἀριστὰ λέγει (inquit ille) παρὰ τοῖς φιλοσόφοις τὸ τὸς μὴ μεταβάνουσις ὁρθῶς ἀντικειν ὀνομάτων, κακῶς χρῆ- σθαι καὶ τοῖς παράμασι. ὡς τὸ ἐλλήνων οἱ τὰ χαλκῶν καὶ τὰ γράπτα καὶ λιθινὰ: μὴ μάθοντες μὴδὲ ἐπισθέντες ἀγάλματα καὶ τιμᾶς θεῶν, ἀλλὰ θεῶν καλῶν, ἕτα τολ- μῶντες λέγειν ὅτι τὴν ἀθὴναι λαχάρης ἔξεδυσσε, &c. μεταβάνουσι φελοκόμενοι καὶ παραδεχόμενοι δόξας πονηρὰς ἐπομύνας τοῖς ὀνόμασι. Verùm etsi signum illud Iouis siue Tarpeij, siue Capitolini arserit, atque igne consum- ptum fuerit; alij tamen ad eiusdē numinis honorem restituto idem ipsum quod antea Tarpeij Iouis (qui sedes mutasse propterea non existimaretur) nomen inditum. Nam qui Romanas legere historias ædem Iouis in Capitolio ter igne absumptam quater dedicatā fuisse ante ipsius qui hac de re plenè ac luculenter alicubi i differit Plu- tarchi tempora non ignorant. Plinius quoque k vbi de Capitolio sua arate à Vitellianis incenso egit de quodam Iouis signo (Tarpeij forsitan) in Capitolio iam olim dedicati sic loquitur, vt illud ipsum extitisse adhuc arate sua significet, etiam si iam tum Capitolina ædes

a Vide Plin. lib. 10. cap. 29. & lib. 34. c. 7. & lib. 35. c. 4. Strabo. iti- dem lib. 5. Geo- graphia. Solin. Polyhisto. initio cap. 2. b d. cap. 7. c Vide Valerium Max. cap. 2. lib. 1. exemplo 2. & Festum in Pori- tium, & Solin. c. 2. Polyhisto. d In Orat. pro schol. instaur. ex qua locum inte- grum adfero in cap. 23. sub init. e Cap. 2. lib. 3.

f Lib. 54. histor. g Syntagmat. 2. histor. Deorum apud Lil. Girald.

h In de Ifide & Osir. vbi Deos pro deorum si- gnis dici docet.

i In Poplicota fol. 190. libri à Steph. excusi. k Cap. 7. lib. 34. videto etiā Phi- lostratum lib. 5. de Apollonio.



conflagrasset. Fecit & Sp. Carvilius Iouem qui est in Capitolio, victis Samnitibus, sacra lege pugnantis; è pectoralibus eorum ocreisq; & galeis: amplitudo tanta est, vt conspiciatur à Latiario Ioue. Hieronymi verò temporibus squalebat iam Capitolium, templaque Iouis & caremonia conciderant, vt ipse aduersus Iouinianum a retulit: apud Philostratum b quidem Apollonius preces ad Iouem Capitolinum, pro Vespasiano, ambusta iam illius a de fudisse memoratur, sic ferè: *Ἰεὺ ἐφ' ἡ καπιτώλια (σὲ γὰρ τῶν παρόντων πραγμάτων βραβούτιον οἶδα) φύλατ' ἑσραυτὸν ἢ τέρψασαυτῶ ἢ τέρτου. τὸν γὰρ νεῶν ὄν χθες ἀδμοι χεῖρες γνέπρησαυ, τόνδε σοι τὸν ἀνδρᾶ ἀναστῆσαι πέπρωμαι.* Tarpeium siue Capitolinum paulò antiquior Hieronymo Iulius Firmicus Maternus Tarpeia rupis habitatorem inuocat lib. I. Matheleon. c *Et tu Iupiter (inquit) Tarpeia rupis habitator, qui mundum ac terras saluare semper ac benigna maiestate laetificas, sed secundi globi possides principatum, &c.* De Capitolino ac Tarpeio Ioue, vt ex Propertio, Nasone, Marcellino, quos Giralduus ille, quem antè nominaui, locos istis omiſſis protulit, hinc appingam; adduci neutiquam possum. Tantum admonere, vt huic sermone finem imponam; & Deorum fabulis valere iussis, ad alia vtiliora, nec minùs (animo quidem meo) iucunda me conferam: valde mirari me, quod pro Tharsio Ioue (cuius nomen tamen Xylander & Amyotus interpretes merito suo laudatissimi apud Plutarchum d retinent) Tarpeium illum exaudientem esse nondum quisquam adnotauerit. Nam vbi de Marci Curtij deuotione agitur, qui equo quàm maximè poterat exornato infidès, ipseque militaribus insignibus armatus in vastum & immensa altitudinis specum medio foro apertum sese immisit, sic ferè scriptum; *διὰ μέσης τῆς ἀγορᾶς βέων ὁ τίβερης διὰ μῦθον ταρσίε Διὸς, μέγιστον, ἀπὲρ ῥῆε χάσμα ἢ πολλὰς οἰκίας ἐβύθισε,* &c. quæ sequuntur: quibus scilicet hoc memoriæ proditum, cum ea voragine iam tum plurimis absorptis domibus, ob inundationem Tyberis ab irato Ioue Tarſio excitata; non aliter saluam ac perpetuam Rempub. fore ab haruspicibus (ad quos è Senatusconsulto relatum fuerat e) vatibusque responsum esset; nisi τὸ τίμιον αὐτῶν vt Plutarchus ait, quod omnium ipsis pretiosissimum erat, aut (quemadmodum aliis placet f) id quo plurimum posset ac valeret populus Romanus, τὸ κράτ' ἰσχυρὸν καὶ δι' ἑμάλιστα πλεῖστον ἰσχύουσι, & illi dicarent loco; qui nullo terræ coniectu, cum pro se quisque gereret, expleri adhuc potuerat: frustra verò auri atque argenti vim maximam in patentem hiatus terra deinde populus intulisset: illo tam præclaro facinore, hoc est, profusa (quam vnicuique charissimam & pretiosissimam esse duxit) anima seu vita, Curtium illius oraculi optimum interpretem ita coeunte loco, subque corpore diuinitus humato, simul ciues quoque suos ingentibus malis liberasse; atque (vt ex Procilio retulit Varro h) aeternum genti suæ monumentum ad laudem reliquisse. Lubens feci vt hanc historiam enarrarem explicando, secus atque ab aliis solet, Plutarcho nostro, & planè castigando: cuius verba illa καὶ λογισμὸν τὴν ψυχὴν τιμιωτέραν, de anima, hoc est, de vita hominis ratione præditi exposui: quem

a Extrem. lib. 2. b Lib. 5. de Apollonio fo. 31. verso. Aldini exemplaris, restitutio nē Capitolijs aggressum Vespasianū narrat Suetonius in eius vita cap. 8. vt rudenibus purgandis manus primus admouerit ac suo collo quadam extulerit. c Cap. 4.

d In libro περὶ παραλλήλων ἑλληνικῶν καὶ ῥωμαϊκῶν.

e Varro lib. 4. de lingua Latina vbi de lacu Curtio. f Liviū lib. 7. ab C. V. Valer. Max. c. 6. lib. 5. Zonar. lib. 2. Annal. g Hoc est à Zonara.

h In suprā dicto loco.

quemadmodum istud ψυχῆς vocabulum plerunque in profanis sacrisque ipsius etiam (vt Eusebius Emislenus a admonet) Euangelij libris accipi, neminem latere arbitror; cum eorum quæ anima carerent nulla quoque vita sit, nostram verò vitam omnem in anima esse ipse quoque dum nihil homini se ipso pretiosius existimandum ex oraculi sententia putabat, Curtius apud Plutarchum censuerit: nefariam etenim viui hominis sepulturam impudens patenti voragine specus expectabat; cui parum esset quod ex ingenti superiorum annorum pestilentia mortuos per sepulchra exciperet, nisi etiam viuos scissaerberet, sicut Paulus Orosius b tradidit. Atque huc quoque ista ipsius Curtij apud Zonaram verba pertinere perspicuum satis cuique est: *ἡμῶς ἐσθλὴν τέρτο δὴ τὸ ζήτημλον τε ἢ ἀποβέμλον. ἔ γάρ τι ἀψυχὸν ἐμψυχὸν λογισθῆσε βέλτιον; ἔδε τ' ἦν ἢ ἐμψυχὸν ἢ ἀψυχὸν, τὸ ἀνοῦν ἀλογόν τε ἢ ἀφρον πρῶτιστόσε.* Quod autem apud eundem Zonaram illicò subicitur, tanquam oraculi mentem Curtius ad hominem reulerit, quatenus animal est rationis particeps, animaque auræ scilicet diuinæ particula præditum: *ἔτ' αὐθ' ὄπισθεν ἔδερ* (inquit, ex illorum Philosophorum opinione, c vt videtur, qui τὴν ἀνθρώπων πρὸς τὸς θεὸς συνένειαν ἢ πρὸς τὸν Δία κοινονίαν afferebāt) ἀλλ' ἔστιν ἢ θεὸς σῶμα θνητὸν ἔχων, ἔτε θεὸς ἀλόγι ἢ ἀνθρώπος ἀσώματος ἢ ἀνθρώπου ἀθάνατος, mihi placere neutiquam potest: cum ob alia, tum verò quoniam non Curtius animam, quæ ipsa immortalis est, amiserit; sed vitam istam pro Republica impenderit, & cum morte commutarit.

Rursum quod Plutarchus hiatus terra patentem in foro exundationi Tyberis adscribit, vehementius placet; quàm quod Linius dubitanter protulit, de motu terræ seu qua alia vi. Etenim scio Tyberis exundationem repentinam adhuc Romæ frequentem esse: atque adeò ipsius auctores historia veteris plerisque ita meminisse, d vt causam ipsius quemadmodum terræ motus e quoque (ob quem à Pontifice nuntiatum & procurandum, ferias etiam indicere solitum) ad vim diuinam potius referant; & in prodigium omēque imminentium cladum à nonnullis (vt in præsentī exitio, futurique pauore fieri solet) versum memorent; quàm aut vento aut continuis imbris adscribant. Tempestates in signum esse, re vera è Christianorum opinione; non hyemales quæ ex ordine temporum venire solent, sed quæ ordinem non seruant, immò quæ ipsa quoque temporum statuta confundunt: quod nos quoque nuper experti sumus (ait L. Gregorius f) qui æstiuum quoque tempus omne conuersum in pluuiis hyemalibus vidimus: vnde Tyberis inundante

a Homilia 3. in natal. plur. marty. ad illud; *quæ inuenit animam suam perdet illā;* & hom. 2. in natali vnus marty. sic & apud Musæum in Poematio de Heroine & Leandro; *ἢ δὴ λυχνον ἀπύσων ἀπὲρ σῶσε π. ἀπὸς ἀήτης ἢ ψυχῆς ἢ ἔσθλα πρὸς ἀνθρώπου.* Et Ouid. in carmine de Tibulli morte: *Sanguinis atque anima prodige Gallæ iua.* Sic animam pro vita sumito li. 1. Machab. c. 2 & 12. & lib. 2. c. 9. in lib. Iobi ca. 2. Prouerb. Salom. c. 10. vers. 2. epif. Ioan. 1. c. 3. vers. 16. & in ipso Euang. c. 10. vers. 11. quia & anima pro toto homine Iobi ca. 6. vt alibi non semel: quod & adnoto in li. Agnostici nostri tertio, vbi de sigillatione siue castigatione corporis. Nā quod anima pro vita ponatur hoc posteaquam hic scripseram, obseruati à Drusio eruditissimo reperi, c. 10. lib. 5. obseruat. è Ione 4. cap. versic. 3. Psal. 31. vers. 14. Iobi 2. c. vers. 4. Salustio in coniurat. Catil. & ex ipsis verbis legis Iuliam mactat. b Cap. 5. lib. 3. prater histor.

e De qua apud Arrianum Epicteto lib. 1. c. 9. & lib. 2. c. 19. d Vide Dionem lib. 39. qui eius etiam exundationis meminit sub Augusto lib. 5. & 55. vide & lib. 37. itemq; Plinium secundum ad Macrinum epif. lib. 8. ex quo verba retuli ad l. contractus, 23. de reg. iuris. & Cornel. Tacitum lib. 1. Annal. fol. 88. & lib. 1. histor. fol. 373. de illa quæ sub Tyberio & Othonē, cap. 8. & de illa quæ sub Romulo, Plutarchum in eius vita, sed & in Poplicola. De illa sub Traiano Victorem in eius vita, & Spartian. De illa sub Antonino Pio & Philosopho, Capitolinum: de illa sub Aureliano Vopiscum, de illa sub Valentiniano Marcellinum ad finem lib. 29. eximie. Præterea de exundatione Tyberis Iurisc. in l. hoc amplius, 9. §. de iis autem, D. de damno infect. videro & Aggen. Vrbicum de limitibus, & Spartianum Adriano, fol. 76. Plutarchum in Numa ad finem. e Vide Senecam lib. 6. natur. quæst. cap. 23. Aggellium lib. 2. cap. 28. & lib. 4. cap. 6. f Homil. 35. in Euangel.

a Cap. 39. Apolog. aduersus gentes.

b I. Martius, D. locati.

c Cap. 23. lib. 2.

d Vide Liuium lib. 2. ab vrbe cond.

e In Pertinace.

f Extremo c. 6. lib. 1. Semestr. g Lib. 7. aduersus gentes.

h Lib. 12. Epigrammat. 4. 8.

i Lib. 7. ab vrbe condita.

præter morem, idem ipse adesse iam mundi finem prædicabat. Illud verò quod de tempestatibus, ex eius verbis modò retuli; Ethnicos etiam existimasse, auctor Plutarchus in Fabio Maximo. Ergo Christianis Deorum ipsi suorum iram exprobrabant scilicet, existimantes omnis publicæ cladis omnis popularis incommodi Christianos esse causam, sicuti à Tertuliano a scriptum legimus; hoc addito, quo superiora etiam illustrantur: *Si Tyberis ascendit in mœnia, si Nilus non ascendit in arua, si cœlum stetit, si terra mouit, si fames, si lues; statim Christianos ad Leonem acclamatur: tantos ad vnum?* &c. Nam quod Iurisperiti nostri terræ motum ad vim naturalem retulerint; b nihil vetat, quominus plerique ipsum quoque Deorum iræ adscriberent, atque ad eò vi diuinæ: quam & vim maiorem, & vim naturalem (si natura Deus ipsa est) rectè nominatam, & à Iurisperitis quoque intellectam verius arbitror. Antiquissimi quidem Græcorum, Neptuno terræ motum tribuere; quâdo *ἔννοστρον* & *σείσθηρα* ipsum appellarunt. Veteres autem Romani, cautiore scilicet castioresque in animaduertendis Diis, eorumque constituendis religionibus; vbi terram mouisse senserant, nuntiatumve erat; ferias eius rei causa edito imperasse, vt antè diximus, ipse quoque Agellius c memorat: *Sed Dei nomen ita vti solet cui seruari ferias oporteret, statueret & edicere quiescebant* (vt ille tradit) *ne alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent; eas ferias si quis pallisset, piaculoque ob hanc rem opus esset, hostiam si Deo, si Deæ, immolabat; idque ita ex decreto Pontificum obseruatum esse M. Varro dicit. quoniam & qua vi, & per quem Deorum Deorumve terra tremere, incertum esset.* Hactenus ille. Porro Tyberis exundationem Plutarchus nosse, illam qua de agimus; Ioui, & quidem (vti iam dixi) non Tarso, sed Tarpeio assignat: cui dedicatam ædem in Capitolio inelytam ab Horatio consule, primo post exactos reges anno, vetusta prodit historia. d Et verò in palatio locum fuisse, qui Iouis cœnatio appellaretur, ex Capitolino e addidici; vbi scilicet Ioui epulum parari soleret, de quo nonnihil libro f primo diximus, & Arnobius g sic ferè: *Iouis* (inquit) *epulum cras est, Iupiter enim cœnat, magnisque implendus est dapibus; iam dudum inedia gestiens & anniuersaria interiectione ieiunus*: vnde Capitolinas dapes (quarum festiuus Poëta Martialis alicubi commemorat h) ad cœnam illam Dialem pertinere cenfeo. Caterum etsi ab Eustathio in commentario ad Dionysium Tarsij Iouis à Cilicibus culti mentionem fieri non ignoro: quæ tamen Tarsensi vel Tarso Ioui aduersum Romanos iræ causa, ex opinione ipsorum esse potuerit; aut quæ tandem Cilici numini cum Romano solo cœlòve iusta communicatio, equidem non video. At Capitolinum siue Tarpeium Iouem Romanis infensum, illam ex inundatione Tyberis calamitatem inuexisse; vel vnus, vel ipse quoque Curtius cum cætero populo existimabant scilicet; cum silentio facto templa Deorum immortalium quæ foro imminet, Capitoliumque intuens (vt Liuius i tradit) & manus nunc in cœlum, nunc in patentes terræ hiatus ad manes porrigens, sese deuoueret. Quanquam & ad manes protendens

manus,

manus, ipsorum post Leonem postulari, id est, ciuem fortissimum eò demitti (quod ab haruspibus responsum Procilij verbis Varro a feliciter à clarissimo atque doctissimo Turnebo b emendatus retulit) atque ad eò Diis manibus morte sua litare, sese autem populūque religione exoluere; non obscure significabat, vt arbitror. Ac de Diis quidem Gentilium, hæc ad Vlpianum nostrum habui que dicerem: si non ex tripode *μυστήρια* quapiam; certè ne vulgaria quidem, & in medio posita, velut è triuio. Qua de re Philologis omnibus lubenter omne iudicium permitto.

S V M M A.

Nomocanicus sermo Theologicus & practicus: suis mendorum correctionibus interim exornatus.

*Vis confessionis in iure apud iudices seculi, aut apud Deum ipsū, que vicariis sacerdotibus. Confessi pro iudicatis habiti etiam in criminibus, & puniti olim: hodie pro conuictis tantum; vt damnari oporteat, sed more iudiciorum condemnati mitius puniuntur: prolatis in eam rem veterum testimonijs; Tertulliano interim castigato aliquot locis. In quibusdam priuatis delictis infirmitate poenam crescere. Taciturnitas morborum corporis animæ, nutritæ. Confessione peccata releuari apud Deum De priuata qua auriculari dicitur confessione, præclari veterum doctorum loci notantur ad marginem. Confessos puniri sine damnatione, perperam è Chrysostomi verbis colligi. Apud quem facta confessio legitima censetur. De reorum auditione per iudicum ministros facta Chrysostomi locus. Confessum ita damnandum, si aliqui de delicto cæset; quia nonnulli falsa de se crimina fatentur varijs de causis: vt plerumque voluntaria de se confessio suspecta sit. Exemplis hæc omnia confirmantur ac testimonijs veterum Historicorum, Rhetorum; Iurisperitorum, atque Theologorum; ad præxis criminalis illustrationem pertinentibus.*

C A P V T. V.



rem iudicatam pro veritate, & confessum aris reive alicuius pro iudicato, suæque velut sententia damnato haberi constat. a Hoc autem vtrū omnino ad criminales quoque lites pertineat, & quomodo intelligendum sit, alicubi olim à me tractatum, isti capiti mandare constitui: quod & iuris ciuilibus studiosis, & togatis illis qui aduocationibus cæterisque forensibus negotiis operam suam accommodant; & verò iudicibus qui capitales aliisque criminales quæstiones disceptant, pœnasque pro imperij, vel iurisdictionis maiestate ipsis commissa identidem instigunt; commodaturum esse me, remque pergratam facturum existimo. Ac primū vt à capite rem arcessam; in criminalibus iudicijs, non modò ex confessione sua quis olim damnabatur (vnde Sidonius Apollinaris b ad Polemium; *Noverris volo, inquit, non vt est apud præsullem fori; sic esse apud iudicem mundi: namque vt is qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur, ita nobiscum qui eadem Deo fuerit confessus, absolvitur*) verū etiam ea fuit vis ac potestas confessionis

a Lib. 4. de lingua Latina vbi de Iacu Curtio. b Cap. 23. lib. 20. aduersar.

a I. res iudicata, 207. D. de reg. iur. iuncta I. 1. & toto tit. de confess.

b Epist. 14. lib. 14.

a Cap. 7. lib. 2. Semestr.

b Vide Paul. lib. 5. Sent. tit. ante pen. de redd. caus. appellat. & l. 2. C. quor. appel. non recip. c l non tantum, D. de appel.

d Li. 6. de amor. Clitoph. & Leucippes.

e Apolog. adu. gentes, cap. 23.

f Serm. 50.

g 17. τιμωρι- 785.

h Declama. 314. i Declamat. 41. apud Calpurniu Flaccum.

k Declamat. 43. apud Calpurniu Flaccum.

l Vide Iosue c. 7. vers. 9. & seq. m l. si confessus, de cust. reor. vbi Accurs. & ad l. i. c. t. de iis qui notant. infra iunc. l. 4. in fi. D. ad l. Iul. maiest. vide cap. 1. vbi glo. & c. 2. caput priuatis, c. not. c. multi, 2. q. 1. & 12. de confessis, apud Gregoriu.

quod & attigimus ad l. nemo enim, 57. D. de regul. iuris. n In Apolog. sub inii.

antiquitus, vt grauissime quaedam poenae in confessos dumtaxat, non in conuictos exercerentur; sicuti de culeo quidem, adhibitis Suetonij & Capitolini testimoniis alibi a doceo. Item vt qui sponte non adhibitis tormentis aliquod scelus confessi, atque damnati essent, iis nulla prouocandi facultas competeret, eorum non reciperetur appellatio, tanquam moratoria: b cum tamen alioquin, non tantum ei qui ad supplicium ducitur, verum & eius nomine alij cuilibet, etiam non necessario, sed extraneo humanitatis ratione: etsi ipse acquiescat sententia, imò etsi damnatus perire festinus illi resistat; prouocare permittatur, id quod ab Vlpiano nostro c disertè alibi explicatum est: quemadmodum à Clinia, Clitophonis, vltro eadem quam non admiserat, à se perpetraram, idèò confitentis, quod perire vellet; cum Leucippem in fata concessisse existimaret; apud iudices Ephesi, defensam innocentiam Achilles Staius d prodidit. Ratio dixeritatis clara & perspicua; nimirum veritatis magnam esse vim, quae confessionem à reo sibi aduersam exprimat, intelligimus: Nemo ad suum dedecus mentitur (inquit Tertullianus e) quin potius ad honorem; magis fides prona est aduersus semetipsos (malim de semetipsis) confitentes, quam pro semetipsis negantes. Tum verò confessus, & sua sententia damnatus, vt excusatione caret, ita non est à quo veniam facile impetare possit. Ergo B. Ambrosius agens alicubi f de Iuda: Quem alter iudicat (inquit) potest utcumque esse excusabilis; reus autem sine excusatione est, qui conscientiae suae iudicio condemnatur: quem alter iudicat, à quo indulgentiam postulabit? Et statim: Omnium enim supergreditur sententias, qui à sua conscientia, sua sententia condemnatur. Quod equidem adeò legibus Atheniensium obtinebatur, vt confessum etià non iudicatum, poena crimini praestituta plecti praeciperent: quemadmodum ex eo Demosthenis loco g intelligimus; vbi, ὡς ὁρ τὸ νόμιον (ait) ὁ ἀνδρες Ἀθηναῖοι, ἔπειτα τ' ἄλλα κακῶν τὸς δημολογῆσας ἀνδρῶν κείνων κολάζειν οἱ νόμοι κελεύουσιν, ἕως δὲ νῦν, καὶ τὸς νόμους κακῶν ἄλλων, μὴ δόξας λόγον μὴ εὐελπίσας ἀνδρῶν, κατα-ἰμφοσάθη. Ad illas Atheniensium leges refero, quod apud Quintilianum h ita scriptum est, & apud Calpurnium Flaccum; i Magistratus de confesso sumat supplicium. Durum ministerium & iniucunda vocis huius necessitas. Item, k Infamis frater in sororem virginem occisus est lege indemnatorum. Similiter apud Israëlitas olim confessum Acham comperta re per eius peculatum ablata, imminente Iosua ignibus consumptum legimus. l Hodie autem apud nos, sicut in ciuilibus, ita & in criminalibus causis confessi non pro damnatis, sed pro conuictis dumtaxat habentur, maximè si semel atque iterum: adeò vt ex vetusta etiam iuris prudentia sequi damnationem oporteat. m Tertullianus quidem antiquum iudiciorum publicorum morem notans n circa rei damnationem ex causa capitali; Si de aliquo nocente cognoscitis (inquit) non statim confesso eo nomen (sic lege) homicida, vel sacrilegi, vel incesti, vel publici hostis (vt de nostris elogiis loquar) comenti sitis ad pronuntiandum; nisi & consequentia exigatis, qualita-

tem

tem facti, numerum, locum, modum, tempus, conscios, & socios: & posse, a nisi enim fallor, leges malos erui iubent, non abscondi, confessos damnari praescribunt, non absolui: hoc Senatusconsulta, hoc principum mandata definiunt: hoc imperium, cuius ministri estis. Quin & ipsas Atheniensium leges de confessis plectendis possit non improbabiler aliquis ita esse accipiendas asserere, vt antequam plecterentur poena criminis quamlibet legitima & ordinaria; damnari nihilominus reos confessos à iudicibus oportuerit. Quamobrem Quintilianus in declamat. b Lex quae confessum puniri iubet, sententiam ipsi (de iudice, siue b Declama. 314. magistratu loquitur) reliquit.

Confessis quidem sponte atque ab initio, si alioqui probatio criminis esset obscurior; aliquatenus parcitur in vsu, vt leuius solito supplicium infligatur: c nec sine ratione d quicquid alij sentiant e (vt alibi commodius ostendam) verumque est confessis numen parere, atque ita sanè Myrrha post patrum cum patre Cinyra nefandissimum incestum, tales complexa preces apud Ouidium; f

— O si qua patetis

Numina confessis, merui nec triste recuso  
Supplicium, sed ne violam viuosque superstes,  
Mortuaque extinctos, ambobus pellite regnis  
Muitataeque mihi vitamque, necemque negate.

De qua post idem Poeta subiicit;

Numen confessis aliquo patet, vltima certe  
Vota suos habuere Deos.

Ergo cum olim apud Athenienses truncatorum Hermarum, atque adeò violatae religionis delatus foret, cum Alcibiade aliisque Andocides; huic suadebat amicus Timaeus prudentia & robore animi pollens, vt se ipse paucosque alios deferret: sic enim futurum, vt ex Atheniensium decreto, confessione delicti veniam & impunitatem consequeretur, quemadmodum à Plutarcho g his omnino verbis expressum est, ἕτος (de Timæo agit) ἀναπέθη τὴν ἀνδοκίδην ἑαυτῷ κατ' ἰσορροπία καὶ τινῶν ἄλλων γυνέου μὴ πολλῶν. δημολογῆσαντι γὰρ, ἀδασιν εἶναι κτλ. ἰσορροπία ἔστι μὴ τὸς κείνων ἀπὸ πᾶσι, τοῖς ἢ δυνάτοῖς φοβερῶτατα, &c. Similiter apud Romanos ad Hispalam Feceniam libertinā Consul, de clandestinis coniurationibus inquirens, quae sub Bacchanalium sacrorum praetextu Romae fierent; laudare quod non iniciatam se non inficiaretur, sed & cetera eadem fide expromeret: neganti vltra quicquam scire; non eandem, dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti, veniam aut gratiam fore: eum sibi omnia exposuisse, qui ab illa audisset, vt est apud Liuium. h Denique Tertullus Potamius & Ioannes (hos causa Instantij & Priscilliani haereticos delatorum apud Imperatorem Maximum inuoluerat) tanquam viliores persona; & digni misericordia, quia ante quaestionem se ac socios prodidissent, temporario exilio intra Gallias relegati, aliis vel capite, vel deportatione in S. linam insulam damnatis, quemadmodum Sulpitius Seuerus memorat. i Inficiatione poenae crescere in delictis quibusdam priuatis nemo nescit, vt in lege Aquilia; k cum ipso medacio

a Cap. 2.

c De confessis leuius puniendis vide quae Tiraquellus Parisiensis Senator scripsit in tractatu de poenis, causa 30 nu. 1. & seqq. fol. 383.

d Argumen. l. 1. C. de iis qui se def. Greg. cap. 3. dist. 50. vbi glof.

e Iul. Clar. in pract. crimin. q. 60. num. 34.

f lib. 10. Metamorph. possis & huc referre non incōmodè istud Tibulli ex Elegia 6. lib. 1.

Non ego te lasi, prudens ignosce fatenti, iussit amor, &c. g In Alcibiade, fol. 367. libri à Steph. excusit.

h Lib. 39.

i Ad extremum lib. 2. sacrae hist. k l. proinde alius est, l. inde Neratius, § vlt. D. ad l. Aq. iuncta l. 7. si quid ex famosa, in fin. D. de soluti.

a Ex li. 2. Rhet. sub init.  
 b Epist. 14. lib. 2. Epistol.  
 c Virgil. lib. 3. Georgic. cui congruit quod Tertullianus in de pœnit. 7. dicit. *si qui in partibus verecundioribus corporis contrita vixione, conscientiam mendisum vitiant & ita cum erubescunt sua percunt.* Et D. Ephrem in ser. quo seipsum reprehendit, & peccata sua confitetur. fol. 65. vol. 2. Multi pro pudor! faceret, motum in animabim efficiunt, quem postea pœnitent medico non ostendisse.  
 d Sub init. lib. 4. Aethiop histor. e Proverb. c. 28. vide & Job. c. 31. f Nouella Iust. Cōst. seu editio 141. §. 1. Quia habeat facultatem dandi reconciliationem iis qui pœnitentiam agunt, & quod licet sacerdoti augere pœnas & minuer; videto ex vetustis canonibus tā Apostolorum quam aliorum patrum Photii Nomocanone tit. 9. de peccat. & iudic. Episc. ca. 39. fol. 65. Latina versionis ab Herno facta. Chrysostomus ne hoc quidem videtur exigere, qui homil. 21. ad pop. Antioch. col. 16. & 162. *Nec hoc tantum est admirabile quod vobis peccata dimittit, v. r. v. m. & quod ipsa non reuelat, nec manifestat, nec accessus cogit in medio patrata edice. et sed sibi rationem reddere iubet & sibi confiteri, &c.* Hic vero non hoc est, verum & peccata dimittit, nec cogit presentibus quibusdam ipsa numerari, sed vnum seium exigit, ut ipse remissione spem dōs magnitudinem discat. Quomodo igitur non ab urdum ut in quibus nos ipse beneficio afficit, solo testamento nostris contentus sit? nos autem, &c. Quæ verba velim ab iis expendi vt oportet, qui auricularē confessionem respuunt, solum admittunt publicam, quæ & *ὁμολογησιος* nomine antiquitus designata. Ceterum iis verbis nō auricularē excludit Chrysostomus, si rectè intelligatur, qui auditorem secretū confessionis non pro teste, sed pro iudice, Deique summi topotereta seu vicario & legato habet, iuxta ea quæ traduntur Proverb. cap. 12. Leuit. cap. 5. & Euang. secund. Ioan. cap. 20. & D. Hierony. super 16. cap. Matth. quos secos, tum ab aliis, tum à Viginario collectos nuper in hanc rem video in tractat. de pœnit. fol. 85. & 86. Nec aliter intelligendum (vt opinor) centuillet quod ipse dixit initio 2. sermon. de pœnitent. & confessio. epist. 794. *Sicut in Deum confessionem videat.* & in hū. col. 797. *Cogitatio qua continua in se omnia versat peccati quo d' pœnitentia sit ut in que ad iudicium ea exuit.* Nam in ipso initio eius sermonis dixerat, *sed confundens & turbescit peccata sua essent.* Atqui oportet maxime apud homines ea dicere & inuulgare: confessio enim est peccati, non est carnis, si non peccata. Nunc autem neque necessarium praesentibus testibus confiteri cogitatione sua delictum ex quo sit habet, nisi sit hoc iudicium, & ad finem sermonis: *Non sufficit dicere, peccator sum, sed opere pretium est & ipse etiam pœnitentiam & delictorum remissiones.* Adde h. Tertullianum quoque in de pœnitentia,

tanquam altero delicto prius non curetur, sed cumuletur potius: praesertim vbi de priore delicto constat, quando non possit mendacium huiusmodi vacare impudentia; quæ ad alienum, eorum scilicet, qui iudicio praesunt, contemptum pertinet. Et contratio autem in eos qui delictum confitendo agnoscunt suum, pœnasque sibi iure legitimo infligendum iri non abnuunt; leniores quodammodo effimur, & (vt ait Aristoteles) irasci desinimus: cuius praesertantissimi Philosophi hæc omnino sunt quæ dixi Græcis olim verbis prodita: τὸς ἄνθρωπος ἢ ἀντιλήγοις μάλλον κολάζουμι. πρὸς τὸς ἢ ὁμολογῶντας, ἀντίως κολάζουμι πρὸς τὸς δὲ ἀπιστομένους. ἄλλοι δ' ὅτι ἀπιστομενία, διλογία, ἢ κατὰ τὸν νόμον. Atque hæc quidem in memoria Isidorum Pelusiotam habuisse arbitror, cum de proprii erroris agnitione Palladium Diaconum his verbis admonuit: *μὴ τῇ ἀπίστῃ τοῦ μὴ ἐσφάθαι. διὰ τὸ δῆλον εἶναι, εἰς ἄλλο ἐπιπέσει πηλημίλημα. ἵδ' εἰς τὸ κενὸν τὸ κενὸν ἱστῶσι. Ἐπὶ βολῆ ἢ ἀπιστίας τὸ τοῦ θεοῦ, καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν εἶναι κενὸν.* Quid igitur offert remedij peccatori sanctus ille? confessionem ac pœnitentiam scilicet: *ἢ ἄλλ' τῇ μετανοῖᾳ τὸ πᾶσιμα* (inquit) *ἰασάμεθα εἰς τὸ μινετι εἰμαρτόνων κατὰ τὴν σπουδὴν.* Quamobrem quod in morbis & affectionibus corporis dici solet, eorum esse nutricem taciturnitatem, tantòque illis facilius subueniri, quantò celerius eorum cognitionem ægrotus reuelante adeptus medicus fuerit: sicuti tum Poeta cecinit *alitur vitium vitium que tegendo*: tum verò Calasirum Chariclaram agræ apud Heliodorum admonuisse fertur: *λέγε παρρησιασάμενος ἠδὲ χρησίμη* (ὡς λ. πῶν ἢ μέγῃ & σιωπῶσα. πᾶσι & ἂν τὸ μὴ ἔξῃς γινώσκόμενος ἐν βόλῃ τῶν ἑαυτῶν παραπέμπόμενος, ἐπὶ τὸς ἀνατολῶν. Τροπὴ ἢ νόσος ἢ σιωπῶν τὸ ἢ ἔγκλημα δὲ παραμυθῶν: hoc multò magis in animi vitii, & criminibus quoque ipsis existimandum est; vt obductu, silentio atque taciturnitate peccatoris conscientiam pudoris magis memorem (sicuti Tertullianus hac de re agens in libro de pœnitentia loquitur) quàm salutis, dum confessionis opus ille vt publicationem sui aut suffugere aut de die in diem differre praesumit, miserè opprimant, iuxta Salomonis illud: *Qui abscondit scelera sua, non dirigitur.* Eadē Christo eiusque vicario Episcopo curioni, clauiumque potestatem habenti presbytero suppliciter, & cum imploratione veniæ iuxta Ecclesiam

clesia Catholica præceptum exposita (nisi quæ isti fortè retinuerint) prorsus aboleantur; pristinaque contrita animæ restituatur integritas: secundum istud alterum Salomonis verbum superiori adiunctū: *Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Atque hoc quidem non sine alicuius pœnitentia, siue satisfactionis iuditione, de qua præter Gratianum nostrum, a Græcis etiam nomocanonistis Balsamo apud Basilium aliquot locis. Hoc nimirum illud est, quod confessione apud Deum quidem releuari delicta ipse Tertullianus aperte significat; quo loco, istud Dei verbum explicans: *Adam ubi es? Interrogat Deus quasi incertus, vt & hinc liberi arbitrij probans hominem in causa aut negationis, aut confessionis; vt daret ei locum sponte confitendi delictum, & hoc nominè releuandi; sicut de Cain sciscitatur ubi nam frater eius: quasi non iam vociferatum à terra sanguinem Abelis audisset, sed vt ille haberet potestatem, ex eadem arbitrij potestate (vbi libertate malim scriptum: & ita fuisse olim sentio, ac istud potestate perperam ex superioribus repetitum; cuiusmodi errorum exempla superioris libri capite vltimo protuli) sponte negandi delicti: & hoc nomine grauari, vt que ita nobis conderentur exempla confitentorum potius delictorum, quam negandorum, vt iam tunc initiaretur Evangelica doctrina, Ex ore tuo iustificaberis, &c.* Et statim: *Ideoque nec maledixit ipsum Adā, nec Euam, vt restitutionis candidatos, vt confessione releuatos.* Cain verò & maledixit & cupidum morte luere delictum, mori interim vetuit, vt præter admissum etiam negationis eius oneratum. Quo exemplo diuini cùm & canonibus Ecclesiasticis lenius multò puniantur leuiore indicta satisfactione, qui sponte sese detulerunt, ac delictum confessi sunt; quàm qui vt à iudicibus conuicti damnarentur, expectantur, sicuti Balsamon apud Basilium admonet eruditissimè: ante quem Garidas ad Imperat. Dn. Constantinum Ducam de distinctione homicidarum & de confugientibus ad magnam Dei Ecclesiam in glossis Basilicam hoc ipsum tradiderat lib. 60. tit. 39. multò magis homines iudices, non conuicti, sed sponte confessi rei rationem habere debent; in remissione ac leuiore pœna, hoc certè nomine infligenda: quod alioquin de crimine admissio certi & explorati nihil habuerint. Ceterum haud dubiè in mundanis & forensibus iudiciis (vt D. Ioan. Chrysostomus auctor est) post accusationem, & criminum

& Cyprianum de lapsis, ipsamque ad eum doctissimi Bamelij annotatione nu. 98. De confessionis vtriusque utilitate tā eius quæ fit sacerdotibus; vide (si vacat) in addit. 3. ad capitularia Caroli magni c. 31. fol. 375. De vtriusque confessionis denique ac satisfactionis Cyprilianum Hærosoly. catēchesi 2. fol. 12. 13. 14. Latine versionis. a De pœnit. distinct. 1. §. his auctoritatibus, & c. quem pœnit. b Can. 61. epist. Basil. ad Amphili. c Lib. 1. aduers. Marcion. sic & D. Ioan. Chryso. homi 40. in c. 43. Genes. Confessio enim peccatorum, abolitio eorum est delictorum. Vide. to ibidem cetera, quæ ad veram & vitalem confessionem pertinent. Itemque homil. 44. in c. 19. Et necessariam in occultis quoque tentationibus confessionem, probat Ioan. Cassianus ipse discipulus cap. 17. collat. 2. fol. 200. post D. Ephrem diaconum Ediffenum li. 1. admonitionum, cap. 8. & Cyprianum mar-

I 3

tyrem in serm. de lapsis pag. 244. col. 2. ibi, quoniam tamen de hoc vel cogitantur hoc ipsum apud sacerdotes Dei dicitur & simpliciter consentientes exomologestis consentientie faciunt, &c. Confessionem esse quandam vulnèrum ruptionem tradit Gregor. Papa homi. 40 in Euang. Et confitendo peccata (inquit) quid aliud agimus, nisi malum quod in nobis latebat aperimus? &c. Et Doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt, quasi vulnus mentis per linguam tangunt: sicuti canum lingua vulnus dum lingit curat. d Epist. Basilij ad Amphilochem can. 61. 70 vbi hæc addit in extremo; Nota autem quod ubique confessio leuat pœnam, probatio autem eam auget. De confessione publica sublata, vide Sozomenum Histor. tripart. cap. 35 lib. 9. apud Epiphanium & ipsum Iustinianum nostrum edito ad ἐξελγασθῆναι, constit. 41. §. vlti. e In gloss. ad illa verba ex cap. 3. hominis necandi causa, vbi ex interpretatione Cuiacij. *Qui igitur ob criminem homicidij (ait) ad magnam Dei Ecclesiam configit, siquidem quasi agnito peccato suo veniam petens hoc faciat; venia dignus tam sacræ canonibus quam diuinis legibus censetur; quòd si non sua sponte admissio homicidio vltro professus sit, crimen maiori misericordia dignus est.* f Homil. 3. in cap. 26 lib. 2. Paralip. ad illud: *Elatum est cor Ozæ,* col. 1387. videto & homil. 20. in cap. 4. Genes. In humana quidem iudicij (inquit) si quis hoc faceret, & ante accusationem facinorosa censeretur, quamuis apud humanum iudicem sententiam capitale omnino in suum caput accesseret, at omnipotentis Dei & animarum nostrarum medici, tanta est, & tam ineffabilis bonitas & clementia, vt omnem etiam respiciat;

transcedat. & homil. 3. ad popul. Antioch. col. 34. de Deo. Et hic cign sit tam elemens & mittit, illi insuper peccatum dicere sufficit, & crimen soluitur, in hominibus vero cōtrarium penitus, cum peccatores cōfessi fuerint, tunc magis puniuntur, quod quidem & nunc factum est. & in 2. sermone de penitent. & confess. col. 795. Nam in exteris iudiciis post confessionem pœna. Idcirco & Psaltes istuc ipsium suspicās ne quis veritus pœnam post cōfessionē neget peccata, dicit: *Confitemini Domino quoniam bonus, &c. quem Psaltes locum explicans idem Chrysostrum in sermone de confessione peccati col. 798. tomo 5. Bonum Dominum hoc loco dicit non iustum; quia qui bonū offendit, confiteri persuadet. Peccatorem enim bonus absolvit, iustus condemnat: bonus indulgentiā tribuit, iustus merita peccatorū expungit. Apud iudicem bonum confessio mater est indulgentiæ, apud iustum, pœna debitum. Bonus confitenti tribuit veniam, iustus competentem infert pœnam.*

a Collat. 20. c. 8. b Hoc est de Dauidico Psal. 31. Beati quorum. vers. 7. c Homilia 5. ad monac. fol. 307. apud Eusebium Emislen. d Homilia ad monach. 10 fol. 315. e In epistola quæ operibus Theodoretis subiicitur. f Francis. i. ordinar. anni 1539. g I. diuus Adrianus, 6. §. igitur qui cum elogio, D. de custodia reorum.

confessionem restat mors: apud diuinum autem tribunal, post accusationem, & confessionem criminum datur corona, vnde & Salomon dicit; *Ne iustificaueris te ipsum in conspectu Domini.* Ecclesiast. 17. & apud Esaiam cap. 47. *Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris,* &c. Hactenus ille: qui quod ait in diuino tribunali post confessionem coronam dari; hoc eius discipulus Casianus a sub Pinusij persona, per criminum confessionem, eorum abolitionem concedi scribit: *Dixi enim, pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* b Et iterum, *Narra tu iniquitates tuas prius, vt iustificeris.* Quæ sic tamen accipienda sunt haud dubiè, iuxta Eusebij Emisleni (siue is Faustus Rhegiensis est, vt plurimis placet) sententiam: *Ne tamen putemus (quod ipse ait c) tam faciliè remitti posse iniusta semel crimina, & profundo vulnere in animâ ipsius impressa visceribus. Multo opus est fletu, multo gemitu, multo dolore cordis ad sanandos ipsius cordis dolores. Tota incumbendum est spiritus contritione, vt vetusta mala tanquam sagittæ quadam de conscientia debellantur. Non sufficit summis labijs dicere, Peccavi, parce, remitte: & reliqua in eam sententiam non pauca. Item alio loco, d Homo enim ipse se decipit, si cum in medullis feruere sibi sentiat morbum, per superficiem corporis molle deducat unguentum.* Hæc itaque principalia mala ingenti rugitu, gemitu, & fonte indigent lacrymarum, eique post lacrymandum est cum Propheta: *Rugiebam à gemitu cordis mei,* &c. Oportet itaque sicut supra mortuum conclamatum, ita magnos supra extinctam animam dare planctus: & quomodo solet mater orba super amissione vnici sui fracto pectore lamentari: ita conuenit super vnicam suam, sed cum spe reparationis, affligi, de qua vnica sermo Propheticus dicit: *Eripe à fratre animam meam,* &c. reliqua, quæ nisi nollem esse longior hinc lubenter adscriberem: aded piis vilitati & consolationi (vt arbitror) forent. Quod verò ait idem Chrysostrum restare mortem post criminum confessionem in forensibus iudiciis, ita debet accipi, dum tamen confessionem damnatio sequuta sit. Theodoretus igitur e ad Leonem Romæ Episcopum scribens: *Atque homicidas quidem (ait) & sepulchrorum effusores, & eos qui aliena cubilia violauerint, non prius condemnant iudices, quam ipsi accusationem confessione sua confirmauerint, vel ab alijs apertè conuicti fuerint. Nos autem is qui in diuinis legibus est eductus triginta quinque dierum spatio remotos condemnauit, vt voluit, &c.* Confessionem & conuictionem, quæ fit coniecturis, aut testibus, aliisque legitimis probationibus expectat pœna, sed post condemnationem, quæ legitimo iure facta sit. Verum confessionem accipe, quæ coram iudice ipso, non coram ipsius scriba (quem graphiarium Galli Græcanico vocabulo vocitamus) alioue iudicis ministro facta sit: cui etiam inquisitionum de crimine præsertim capitali factio, interrogatio quidem rei constitutionibus Regiis f iuri ciuili Romanorum consentaneis, § interdita est:

est: quanquam vt hodie contrarium vsurpari videmus (tamen si nullo iure) vt ipsa quoque auditiones ab graphariis, vel eorum substitutis fiant; deinde à iudicibus subfignentur: ita olim obtinuisse Chrysostrum quidem temporibus ipse Homil. 7. ad populum Antiochenum disertè tradit. a *Damnari quidem illa corporali pœna, nisi prius auditum ex vinculis ab eo qui damnaturus est iudice, ipsis regeis constitutionibus prohibitum. Quin & hodie ex iure nouo Iustitiani b corruptori iudicis est medicina confessio: nam qui faterur, cum litigaret se dedisse, aut promississe alicui, & personam declarauerit, atque hoc probauerit; ipsum in euentu litis veniam mereri declarauit. Quod autè apud Iulium Firmicum c legitur, pœnam confessum reum consequi; sic accipe, post latam sententiam. Vnde statim: *Bene Draconis (inquit ille) lata sententia est.**

In ferenda porrò capitali potissimum aduersus criminis confessum, sententia, id maximè considerandum est; vtrum de perpetrato scelere cōstet; velut in cæde, de corpore mortuo: atque hoc vt iuris esse, possumus dicere; non Romani solum, argumento eius quod traditur à Paulo in l. 4. de confess. sed etiam Græci: quando apud Ephesios Clitophontem falso de se confessum cædis perpetrata reū, Clinias apud Achillem Statium d ista tutatur potissima ratione: quod Leucippes occisæ corpus aut cadauer non appareret. Ita & in vsu, non aduersus confessos e tantum, sed in conuictos obseruari scimus: iuxta istud B. Ioan. Chrysostr. f præceptum his ferè verbis comprehensum: *Postea docens omne hominum genus (de Deo loquitur) quod licet magna valde & confessæ sint peccata, non antea tamen pronuncian- dam sententiam, quam manifesta demonstrationes fiant, (inquit:) Cum descenderim autem, videbo vtrum iuxta clamorem ipsorum, qui ad me venit perficiant vel non, vt sciam. Quid sibi vult, quod sermonem suū ita attemperat? cum descenderim (inquit) videbo. Nunquid de loco in locum transit vniuersorum dominus? Absit, non hoc dicit: Sed, vt dixi, per verbum crassius docere nos vult, quod opus sit magna diligentia; & non auditu solo peccatores condemnandi sint, neque sententiæ ferendæ, nisi cōprobatio præcedat. Deinde subiicit Theologus optimus, & in iudiciis olim versatus, vt sentio: *Audiamus hæc omnes, non enim solum ij qui pro tribunali sedent obseruare hanc legem debent, sed & nullus vnquam ob nudam accusationem proximum condemnet. Hactenus ille, qui quod de accusatione postremo loco dixit, de confessione itidem ipsius rei antea dixerat rectissimè: nam quo iure, ac more non tantum eius mandato aut nomine, qui ad supplicium ducitur, sed et si ipse acquiescat sententiæ, nolitque appellationem admitti, perire festinans; quemlibet tamen, licet alioquin nihil eius in- rersit, prouocantem humanitatis ratione audiendum, ac supplicium differendum ab Vlpiano traditum § initio sermonis huius diximus: eodem iure, morèque, atque aded ratione, si quis vltro de maleficio fateatur; non semper ei fidem habendam esse, idem Iurisconsultus alio loco definiuit: h nonnunquam enim aut metu, aut qua alia de causa in se confitetur. Et extat epistola (inquit ille) *Diuorum fratrum***

a Col. 65. ibi, Et iudices qui se conseruos suos, & eiusdem seum naturæ participes per se ipsos examinari nō sustinent, sed ministrorum quempiam sibi medium proponen-tes, interrogaciones illum suas ad reum faciunt perferre, & per ipsum quacun- que velint dicunt, & audiunt, dum eos examinant.

b Nouel. 124. vt litigantes, §. si quis autem, & auth. nouo iure, C. de pœna iud. qui male iudic.

c De error. profan. relig. c. 27.

d Lib. 7. de amoribus Clitophō. & Leucipp. vide & lib. 8. vbi Diana sacerdos apud Ephesios iudices Thersandrum calumniæ Clitophonti impatæ arguit.

e Vide Guid. Pappam q. 339. Iul. Clar. in pract. crimi. q. 55. num. 10. & 11. vbi distinctionem adhibendam putat circa crimina.

f Homil. 42. in Genes. cap. 18.

g Non tantum, D. de appel.

h I. r. §. si quis vltro, D. de questio.

ad

a Declamat. 314.

ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum qui in se fuerit confessus, cuius post damnationem de innocentia constitisset. Huc pertinet nimirum, quod a Quintiliano a alicubi traditur, sic ferè: Atenim confessio habenda non est, nisi qua a sano proficiscitur. Et statim: Ea natura est omnis confessionis, ut possit videri demens, qui de se confiteatur, furore impulsus est, alius ebrietate, alius errore, alius dolore, quidam quaestione: nemo contra se dicit, nisi aliquo cogente. Clinias quidem ille, quem antè dixi, suam pro Clitophonte orationem ad Ephesios iudices, ab hac sententia finiit; b qua pradicaret, æquum non esse, ut stulto atque amenti ei quem debilitasset dolor, cui mœstitia iudiciū animi abtulisset, fides, vitæ adimendæ gratia, vllatenus haberetur.

b Vide apud Achil. Stat. in suprâ d. lib. 7.

c Declamat. 41.

Denique suspectam esse confessionem voluntariâ dicebat olim Calpurnius Flaccus in declamationibus, c sic ferè; Confessio voluntaria suspecta est. Confessionem sceleris appellas vocem doloris? misericordie vestra maximum munus est, seruare nolentem, &c. Hoc est, quod vulgò dici solet: Perire volentem non audiri. Perire vult, quæ vltro se defert, aut cum nullis vrgeatur probationibus confitens crimen; cuius ex aliqua tenui suspitione insinulatus fuerit. Non pauca veteris memoriæ proferri exempla queant, ex quibus appareat quemadmodum iactatione, d, vt aliquot Philosophi, aut quemadmodum de Romanis militibus Cannensî pugna superatis ab Annibale apud Agellium; e apud Cornelium Tacitum f de Agripina, de Domitio Malsiliensi apud Plinium g narratur; tadio vitæ dolorisve alicuius, aut valetudinis aduerfæ impatientia, contemptu denique vitæ (quem Thracibus Barbaris inesse, ex quadam naturalis sapientia disciplina Solinus tradit h) non minùs quàm sceleris alicuius conscientia, occupato fati die; mortem sibi cõsciuerint autõxerint; qua de re cum apud Iurisconsultos nostros agitur aliquot locis; i tum apud Pausaniam, vbi de Timantheo Athleta differit; k apud Cornelium Tacitum, l vbi de Ammiano Rebio ex primoribus peritia legum & pecuniæ magnitudine: apud Plinium itidem secundum, m vbi de Sifio Italico; qui insanabilis clauis tadio ad mortem irremocabili constantia decurreret. Tantam quippe doloris, cruciatus, ac ægritudinis esse vim obseruatum à veteribus meminî; vt complures de potestate mentis exire coegerit, sicuti Cleomenem pugilem, ðs κατανοσθεὶς ἔπο τῶν ἑλλαδικῶν ἀδικα ἐργαζῆ καὶ ἀφρημῶν τῆν νίκην ἐφρωρ ἐγένετο ἔπο τῆς λύπης (id quod Pausanias refert n) aliis insanabiles morbos intulerit; plerique aut laqueo, aut misso per venas sanguine, aut si quo alio genere fatum approperauerint: οὐκ ἄντην γὰρ φασι καὶ μάταιν γίνεσθαι πολλοῖς (ait post Menandrum Plutarchus ad Apollonium o) καὶ νοσῆμαία ἐν ἰασιμα ἀντὸς ἀνθρώποι διὰ λύπην τινετ.

d vide quæ scripti lib. 1. Semest. cap. 10. e Cap. 18. lib. 7. noct. Atti. f Lib. 5. Annal. g Lib. 7. natur. histor. cap. 53. h Polyhist. c. 5. i l. si quis filio. s. eius qui deportatur, D. de iniust. rup. test. l. vlti. D. de bonis eorum qui sibi mortē consciu. k Li. 2. Eliacōn. l Lib. 13. Annal. m Ad Caminiū, lib. 3. epist.

n Eliacōn 2.

o In consolat. ad Apollon. statim in ipso ferè initio, quod ex Menandro cuius verbum extat de sumptum Canter. notat cap. 16. lib. 1. Var.

Hæc igitur cum ita sint; quid mirum si presentis equulei aliorumve tormentorum metu, aut cum alioqui tadium vitæ, quem cepisset is qui iam de se statuerat; capitale crimen falsò & calumniòse illatum sibi, ad vitandum tamen autõxerit scelus, vltro ipse confiteri, quo promptius & aliena manu pereat, malit? Sic venenum sibi à Cybele paratum Chariclæa, illi se parasse ac miscuisse (cum Theageni suo, quem

quem extinctum credebatur, superesse nollet) confessa est apud Arfacem; eiusque iussu in carcerem compacta, & à Memphiticis iudicibus post alteram confessionem igni tradita. τῆς ἡ πωθαρομῆνης (ait Heliodorus a de Arface) ἐ τὸ φάρμακον ἀντὴ σκιδάσει. καὶ ἐ μὲ βέλοιο λέγει τ' ἀληθες, κολασθῆναι ἢ βασάνους ἀπαλῆσως, κενὸν ἢ ἡ χαρῆλεια τοῖς ὀρεῖσι θέσσαι, &c. χαίρῃσα ἐ θεογένους ἐν ἔτι ὄντῃ τὸν τῆν τῆν, καὶ κερδῆσθαι τὸ θραγῆς τ' πρῶξῃσως. ὁ καθ' ἑαυτὸν ἐγγνώξ ποιῆν, ἐτέρων τῆτο δρασάτωρ. Atque hoc veneficij crimen falsò impactum Chariclæa, ancillula deinde quæpiam ipsius innocentis casum miserata, in se deriuauit: vltro fassa calicem Cybeles nutu iussuque ipsi à se, insciente Chariclæa, porrectum esse. αὐτῆ ἡ δλωνῆναι (ait Heliodorus) διωμολόγη τῆ κὲλῆν τὸ φάρμακον, ἐλφῆναι τε παρ' αὐτῆς ὀκένους, ἐφ' ὃ δλωνῆ τῆ χαρῆλεια, νοσῆσως θραλλῆξαι τὰς κὲλῆσας ἢ τῆ πρῆσβυτιδὶ πρῆσσενηξῆν, ἢ ὃ ἢ τὸ φάρμακον. Ita Clitophon Ephesi apud iudices cædis in Leucippem admiffa accusatus, & crimen falsò confessus damnationem capitalem pertulit; quemadmodum Achilles Staius alicubi b narrat: quamuis postea in asylum Dianæ confugiens debita se pœnæ exemerit, innocentia sua defensa per Cliniam. Ex quibus perspicuum fati cuique est, nō temerè fidem vltro nœ de crimine capitali confessioni cuiuslibet adhiberi: ad inferendam vtique sanguinis, vltimique supplicij pœnam, oportere. Igitur etsi reus ipsa confessione criminis teneri videatur: at tamē, vbi de ipsius damnatione disceptatur, atque ad rem ventum est: si testium depositione non fuerit expressim ac disertè comprehensum, aliquem ex vulnere: putā, vel veneni propinatione decessisse, cadauerque conspectum esse inanime, probationibus legitimis non apparuerit: meritò in isto supremo criminalium iudiciorum tribunali (cui aliquot iam annos præsumus) esse obseruatū scimus, vt nisi aduersus famofos forsitan latrones, c ad interlocutoriam potiùs inquisitionis plenioris, vel quaestionis extraordinariæ sententiā, per quam fides veritati astruatur: aut, si quando scilicet præter confessionem indicij aliquot siue suspicionibus reus vrgebitur; banni, vel Triremium, siue operis publici, quàm ad vitæ ademptionis, vltimique supplicij pœnam procedi oporteat.

a Sub finem s. lib. Æthiop.

b Li. 7. de amoribus Clitophō. & Leucip. folio 118. & 119. versionis Gallicæ & 126 ad finem libri, cuius exemplar Græcum vltimū aspicere nondum mihi quidem contigit.

c Vide Guido. Pap. q. 339. & ibi Ranch.

S V M M A.

Nomicus hic totus.

In quo illustrantur exemplis è iure prolatis dua regula: Vna, Quod pendet, &c. ex l. is damnatum, 169. §. 1. Altera, Plerumque fit, &c. ex l. 205. D. de diuersis reg. iur. Ad illam agitur de donatione coniugi aut filiosam, facta. De donatione causa mortis. De successione in tutela, de que postliminio. Explicata l. tutor si petitus, 16. D. de tuto. & curat. da. De statuliberi vel per fideicommissum manu missi quaestione in adultorio vel cade domini, alijsq; publicis iudicijs. Ad l. statuliberi à ceteris 29. in princip. D. de statuliber. De seruo sub conditione legato: explicato §. penult. l. si fideicommissum, 16. D. qui & à quibus. Quod in suspensio est interdum ab ipso initio actum inuilem reddere, vt ex post factò confirmari non queat; vt circa solutionem: expofitis duobus Africani & Pauli responsis. Interdum etsi pro infecto & nullo sit ab initio positò tamen vt retrorahatur conualefcere: sicut in acquirenda stipulatione serui,

in quo vnus vsumfructum habeat, alter proprietatem. Item conditionali stipulationi fideiussore sub alia conditione adhibito. Item in legato rei subalternatione debita restatori. Item re dotali extero legata, pro qua maritus alteram uxori reliquerit, cui cum liceat alterutrum eligere, pendet interea prius legatum; & alijs casibus non paucis. Explicata l. videamus. D. de libera. legat. Ad n. regulam de conditionis incerto in familia eriscunda iudicio. Heredem legati sub conditione relicti esse interea dominum. Vtrum interim aut quatenus possit religiosum locum facere, rem in funus consumere, vsumfructum in ipsa constituere, vel patrisam, & alijs casibus acquisitionibus acquirere. Accursij opinione aduersus Placentinum circa legalis vsumfructus extinctionem stabilita. Potius in rem interdum esse ius proprietarij, quam fructuarij, exposita l. interest, 6. C. de vsumfruct.

## CAPVT VI.



**A**D eius regulæ iuris interpretationem, quæ dictat (auctore Paulo, in secundo ad Plautium) id quod pendet non esse pro eo quasi sit, <sup>a</sup> exempla complura me variis ex partibus iuris ciuilibus, olim afferre meminimus; cum omnes à Triboniano digestas in vnum titulum, qui Pádectarum domini Iustiniani postremus est, atque adeò vtilissimus (nisi fallor) maximeq; iustitiæ Symmictis necessarius, perpetuis illustrarem commentariis: quos multis partibus auctiores, & castigatiores iterum publicari ante quinquennium, <sup>b</sup> & quod excurrit, iussimus. Cæterum quod in alijs nonnullis (quæ pauca sunt tamen) id & circa istam regulam nobis accidit, vt non pauca, quæ ad rem maximè proprièque pertinere ipsa regulæ inscriptio euincit, coniuncta cum iuris ratione scilicet, rerumque tractandarum serie, humanitùs ommitterentur. Verùm opere in longo fas est obrepere somnum, quod Poëta cecinit: denique inter omnes conuenit (vel ipso Seneca <sup>c</sup> teste) nullam rem bene exerceri posse ab homine occupato; quando districtus animus nihil altius recipit, sed omnia velut inculcata respuit. Nam vt me (si quem alium) domesticis negotiis minimè implicatum fatear; quorum onere, radioque à lectissima, & suæ virtutem prosapia spirante charissima mihi coniuge Carola Riua, prorsus aut maxima ex parte leuari soleo: adeò quidem vt qui cum ea per hos septem & viginti annos, <sup>d</sup> immò dies coniunctissimè sine mendacio (sicut ille apud Iuriconsultum <sup>e</sup> ait) ac sine vlla verborum commutatione vixi; liberiori aliquantò librorum istorum aliorumque confectio plus quiddam otij, hac certè ratione, ab ea conciliatum habuerim: qui me tamen ac meas res norunt, honorati etiam atque populares plerique; nò ignorant, palatinis me siue forensibus officijs curisque non parum molestis iam inde ab anno salutis reparatæ C I O I O L X X I V (quo primum in hunc <sup>f</sup> *επεμβρα* Thololanæ supremæ curiæ ordinem cooptatus fui) meliorem diei partem esse occupatum: vt de inualitudine nihil excusam interim, quæ facit me, quàm vellem sapiùs (quando ita superis visum) malè vt habitem; non tamen vt adhuc à libris mihi propterea discedendum existimarim. Omitto excusationes istas, & accedo

<sup>a</sup> Lis damnum, 169. § quod pendet, D. de diuer. reg. iur. antiq.

<sup>b</sup> Anno 1585. exaudit Lutetiæ Duuallius.

<sup>c</sup> In de breuitate vitæ, cap. 6.

<sup>d</sup> Circa annum 1587. hæc mandabam literis.  
<sup>e</sup> l. Titia, D. de aur. & arg. leg.

accedo ad rem ipsam. Illi regulæ igitur affingi species ex ea donatione potest, quæ inter coniuges aut à parente in eos quos in potestate habet liberos collata sit, siue simpliciter siue mortis causâ: <sup>a</sup> quod ipsam de donatione inter coniuges etiam leuiter, attingi tamen in commentario; vt dicerem, si feruus à marito donatus priusquam vir decederet stipulatus fuerit, in pendenti esse (quod ait Iabolenus <sup>b</sup>) causam obligationis, donec vir aut moriatur, aut suspitione mortis propter quam donauit liberetur: adde, aut alioquin serui donatio reuocetur. Nempe, non est pro eo quasi sit serui donati stipulatio; cuiusque ex ea quæ pendet obligationis emolumentum nondum plene, ita vt ab vxore abscedere non possit, ipsi quaesitum est: propterea quod, cum vbi causa principalis non consistit, ea quæ sequuntur plerunque locum habere non queant, ex altera iuris regula; <sup>c</sup> ipsam serui qui stipulatus est, donationem idè in pendenti esse dicimus, quoniam & donataria præmorta perimi, & verò ea etiamnum viua nihilominus à donatore potest reuocari. Quamobrem per placet, quod Labeoni etiam placuisse Iulianus apud Vlpianum refert, <sup>d</sup> in specie huiusmodi: *Si quis cum æger esset centum aureos vxoris suæ consobrino spondisset, volens scilicet eam pecuniam ad mulierem peruenire; deinde conualuerit, & conueniatur (actione scilicet ex stipulatu à consobrino) exceptione doli mali eum vti posse; qui vxori donaturus (quod nisi causa mortis non potuerat) & ipsius consobrino sponderat, & æger, atque adeò hac existimatione vt moriturum se putaret: quod ad donationem inter virum & vxorem, & alios quoscumque causa mortis vtiliter celebrandam sufficere, Neratius tradit. <sup>e</sup> Præterea cum vbi quis mortis causa donat, ipse ex prænitentia conditionem vel vtilem actionem habeat; & mortis causa donatio, etiam dum pendet (vt Iulianus loquitur <sup>f</sup>) an conualescere possit donator, quin reuocetur nihil impedit, si ita donari videatur: ex eo satis intelligimus, verum esse quod hac regula Paulus noster ad Plautium (ad quem de mortis causa donationibus & capionibus, nò pauca scripserat, vt ex aliquot eius Pandectarum tituli capitibus & eam inscriptionem habentibus, apparet) ita definit; *quod pendeat non esse pro eo quasi sit.* Cui Vlpian. <sup>h</sup> hanc veluti regulam explicans non videri perfectam donationem mortis causa factam pronunciat, antequam mors (donatoris scilicet) inferatur. Nullum huic regulæ aptius (opinionem quidem meam) exemplum afferre potuimus: præsertim adiuuante inscriptionum ratione; quum in explicandis regularum istis veluti centonibus haud parui semper esse duximus momenti; & sanè re ipsa deprehendimus. Verum tamen imprudentes omittebamus, quod ad superiora confirmanda, & vim effectumque huius nostræ regulæ ostendendum imprimis facit; ab ipso autem eius auctore ad Plautium itidem tractatur: *si is cui mortis causa seruus donatus est, eum manusmisit, teneri conditione in pretium serui;* hac ratione addita, quæ ostendit pependisse donationem causa mortis, nec fuisse adhuc perfectam; atque adeò proinde quasi mera & pura non ob causam esset, haberi non potuisse: *quoniam scit (inquit) id posse sibi condici, si conualuerit donator.**

<sup>a</sup> l. à marito, l. donationes quas parentes, C. de donat. inter virum & vxorem. <sup>b</sup> l. si seruus, 12. D. de donation. inter virum & vxorem.

<sup>c</sup> l. cum principalis, D. de regulis iur.

<sup>d</sup> l. 4. §. 1. de dol. except.

<sup>e</sup> l. penult. D. de donat. mort. caus.

<sup>f</sup> l. mortis, 16. eodem.

<sup>g</sup> l. qui alienam, 33. & l. si is cui mortis, 39. D. de mor. caus. dona. <sup>h</sup> l. non videtur, eod. tit.

<sup>i</sup> d. l. si is cui, 39.

a l. r. l. regula, 9. de iur. & fact. ig.

b l. in summa, 65. §. penult. D. de condict. indeb.

c l. ult. de legit. tut. l. tutor qui tutelam, 27. D. de administ. tut.

d l. tutela, 3. §. penult. D. de legit. tutor.

e l. postliminij, in princip. D. de capt. & postliminio reuerf. f. l. r. §. si apud hostes, D. de legit. tut.

g l. tutor si petitus, 16. D. de tut. & cur. dat. & §. interdum, Insti. de curat.

h l. si arrogati, 14. §. 1. D. de tutel.

i l. muto, §. ult. D. de tutel.

k Nam vna manumissione feruus exit è potestate domini; filius è patris per emancipatione trina, non vna vel altera.

Benè verò Paulus, *quoniam scit*, cui suppleendum, *aut scire debuit*: hoc enim iuris est, vt nisi morte donatoris insequuta nondum perfecta sit mortis causa donatio; sed interim pendeat, & idè reuocari possit. Iuris autem ignorantiam nemini prodesse constat.<sup>a</sup> Et similiter in alia specie, quæ ab ipso Paulo nostro, ac eodem quo superior ad Plautium libro, sed alio tamen in loco refertur; <sup>b</sup> manumissorem ferui indebitè soluti, scientem quidem teneri ad pretium eius, conditione indebiti scilicet: quod si nesciret, cum manumisit; non teneri ad pretium, quippe qui errare in facto potuerit: propter operas tamen liberti, & vt hereditatem eius restituat, omnimodo teneri comperimus.

Sed quando de tutelis in libris ad Plautium (ex quibus regula nostra desumpta est) egisse Paulum aliquoties reperio, <sup>c</sup> placet vt ex quæstione ad ius postliminij pertinente (de qua nonnihil in commentario attulimus) adhuc intactam eo loci, speciem facti aliquam isti regulæ illustrandæ proponamus. Verum est non tantum morte, sed etiam capitis diminutione (non modò maxima, vel media, sed etiam minima) successione debere in legitima tutela admitti: quare si proximior capite diminutus est, qui post eum est, succedit in tutelæ administratione, idque Vlp. tradit.<sup>d</sup> Quamuis autem captus ab hostibus in seruitutem redigatur, atque ad eò maximam capitis diminutionem patiatur, postquam in hostium præsidia perductus sit, <sup>e</sup> cum antè cuius maneat; Si tamen *apud hostes sit frater* (tutor videlicet fratris) *inferioris gradus, agnato tutelam non deferri traditur*: <sup>f</sup> hoc addito, *Nam etsi patronus apud hostes sit, patroni filio tutela non deferretur, sed interim à pratore datur*; nempe propter spem postliminij tutela in eo qui captus est, etsi cessat; potius tamen pendet, quam extincta sit. Cum igitur duret tutor qui captus est, in tutela non admittitur successio; & forsitan curatoris potius, quam tutoris datui admittenda hoc casu ratio; propterea quòd tutorem habenti plerumque tutor dari non solet. <sup>g</sup> Atque hoc quidem non in subtiliter tentari potest: verius tamen quod Vlpianus refert, <sup>h</sup> *Si quis ab hostibus captus sit, siue pupillus, siue tutor, esse tutorem desinere*: hoc est, pro eo interim haberi, quasi tutor esse desierit; ob vtilitatem pupilli scilicet, quo magis ipsi tutor à pratore non curator detur: hæc tamen denique, non etiam vt successioni locus sit hoc casu in tutela legitima, nec verò vt impediatur ius postliminij circa recipiendam tutelam, reuerso ab hostibus pupillo vel tutore: *Sanè ei cuius pater in hostium potestate est, tutorem dari non posse, palam est* (inquit idem Vlpianus alicubi <sup>i</sup>) *sed si datus sit, non in pendenti esse dationem, sed non valere; sic enim post patris regressum recidere in potestatem; atque si nunquam ab hostibus captus fuisset: immò curatorem substantiæ dari debere, ne in medio pereat*. Hoc igitur casu ad eò non videtur patris captiui potestate liberatus filiusfamilias; cum non facile ius civile patriæ potestatis ipso dominio rigidius atque præstantius (quemadmodum ex manumissionis & emancipationis solemnibus colligitur <sup>k</sup>) infringi possit: vt eius persona tutor non detur, sicuti superiore casu, quando

quando isto nondum tutorem vt illo habere cœperat; sed curator substantiæ, ac paternis bonis. Patris enim status propter ius postliminij, quod reuersionis spem introduxit, in suspenso cerrè est (si non integrum omni ex parte permanet) ac pro eò est, quasi seruus hostium non foret, qui tamen ipsorum potitus, hoc est, in eorum potestate verè sit. Atqui patri qui in hostium potestate est, si filius captiui stipulatus fuerit, cum illius status in pendenti sit propter spem postliminij; non stipulationem nullam, sed rem in pendenti esse Papinianus ait: <sup>a</sup> etsi pater apud hostes decesserit, nullius momenti visum iri stipulationem; quoniam alij non sibi stipulatus est, propter fictionem legis Corneliæ: quemadmodum è contrario reuerso patre stipulatio confirmatur, eique acquiritur; atque ita retrotrahitur, quæ hæc tamen in suspenso fuerat, nec interim haberi potuit quod pendebat tanquam si esset: propter incertum status paterni; qui ex obitu eius apud hostes, vt sit Corneliæ locus, aut reuersionis ad suos, vt ius postliminij locum habeat; ex euentu nunc demum dispicitur.

Præterea quamuis in pecuniariis causis quæstio non sit habenda de statulibero, nisi deficiente conditione, vt Martianus admonet; <sup>b</sup> ac multò minus de eo cui purè fideicommissaria libertas relicta sit: nihilominus tamen in adulterio statuliber postulari poterit, <sup>c</sup> vt ex eo quæstio habeatur, quod seruus heredis est, licet spem suam retinet; quæ spes libertatis pendenti non impedit, quo minus de ipso interim, velut heredis seruo per tormenta quaratur; cum propterea pro libero nondum habeatur, quia *quod pendet non est pro eo quasi sit*. Quod similiter circa Senatusconsultum Syllanianum obseruari debet, cum de seruis cæsi domini quæstio habenda est, vt eorum nomine statuliberi comprehendantur: immò & per fideicommissum manumissi non minus quam statuliberi circa illam quidem adulterij quæstionem. <sup>d</sup> Verum hoc non vtique simpliciter accipiendum est; sed (vt equidem arbitror) cum aliqua moderatione, post D. Pij constitutionem, cuius ab Vlpiano <sup>e</sup> Senatusconsultum Syllanianum explicante fit mentio. Ea enim ostenditur, non esse festinandum ad tormenta eius, cui fideicommissa libertas debetur: *Et magis est* (ait Iurisconsultus) *ne puniatur ob hoc, quòd sub eodem testò fuit, nisi particeps sceleris fuerit*. Denique eum cui fideicommissa libertas debetur, non aliter vt seruum quæstioni applicari sciendum est, nisi aliorum quæstionibus oneretur: <sup>f</sup> statuliberum autem in delicto repperitum, sperandæ libertatis prærogatiua, non vt seruum ob ambiguam conditionis (id est, ob id quod incertum est an exitura sit conditio) sed vt liberum esse puniendum; quod Modestinus in regularum libris tradidit: <sup>g</sup> atque ita rescriptum à Diuo Pio fuisse Vlpianus <sup>h</sup> memorat; vt statuliber, quasi iam liber puniri debeat. Quod nescio an satis rectè (at non humanè profectò) faciant, <sup>i</sup> qui ad delicta duntaxat priuata pertinere arbitrantur; vt in publicis iudiciis hodie prænas easdem pati, quas cæteri serui, debeant: iuxta id quod ad Q. Mutium à Pomponio traditur. <sup>k</sup> Ipse Accursium sequutus quodam commentariorum ad regulas loco <sup>l</sup> aliter distinguendum docui; & quæ

a l. si seruus, 18. §. seruus, in fine D. de stip. seruo.

b l. D. Pius, 9. §. ult. D. de quæst.

c l. editum, 8. §. ult. D. de quæst. facit lex statuliberi, 9. in princ. D. de statuliber. Vlpia. in fragm. Insti. titu. 2. de statulib. §. 2.

d l. si postulauerit, 22. §. sed etsi seruo, D. ad leg. Jul. de adult. e l. r. §. sed in eo, D. de Senatuscons. Syll.

f l. is cui, 19. D. de quæst.

g l. statuliber, 14. D. eod. tit.

h l. moris, 9. de poenis, in fine.

i Rober. lib. 1. Animaduers. c. 6. forn. 3. selecta. cap. 27.

k l. statuliberi à cæteris, 29. D. de statulib. in princip.

l ad l. factum, 155. §. viti. circa finem.



iam statuliberi crimina publicorum iudiciorum admiserint, eorum nomine pœnam ipsos subire quas liberi soleant; humanius veriusq; adhuc esse arbitror: nec illud Pomponiue, an Mutij potius, quem ventiosorem ipso Pio Imperatore, atque adeo Papiniano, Vlpiano, Modestino, Paulo, ceterisque eiusdem æui proceribus fuisse non dubito responsum, si uti fecimus eo loco, ita exponatur, nostræ sententiæ officere. Adde hoc insuper, quod nunc animo succurrit, & ista scriptio-

<sup>a</sup> Hoc Ruardo quoq; Bingeni Iuriscōsulto nō incelebri, sed acuto magis quā in prudentia iuris solida exercitatio visum reperit lib. 2. varia. cap. 11. sed hoc tantum, nō item reliqua, quæ ut de nostro sunt pœnorē depraeta, sic nemo dum ea, vel delibavit vel consumpsit, siue in ris villarens fecit. Ego de isto loco nō cessans disquirere ab eo iam tēpore quo Cuiacius noster primum observationum suarū librum euulgavit, in cuius cap. 17. castigare ipsum nititur.

<sup>b</sup> l. 1. §. serui appellatione D ad Sen. Syllanianū adde Caium l. generaliter, D. qui & à quibus manumit.  
<sup>c</sup> l. statuliberū, 11. in princip. de legat. 2.  
<sup>d</sup> l. 4. C. de leg. 1. planè, §. si con iunctim, D. de legat. 1.  
<sup>e</sup> l. si fideicommissa, 16. §. pen. D. qui & à quibus facit l. cum is cui, eod. tit.

ne non esse indignum iudico: de iure mero, atque antiquo <sup>a</sup> illud siue Mutij, siue Pomponij quoque responsum accipi oportere, secundum cuius regulam (quam interpretamur) *quod pendet non est pro eo quasi sit*; ideoque statuliberum interim haberi pro seruo in omnibus, etiam in pœnis, nec ullam conditionis quæ nondum exitit rationem duci antiquitus solitum ante D. Pij tempora. Sed hic pius & humanus fauorabiliter contrarium ius introduxit; & propterea quod in pœnalibus causis benignius interpretandum esse alia dicitur regula, quæ aliis casibus permultis obtinebat, non tamen isto; spem libertatis, pro veritate, specie, re ipsa; pendente conditionem, pro impleta; humanitatis intuitu, pro sua principali auctoritate, accipiendam censuit; seruiliumque pœnarum acerbitatem, in eo scilicet qui iam statuliber delictum criminēve aliquod admisisset, esse temperandam; atque adeo liberorum hominum more statuliberum puniendum, statuit: sed eum scilicet qui iam tum statuliber esset, cum delinqueret, facinusve admitteret. Hactenus igitur nostræ vetusti iuris regula princeps derogauit, iure constituto; quod plerumque veteri iure lenius æquiusque, illi quidem in plerisque causis & controuersis legitimis contrarium esse comperimus.

Ceterum & circa Senatusconsultum Syllanianum, & in aliis plerisque iuris quæstionibus serui appellatione etiam ij continentur qui sub conditione legati sunt: nam medio tempore heredis sunt, & pleno quidem iure; nec quod conditio existens efficit, ut desinant esse heredis, facit ne videantur interim eius esse, inquit Vlpianus: <sup>b</sup> cuius responso commodè aptabitur loco rationis hæc regula, quæ dicitur, *quod pendet, hoc est*, quod futurum est, *nondum esse pro eo quasi sit*; ideoque de iure pristino nihil adhuc immutare; quemadmodum Pomponij responso, <sup>c</sup> quo heredem inutiliter statulibero legare sine libertate, cum seruus eius sit seruis autem propriis relictum legatum aut fideicommissum sine libertate nō valeat: <sup>d</sup> item & illi alteri Pauli responso, cuius regulam interpretamur; vbi si sub conditione alicui pecunia debeatur quasi statuliberum futurum à debitore manumissum, ut pendeat libertas ex conditione asserit. <sup>e</sup> Quod sic accipe, ut quamuis libertas intermedio tempore impediatur (nec enim facile reuocari solet quæ semel competuit) eueniente tamen illa conditione, retrò & in præteritum ex illa manumissione competere libertatem; benignius, atque adeo verius, quia pro libertate fauorabilius, existimem neque profus nihil actum intelligi.

Quædam verò sunt in quibus ita res dubia est quæ pendet, ut antequam ex euentu diiudicetur, interim nihil actum esse intelligi possit; ut circa

ut circa solutionem quæ nulla est nisi res quæ soluitur protinus accipientis fiat, cum generaliter non in specie debetur. Nam si quis hominem debens statuliberum soluerit; adeo non esse conditionem expectandam creditori, ait Africanus: <sup>a</sup> ut & agere possit aduersus debitorem, qui statuliberum soluit; cum seruum domini sui pleno iure facere debuerit: & ipsi vicissim debitori, conditio indebiti propterea quod tali solutione non est liberationem consequutus, sed adhuc obligatus manet, omnino competat. Nihil igitur profecit talis solutio, nō magis quam rei quæ castrensis est peculij à patre facta; quoniam euenire possit ut aliquando ea penes creditorem resideat, si mortuus ante patrem intestatus filius fuerit: qui casus non retrahitur, cum res ipsa in solutum data, non antè videatur patri acquisita, quam cum filius decesserit. Nam quod ait Paulus, <sup>b</sup> *hoc casu ex post facto in præteritum quid fuerit, declarari*: sic omnino (mea quidem opinione, quod alios aduertisse non reperio) debet accipi; ut non ulterius tamen recurrat, nisi ad tempus mortis filij: non item ad illud quo ipso adhuc viuo res à patrefamilias in solutum data fuerat.

Est & alius casus in quo res profus ita in pendenti est, ut actum nihil interea possit dispici: quamuis ex euentu retroduci non negem ad tempus contractus haberi. Nam cum seruus, in quo alterius usufructus est, hominem emerit, & ei traditus sit antequam pretium numeret (pro quo forsitan satisfecit datis pignoribus, aut fideiussoribus) in pendenti esse Caius atque Vlpianus docent, <sup>c</sup> cui proprietatem (plenam scilicet atque adeo totum hominem) acquisierit; vtrum proprietario, aut fructuario: & cum ex peculio quod ad fructuarium pertinet, aut alioquin ex re, pecuniæ eius soluerit; fructuarij retrofuisse ex post facto intelligitur. Planè si ex peculio, quod proprietario sequitur, aut nummis eius soluerit; itidem ex post facto videtur esse proprietario. Idemque esse Vlpianus adiicit, <sup>d</sup> si fortè stipulatus fuerit seruus ille fructuarius numeraturus pecuniam; etenim declaraturam numerationem cui sit acquisita stipulatio: ita fieri ut in pendenti sit dominium donec pretium numeretur; & quidem ita in pendenti est, hoc maxime casu cum nulla dum traditio serui secuta est, etsi facta sit eius traditio seruo fructuario (quemadmodum prior casu quo fide ipsi habita de pretio comparauerat) ut non proprietario magis quam fructuarij homo à seruo fructuario comparatus dici villo modo possit. Adde tertium casum si stipulatione in diem vel sub conditione concepta fideiussor sub alia conditione acceptus fuerit. Nam cum tunc demum fideiussor accipi possit, quoties subest aliqua obligatio civilis vel naturalis cui applicetur; <sup>e</sup> ius eius in pendenti erit, ut si ante diem conditio impleta fuerit non obligetur: si concurrerit dies & conditio, vel etiam diem conditio secuta fuerit, obligetur: quemadmodum Iulianus <sup>f</sup> tradit. Interim igitur ante diem vel conditionem principali obligationi adiectam, nulla est profus accessoria fideiussoris obligatio: quæ tamen ut post diem impleta conditione conualescit, & ad tempus habita stipulationis retrahitur; ita si ante diem impleta sit conditio, fideiussoria extinguitur obligatio:

<sup>a</sup> l. cum quibus, 39. §. qui hominem, D. de solu.

<sup>b</sup> l. qui res, §. rem autem, D. de solut.

<sup>c</sup> l. sed etsi quis, §. vlt. D. de usufr. l. seruus qui bona, §. cum seruus, D. de acquisitione dominij. facit l. arboribus, in fin. D. de usufr. alius est l. si fur, in fin.

<sup>d</sup> d. l. sed etsi quis, vers. ideoque etsi fortè.

<sup>e</sup> l. stipulatus, l. quod enim, l. fideiussor, 16. §. fideiussor, D. de fideiuss. f. d. l. fideiussor, §. stipulatione, eod. tit.

obligatio: quia pura cum sit effecta, non est principalis adhuc vlla (dum propter iniunctam ipsi conditionem suspenditur) cui ea possit accedere perindeque res habetur ac si statim ab initio pure acceptus esset fideiussor, reo sub conditione obligato: eo scilicet redacta re, vnde incipere non potuit: quod ipsum à Caio Iuriconsulto ita explicatur.

a l. si à reo, 70. §. sub diuersis, eod. tit.

b l. vt hereditibus, §. si alias est, l. si Titius, §. in princip. de leg. 2.

c l. quod pure, §. quando dies, de leg. eod.

d l. cum quis, §. qui hominem, l. si quis afferenti, in princip. §. 1. & §. vlt. & l. is cui, l. si hominem, l. cum decem, §. vlti. D. de solut.

Ecce tibi quartum casum; si Titius mihi Stichum, aut decem debeat, & legauero tibi Stichum quem mihi debet: nam placere legatum extingui decem solutis, relatum est alicubi. <sup>b</sup> Ex quo sequitur, vt posterius legatum ex prioris solutione pendeat, nec possit non valere Stichi legatum quod dedi; si mihi debitor subalternatione Stichi vel decem, Stichum soluerit. Ante solutionem intermedio tempore dubia posterioris legati causa, & in suspenso futura est, quæ non vterius ex post facto, quàm ad factæ solutionis tempus retroduci potest. Et similiter si cum subalternatione Stichus vel decem deberentur, interim ipse alij decem, alij Stichum legauero mihi debitum; donec fiat solutio, in pendenti est cui cuius rei legatum debeat; & ex euentu solutionis legatum valere, Paulus ibidem ad Marcellum docet. <sup>c</sup> *offis & quintum* (siue is sextus est) adiicere ex Pauli nostri ad Sabinum <sup>e</sup> libris desumptum: quando legatum extrinsecus non ex ipso testamento suspenditur, veluti si rem dotalem maritus legauerit ex tero, & vxori aliquam pro dotali re pecuniam; deinde deliberante vxore de electione dotis (hoc est, vtrum dotem potius, quàm legatum à marito in vicem dotis relictum peteret) decesserit legatarius rei dotalis, atque legatum (sibi relictum à marito) elegerit mulier, ad heredem (legatarij scilicet intermedio tempore defuncti) transire legatum dictum est; imò transiisse ius legati persequendi gratia, & rei quoque legatæ dominium per vindicationem ex antiquis legatorum formulis ac differentiis relictæ. Sanè antequàm legatum elegerit mulier, pendet legatum rei ex tero relictæ: quam quia dotalis est, si malit recuperare mulier, quàm legatum pro ea relictum agnoscere; intercidit legatum ex tero relictum, nec ad heredem suum interim defunctus transmisisse quicquam videri potest; quin potius interim res dotalis ad mulierem potius, quàm ad exterum pertinere censenda est; atque aded legati pro dote mulieri relictæ dominium interim heredis potius esse quàm mulieris, donec illa eligat. Post electionem res quæ dubia fuit, atque in suspenso; ex euentu ad tempus mortis testatoris retroducitur secundum ea, quæ antè diximus.

Postremò aded *quod pendet non est pro eo quasi sit*; vt stipulatio in pendenti esse non possit, cum incertum sit vtri dominorum acquiritur: & ided inutilis esse censeatur, in specie *legis item si seruus*, §. *vt. & l. sequ. & l. si seruus communis*, 21. de stip. seru. item in altera specie de usufructu in stipulationem frustra deducto à seruo hereditario *l. usufructus*, D. eod. titu. Possim & alios proferre casus, de solutione quæ in pendenti sit; <sup>d</sup> vt per eam licet pure factam, ob conditionem tamen tacitam quæ inest, nihil interim actum intelligatur, atque

atque aded non habeatur pro eo quasi sit. Possim de fideiussione, <sup>a</sup> nouatione, <sup>b</sup> acceptilatione <sup>c</sup> similiter atque tutoris datione, <sup>d</sup> complures depromere: verum *Ælis Argos*, vt est in proverbio. Id tamen haudquaquam nobis pratermittendum, quod memoria nunc demum succurrit, sicuti *quod in pendenti est, non est pro eo quasi sit*; similiter *non esse pro eo quasi non sit*: quamobrem si cui legata sit obligationis eius quæ nondum consistit ex persona legatarij, tempore mortis testatoris; sed tamen aduersus eum aliquando nasci potest, quæ iam alterius personæ respectu principaliter contracta est obligatio: non igitur nullius erit momenti legatum liberationis tanquam inutiliter cesserit ipsius dies in persona eius qui nondum obligatus fuit: sed quando fieri potest & ita speratur aliquando futurum, vt & ipse teneatur; propterea magis esse, vt in suspenso legatum liberationis esse intelligamus; vtputà si cum filiusfamilias esset debitor patri eius liberatio legata fuerit, & cedente legati die nihil in peculio reperitur. Nihilominus enim quàm si esset in peculio aliquid, atque aded de peculio actione iam teneretur; si quando ea nata fuerit, proptinus itidem liberationi locus est futurus ex testamento: atque ita per hoc legatum patrem coniequi se ciuitatem à Iuliano <sup>e</sup> responsum est: ex cuius definitione mens Triphonini <sup>f</sup> alioqui subobscura lucem accipit: quo loco sic scriptum; *Videamus, si ei, cum quo de peculio actio erat, liberatio testamento legata sit, an si die quo legata cedere solent, nihil in peculio sit, legatarij loco habeatur. Atqui nondum debitor fuit, nec procedit vt emolumentum aliquod ex legato ad eum perueniat; nisi propter spem futuri peculij. Nunquid ergo in pendenti sit, an legatarius fuerit, perinde atque si alia causa spem legati dubiam faceret? Quod magis est.* Hactenus ille: cuius verba id satis significant quod antè dixi; legatum liberationis esse in pendenti, nec haberi pro eo quasi nihil sit in peculio, vt nullius momenti sit legatum liberationis: quin imò non inutiliter ipsius dies cedit; propter futuræ obligationis accessionem: quæ tum etiam tolli poterit, cum in peculio quid esse coeperit. Ita fiet, vt magis legatum valeat, quàm pereat: quod Iuriconsulti in respondendo, & similiter iudices in reddendo iure debent videre; idque operam, quod possunt, dare. Atque in huius regulæ interpretatione, de eo quod pendet, qui diutius paulò pependimus animi, nihil est (opinor) nunc quidem, quod amplius laboremus.

Hoc tamen adiiciamus insuper, ex illa nostra pendere alteram quodammodò videri regulam; qua definit Pomponius ad Q. Mutium, plerumque fieri, vt etiam ea quæ à nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atque si non essent eius conditionis, vt abire possent: de qua suo iridem loco <sup>g</sup> abundè ac perspicuè à nobis actum est. Etenim quod à nobis abire potest, eius status quodammodò pendeat oportet: quo ex genere sunt ea de quibus, post certum tempus, <sup>h</sup> incertumve (vtputà cum morietur) alteri restituendis quispam rogatus est. Nam interea dum conditio pendet, neque impletur, proinde in eo statu res est, atque si pleno iure ad eum pertinet, qui de ipsa restituenda rogatus fuit. Quamobrem Vlpianus, rem

a l. & per insurandum, §. qui ita stipulatur, D. de acceptilat. l. si seruus hereditarius, de stipul. seruo. l. stipulatus, 7. in fin. l. fideiussor, §. stipulatione si à reo, §. sub diuersis, D. de fideiuss. b l. si Stichum, §. 1. & §. si quis ita, l. quoties, §. sed si quod, D. de nouat. c l. quod in diē, d. l. & per insurandum, §. si Stichum, D. de acceptil. d l. 2. & l. ei qui, 7. D. de tutor. & curat. dat. e Apud Vlpian. in l. si quis reū, §. idē Iulianus, D. de libera. leg. f l. videamus, §. 27. eod. tit.

g Ad plerumque, 206. D. de regul. iur.

h Vt in specie l. si pater, §. C. de usufruct.

a l. & post litē,  
12. 9. res que sub  
conditione, D.  
famil. erclifc.

b tit. 19. de do-  
min. & acquirit.  
rerum, §. ad iudi-  
catione.

c l. 4. §. vlti. D.  
de religiof. &  
sumpt. fun.  
d l. 6. locus, 34.  
eod. tit.

e l. quid ergo,  
53. §. sed si mor-  
tuum, D. de le-  
gat. 1.  
f l. si heres, 63.  
de lega. 2. scripti  
libro superiori  
cap. 21.

g l. 2. C. de bo-  
nis mater. l. vlti.  
§. fin autem, C.  
ad Terry. l. 1. r. l.  
nō sine, & l. cum  
oportet, Cod. de  
bonis quæ lib. l.  
vlt. C. de vfufr.  
h l. si patri, C.  
de vfufruct.

quæ sub conditione legata est, a cum interim heredum sit, idèd ve-  
nire in familiæ erciscundæ iudicium scribit: & adiudicari posse, cum  
sua scilicet causa; vt existente conditione eximatur ab eo cui adiu-  
dicata est, aut deficiente conditione ad eos reuertatur à quibus reli-  
cta est. Idem & in statulibero dicitur (vt scilicet in iudicium familiæ  
erciscundæ veniat) qui interim est heredum; existente autem con-  
ditione ad libertatem perueniat. Cum autem per adiudicationem  
dominium rei transeat; adèd vt si iudex vni ex heredibus, aut so-  
ciis, aut vicinis rem aliquam adiudicauerit, statum illi acquiri, siue  
mancipi, siue nec mancipi sit, ab eodem Vlpiano b in regulari frag-  
menti definitum sit: ex eo sequitur manifestè, vt quæ adiudicari vni  
ex heredibus potest res sub conditione legata, ea proinde in eo statu  
sit atque si abire non posset; cum eius dominium transeat interim ad  
heredem adiudicatarium: quamuis adiudicatio, vt pote quia sua cum  
causa sit facta, ex euentu conditionis legato rei adscriptæ ipsa pen-  
deat. Denique fideicommissi sub conditione relictæ heres interim  
adèd dominus est, vt rem vel hereditatem ita relictam prorsus, cum  
suo tamen onere, alienare, oppignerare, legare testamento queat.  
Quin & inferendo mortuum poterit locum religiosum facere, qui  
sub conditione legatus est; quibus scilicet casibus & purè legatum  
potest; nempe si testatorem inferat, qui aliò tam commodè inferri  
non potuit, c alioquin enim, si locus sub conditione legatus sit, inte-  
rim heredem non facere locum religiosum, ab eodem Vlpiano tra-  
ditur. d Sed & quibus casibus facit; in hoc tamen tenebitur, vt pre-  
tium præster eueniente legati conditione, si vnde pretium præster in  
hereditate sit: *Testator enim qui legauit, vel aliò inferri, vel pretium  
loci offerri legatario voluit; quemadmodum idem alibi Iuriconsul-  
tus e monet. Planè si heres rem legatam ignorans in funus consumpsit;  
ad exhibendum actione non teneri, sed indemnitate legatario ab here-  
de præstari, Callistratus respondit. f Si hæc potest heres in re à se  
per testatorem relictæ: poterit igitur interim pendente conditione  
vsumfructum in ea constituere is, ad quem ea res (vti dixi) pertinet,  
aut vsumfructum ex iure Nouellarum constitutionum, quæ de bo-  
nis, maternis aliisque aduentitiis promulgatæ sunt, § patri suo filius-  
familias acquirere.*

Cæterum etsi vsumfructuario superstite, alioquin domino etiam  
proprietas rebus humanis exempto, ius vtendi fruendi non tolla-  
tur (vt ab Imperatore Antonino rescriptum est h) attamen eue-  
niente restitutionis fideicommissi conditione, quis dubitarit, quin  
cesset atque prorsus extinguatur, ab eo aut ex eius persona consti-  
tutus à lege vsumfructus; qui rem ipsam, hoc est, plenam cum ipso vfu-  
fructu rei proprietatem hodie restituere tenetur: & qui non potuit  
ius plenius ad alium transferre, quàm ipse habuit; sed cum sua scili-  
cet causa, secundum alias iuris regulas? Equidem ita existimo verè  
pronunciari posse; legalem (vt more magistrorum iuris nostrorum  
loquar) vsumfructum extinguere, si filiusfamilias rem quamlibet, ex  
certo incerto tempore, aut cõditione rogatus sit restituere, diesq;  
vel

vel conditio extiterit. Nam & pendente conditione legati vsumfru-  
ctus, si hæres (cui cum suo dumtaxat onere alienatio rei conceditur,  
sicuti postea dicemus) non rem quidè ipsam alienauerit, sed vsum-  
fructum in ipsa constituerit, siue contractu, siue testamento, iusque  
vtendi ac fruendi re ad alium transtulerit; vt in specie nostra filius-  
familias ad patrem, non ex contractu aut sponte sua, sed ex vi legis  
& constituto iure: conditione legati vsumfructus existente, postero-  
rem vsumfructum extinguere Iuriconsulto placuit: a cuius verba hæc  
sunt: *Si sub conditione mihi legatus sit vsumfructus (inquit) mediòque  
tempore sit penes heredem, potest heres vsumfructum alij legare: quæ res  
facit, vt si conditio extiterit, mei legati vsumfructus ab herede relictus  
friatur.* Nempe non potuit heres vsumfructum alteri legando, in-  
teruere ius antea legati mihi ab auctore suo vsumfructus, cuius  
dein conditio extiterit: ac multò minùs legatam mihi vel fideicom-  
misso relictam ex incerta die; vt putà cum filiusfamilias morietur,  
rei proprietatem: vt in specie facti de qua nunc agimus.

Cui definitioni nostra, non obstant si rectè percipiantur, quæ ad-  
uersus Placentinum rectè Accursius circa vsumfructum patris in ad-  
uentitiis filij bonis morte filijfamilias finiendum, quibusdam locis  
tradidit. b Atque hoc tanto diligentius animaduertendum censeo,  
quanto ab aliis explicatur minùs. Nusquam certè ipse scriptum repe-  
ri, quanquam in disputationem venisse apud nos, in curia istius Par-  
lamenti meminere; cum illa quæstio ageretur, quæ dein publicè à  
nobis in augustiore Prætoriana sedis huius auditorio verba facien-  
tibus anno supra millesimum & quingentesimum sexto & octuagesimo,  
tractata est. Vt vt sit, non debet vtique meliore conditione ho-  
die paterfamilias esse, quod ei vsumfructus dumtaxat in bonis aduen-  
titiis filij sit relictus; quàm olim fuisset, cum ei per filiumfamilias  
plena proprietas quæreretur: quiniò vt antiquitus onerato restitu-  
tione fideicommissi filiofamilias, cum moreretur; patrem filio mor-  
tuo restituere alteri oportuit; nec penes patrem quidquam ex re  
subiecta restitutioni remanere ius volebat: ita hodie multò magis di-  
cendum hoc ipsum est, cum in re subiecta restitutioni minus iuris  
eum habere constat, nempe solum vsumfructum in diem scilicet vi-  
tæ filij sui; aliter atque si agatur de ipsius filij successione. Nam hoc  
sanè casu, non posse vsumfructum in eius bonis aduentitiis patri-  
familias quæsitum intercidere, ob filij mortem; rectè ab Accursio ad-  
uersus Placentinum iis quos antè ostendi locis definitum fuit. Cum  
etsi vsumfructus filiofamilias relictus, & ita per eum acquisitus patri  
fuerit (quo casu plerumque verisimile esse Iustinianus ait c testato-  
rem contemplatione filij, quàm patris vsumfructum ei reliquisse)  
non interrumpatur, sed maneat intactus patri vsumfructus: etiam si  
emancipatio filij, aliæve capitis diminutio aut mors denique interue-  
nerit: hoc enim ab eodem Imperatore d constitutum scimus.

Porro autem, quando de vsumfructu patris illa minimè pœnitenda  
iam diximus, hoc quoque admonere pro bono visum: cum *id quod  
pendet non esse pro eo quasi sit*, ac pendentem idèd conditionem,  
vel

a l. si subcondi-  
tione, D. quibus  
mod. vsumfr. a-  
mit.

b Ad l. si patri,  
& ad l. 2. in ver-  
bo defuncto, C.  
de bonis mater.

c l. vlt. in fin. C.  
de vsumfruct.

d l. vlt. in  
princip.

a Vide qua scripsi in commentario ad l. ple. rumque, 206. in verbo *Alienare*, D. de reg. iur.

b l. interest, 6. C. de usufruct. c. l. usufructus. C. eod. tit.

d l. bona fides, 57. D. de reg. iur. e. l. usufructus, 4. D. de usufr.

f l. r. §. serui appellacione, D. de Senatusconf. Syllan.

sive legati, sive libertatis non haberi pro impleta; immò verò interim haberi non modò pro non impleta, sed pro delecta; certè quãdamtenus accipi debere constet: proindeque esse omnia, quasi non esset adscripta conditio; vt scilicet iure pristino, interea dum illa non existit, rei dominium censeatur; & idè alienari possit (cum suo scilicet onere, suaque omni causa<sup>a</sup>) tanquam si nunquam ea res à nobis esset abitura, vt pote non existente, nec vnquam exitura illa conditione: has tamen iuris regulas protrahi non oportere, ab eo qui rem iure proprietatis possidet, ad eum qui vsusfructus solius dominium habeat; cuius mentionem modò fecimus. Sed rem alienari posse intelligito; si antea non apposita illa conditione potuisset, aut quatenus ex ipsius rei iurisyve, quod in ea nostrum est, natura queat: fructuario etenim alienationem quamlibet, sive inter viuos, sive testamento, itemque manumissionem, & pignorationem forsitan ipsam interdictam adè esse constitit: vt interim nihil agatur; & quod actum est, minimè confirmari ex postfacto possit. Ergo qui proprietatem æstimatam in dotem accipit, non idè minùs eam obligare ipsum potuisse, quoniam soluto matrimonio restituendam eius æstimationem ab ipso fuisse constet, propterea verum est: quod venditio, & emptio quadam æstimationis genere contracta est, atque ita maritus ipse rei dotalis omninò effectus dominus: qui tamen si vsusfructum dumtaxat in dotem accepisset, proprietatem rei dotalis minimè pignorare potuit; quemadmodum ab Alexandro rescriptum est. <sup>b</sup> Diocletianus & Maximianus <sup>c</sup> vsusfructuario alienationem & manumissionem interdictam aiunt: hoc addito; *Sanè mancipia quorum testamento ministerium matri relictum est (cum in ijs dominium non habeat) nec tradendo cuiquam, nec manumittendo, ad testatoris heredem pertinentia, quicquam facit.* Planè quamuis bona fides tantundem possidenti præstet, quantum veritas; <sup>d</sup> quamuis vsusfructus, pars quædam sit dominij: <sup>e</sup> non in omnibus tamen iuris partibus; nec verò in ista. Quamobrem circa Senatusconsultum Syllanianum domini appellacione, eum quidem contineri, qui habet proprietatem, et si vsusfructus alienus sit; non autem eum à quo seruus bona fide possidetur, nec qui vsusfructum solum habuit, ab Vlpiano <sup>f</sup> traditur.

## S V M M A.

Nomicus hic quoque, sed & criticus, vt bona ex parte in vulgata lectione locis aliquot legum asserenda consumatur. Ac primùm quidem,

*Alijs insuper exemplis & locis illustrata d. l. plerumque. De puro legato quatenus id pendat; & quomam ex post facto confirmetur legatarij serui manumissio vel traditio ab herede facta. De tutore qui posthumo datus sit. De pecunia quam legatam heres crediderit; & alijs casibus, quibus pendet mutui datio. Explicata l. proinde s. D. de rebus creditis, & inibi conseruata lectione Florentina & vulgata, contra recentiorum iuris interpretum opinionem; vt sit Adponere, pro Acquirere. In dubium autem vocata cuiusdam apud Senecam loci scriptura. Deponere, pro Diminuere, & Depo*

*Deposito, pro Diminutione apud Iureconsultos. Conseruatur vetusta itidem & recepta contra neotericos lectio, in l. si seruus hereditarius, D. de stipul. seru. qua lex noua ratione conciliatur cum l. si seruus hereditarius, D. de diuers. & tempo. prescrip.*

## CAPVT VII.



ERV MENIM VERÒ quoniam superius de legato sub conditione relicto, cuius dominium interea in suspensio sit, sic tamen vt magis ad heredem pertineat, diximus; de puro etiam legato ad aliquam (vt spero) lectoris vtilitatem subtilius tractabitur, atque adè plenius. Equidem in primis ita sentio; non modò si sub conditione, sed etiam purè proprietatem vel vsusfructum cuiuspiam rei testator legauerit; interim quidem serui putà legati, & statum, & omnium quæ personam eius attingunt, in suspensio esse sicuti Iulianus <sup>a</sup> restitissimè tradit: nihilominùs tamen pro eo esse ex die aditæ hereditatis, deliberante legatario, nondum agnito legato; ac si iam defecisset, resque ipsa eiusve vsusfructus ad heredem vtique pertineret: adè quidem vt tam inter viuos, quam testamento de illa re legato (quamlibet puro) comprehensa, possit ex animi sententia decernere, nec interim nihil agatur, sed contractus ab herede habitus, aut si quid ipse suo itidem testamento ea de re cauerit, etiam si pendeat (quemadmodum initio explicatum est) interim tamen pro valido habeatur. Quod eò pertinet, vt deficiente per prioris legatarij repudiationem legato; secundum eiusdem rei legatum, quod heres reliquerit, ab eo tempore cefsisse intelligatur, quo heres ipse obiit: cui ex postfacto videtur acquisitum, à tempore aditæ per ipsum hereditatis. Ita fit, vt voluntas heredis confirmetur, atque adè retrorahatur ex postfacto, id est, si is cui dare iussus heres fuerat, repudiauerit: sequuta enim repudiatione, rem legatam retrò non fuisse legatarij palam est; idque Vlpianus <sup>b</sup> ait; retrò (inquam) videtur res repudiata fuisse heredis, & nunquam fuisse legatarij. <sup>c</sup> Quamobrem repudiante legatario neque confusas seruitutes dicemus, si forte prædium legatum legatarij prædio, vel contra hoc illi debuerit seruitutes; <sup>d</sup> & seruus legatus singula retrò gessisse heredi ex postfacto existimabitur, sive per traditionem aliquid acceperit, sive stipulatus fuerit, sive quid ei donatum legatumve sit: <sup>e</sup> omnia denique quæ intermedio tempore acciderint, ex euentu <sup>f</sup> perinde habebuntur, vt tota scilicet potestas in legato sit heredis, totum periculum rei, totaque vtilitas ad heredem pertineat, ac si legatum non esset: quemadmodum à Iurisconsultis admonemur variis in locis: & similiter si heres legatum seruum deliberante legatario manumittat, mox repudiet legatarius; retrò competet libertas: <sup>h</sup> quamuis tunc demùm liber ostendatur, cum relictus sive repudiatus est à legatario; interim autem ad libertatem non perducatur (quam nec sub conditione quidem legatus consequi posset, vel nouo, vel etiam vetusto iure; ne legatario iniuria fieret <sup>i</sup>) sed amittatur ab eo, qui

a l. si tibi homo, §. cum seruus, D. de leg. 1.

b l. r. §. vtrum autem, D. si quid ex fraud. patr.

c l. si seruum filij, §. 1. D. de legat. 1.

d l. legatarius, §. 1. l. legatarij, 119. §. vlt. eod. tit.

e d. l. si tibi homo, §. c. cum seruus.

f Sic loquitur l. si exheredatus, D. ad Syllan. l. quedam, de reb. dub. l. qui res, in princ. §. rem autem, D. de solut. l. vt hereditibus, §. 1. aliàs est l. si Titius, §. 1. D. de leg. 2.

g l. nam sicut, D. ad l. Aquiliam, l. legatarius, §. 1. l. seruum filij, 46. §. 1. de leg. 1.

h l. 3. in princip. D. de manumiss. vind. l. 2. D. de manumiss. l. si miles Titio, D. de testam. mil. scripsi libro superiore cap. 21.

i l. seruum, D. de manumiss. l. generaliter, in fin. D. qui & a quib. manumiss. l. vlt. §. sed quia, C. cõmunia de legat.

a l. si cum optio, D. de ost. leg. l. 3. D. qui & a quibus manumiss. Vipia. in fragm. regu. siue Instit. tit. 1. §. communi- nē, & §. seruus.

b l. qui res, 98. §. rem autem, D. de solut. c l. quadam, 16. D. de reb. dub.

d l. 3. D. qui & a quibus manumiss.

e l. si fundum, §. si Titius, D. de leg. 1. l. si ita scrip- tum, §. 1. de leg. 2. l. si dies, 21. in princip. quando dies leg. vel fi- deicom. ced. & alibi nō semel. f Vide quae scri- pti lib. super. ca. 13. & 17. sub fin de hoc verbo pertinere.

g l. heredem, 59. l. hereditas, 62. D. de reg. iur. h l. cum p- tre, D. de nego. gest. l. si nemo, 2. §. testamento, D. de testam. iur.

i l. proinde, 8. de reb. c. ed. D.

k In glo. ad ver- bum, tui fiant.

eum ira manumissit, & seruus tanquam sine domino fit: a rei legata deliberante legatario facta ab herede traditio, repudiante postea le- gatario valebit ex post facto; ita vt retroducatur: tantundem est et si pecuniam hereditariam legatam heres crediderit: nam ex euentu, quemadmodum si non repudiau- erit legatarius, alienam pecuniam heres credit; ita post repudiationem legati, suam pecuniam vide- tur heres credidisse: hac ratione fit vt res dubia, & in suspenso retro- ducatur ex post facto, & appareat quid actum sit; atque ita nō fuisse nihil olim actum iam nunc omninō constet, cum in prae- teritum quid fuerit ex post facto declaratur, vt Paulus in alia quapiam facti specie loquitur. b Quae omnia cum perspicue tradantur a Martiano c in regularum libris, & huic, quam illustrandā suscepimus, regulam com- modissimē aprentur; omittere sciens non debui: ex iis enim satis ostenditur, quae ab aliquo abire possunt, vt legatum purum ab he- rede, si legatarius id aliquando agnouerit; proinde in eo statu esse interim, atque si perfecte plēnōque iure heredis foret, non eius con- ditionis vt abire possit. Et sanē quodlibet legatum etiam purum (nam de legato sub conditione expressa, vel tacita, vtputa cum optio data est relicto, d nullam esse prius dubitationem apparet ex iis quae su- perius diximus) quamuis ad legatarium dicatur pertinere aliquot locis; e hoc tamen ita intelligitur, vt delatum sit, & acquiri possit, vel repudiari, non vt iam acquisitum fuerit: f interim heredis est potius, qui additione hereditatis in omne ius defuncti successit, vt ipsius personam representet, eiusdemque sit potestatis; § quā legatarij; immō nondum est legatarij, donec agnitum fuerit: sicuti post- humo datus tutor, nondum tutor est, donec posthumus edatur; ita- que non nato posthumo, non dabitur tutela, sed negotiorum gesto- rum aduersus eum actio, siue legitimo, siue posthumi substituto: quamuis nato posthumo, in actione tutela vtrumque tempus venire constet; tam illud quo gessit antequam infans nasceretur, quā quo posteaquam natus sit. h

illi casui de legata pecunia ab herede credita deliberante legata- rio, qui postea legatum a se repulerit, nolueritque ad se pertinere, de quo ex Martiani regulis diximus; Pomponius ipse noster, cuius regulam interpretamur, alterum non ab similem, in quo mutui quo- que datio pendet, vt ex post facto confirmetur, praeposuerat: i istum scilicet, si dem tibi mutuos nummos, vt si conditio aliqua extiterit tui fiant, sisque mihi obligatus. Quem tamen casum ab illo altero eatenus distare Accursius k existimauit; qua in isto nummos interim esse numerantis dubitari non potest: in illo autem casu, legatarij po- tius, ad quem recta via dominium a testatore transeat; vt nec post aditam quidem hereditatem heredis id factum fuerit, quemadmo- dum ex Neratio traditur in l. a Titio, D. de furtis. quod aperte pugnat cum eo quod modō dicebamus, deliberante adhuc legatario: rem magis esse interim heredis videri, quā legatarij; nihilominus tamen verum est quod diximus, in omni genere legati (hoc est, non modō si per dānationem, sed etiam si per vindicationē relicto sit) quandiu

id

id scilicet agnitum non fuerit, hoc est, deliberante adhuc legatario; saltem ex antiquo iure, quod ab Iustiniano esse abrogatum negare nolim. a Neratius autem de illo casu loquitur, quo legatarius ad se iam legatum pertinere voluerit; cuius quidem etiam si purē, sed per damnationem scilicet, non vindicationis modo relicto foret (ex iure quidem Pandectarum, ante sublatam Iustiniani constitutione legatorum differentiam) non poterit nisi ab hereditate adita domi- nium videri translatum ex post facto ad legatarium; ita vt non re- trocurreret ad tempus mortis testatoris, aut apertarum tabularum: nec recta via a testatore; sed interposita heredis opera, qui legatum praestare a testatore iussus damnatus fuerat: b heres enim serui per damnationem legati, non minus quā per fideicommissum vniuer- sale, vel pecuniarium relicti, c ad eō dominus interim est; vt licet ser- uum propriū a testatore per damnationem legatum intereā manu- mittendo nō possit legatum interuertere, atque hactenus nihil agat d (sic enim Pauli locum accipiendum superiore libro admonui e) vt il- liter tamen & manumittat ipse, & manumittendi quem alienauerit, occasionem praebet; & ad aestimationem duntaxat teneatur: atque ita ipse responsum Martiani f accipi debere verius puto: ea denique ratione Iuliani responsum, quo agnitum legatum (id enim significa- tur his verbis per leptotem, *μείωρον* aut *ταπινοσιν* § prolatis, si non re- pulerit) legatarij esse intelligi ex die adita hereditatis dicitur, verum prorsus est; sed ita scilicet, ne tamen ulterius etiam retrocurrere ad mortem vsque testatoris ex iure antiquo & nouo, vel ex media Iu- risprudencia (quae Iurisconsultorū tempore obtinuit) ad diem aper- tarum tabularum (a qua die iuxta SC. circa legem Papiam factum cedere solita legata h) prohibeatur; illud (inquam) quod non per damnationem, sed alia ratione relicto foret. Ex eo sanē heredem esse legati interim dominum apparet, quod ipso iure seruitutes hoc casu confundi certum sit; quanquam has per exceptionem doli ex aequitate Praetor tueri soleat: i quod & in actione furti verum est in specie l. si seruus Titij, 73. D. de leg. 1. Distat planē vnus casus ab altero, quorum vterque a Pomponio tractatus est: quoniam in priore de mutui datione, vt nummi accipientis fiant, si conditio extiterit; exi- stente postea conditione, nihil est cur ad prae- teritum tempus retro- trahatur nummorum dominium, contra conuentionis mutui con- tractui adhibita legem. At in posteriore casu legatum omittente le- gatario, retrō videntur nummi, quos heres eo deliberante credide- rat, facti ex die adita hereditatis; atque ita recurrit ad prae- teritum tempus obligatio ex post facto, vt credita pecunia peti possit. Addit deique ex Iuliano Pomponius traditiones ab herede factas ad id tempus redigi, quo hereditas adita fuerit; cum repudiatum sit lega- tum, aut appositum: vbi propterea hereditatis adita meminit, quo- niam fructus ex fundo purē legato post aditam demum hereditatem ad legatarium, a quo percepti fuerint, pertinere, eos scilicet qui a re per damnationem legata profecti sunt actione duntaxat personali ex testamento, quae stricta est, sicuti ex stipulatu actio (in quam fructus,

a l. vlti. §. sed quia, C. com- mania, de leg.

b d. l. si tibi ho- mo, §. cum ser- uus.

c l. quidam ita, §. si quis filium, D. ad Senatusc. Trebel.

d l. heres, D. qui & a quibus manu- e cap. 17. 20. 21.

f l. si quis in qui- linos, §. cū ser- uū, D. de leg. 1. §. De qua figura videtis quae supe- riore lib. scripsi- mus, cap. 18. & 21.

h §. cum igitur, de caduc. toll.

i l. legatum, 119. §. vlt. D. de leg. 1. l. in omnibus, 18. D. de seruit.

nisi

a l. si filius fami-  
lias, §. vit. D. de  
verb. oblig.  
b l. nihil propo-  
ni, 125. §. 1. verfi  
fructus, D. de leg.  
at. 1.  
c l. quod seruus,  
39. D. de leg. 2.  
facil. Herenni,  
42. D. de vfur.  
Accurf. ad l. vit.  
C. de vfur. &  
fruct. leg.  
d l. omnium, 32.  
in princip. D. de  
leg. 2.  
e l. si nemo sub-  
bit, D. de regul.  
iuris.  
f l. 2. iuncta l. 1.  
& §. vit. l. 5. & l.  
7. §. vit. & l. seq.  
l. si habitatio, 9.  
l. si vfructus,  
in princ. & l. cu  
legato, 17. in  
princ. D. quan-  
do dies leg. ced.  
g l. heredis, 7. in  
princ. eod. tit.  
h in comment.  
de diuers. regul.  
iur. ad l. omnia  
quæ, 201.

l l. 1. §. quod ait  
Prator, volunta-  
re, D. quod lega-  
torum.  
k l. 1. §. decre-  
talis, P. de suc-  
cess. edito. l. 1.  
C. quando non  
preat. part. 1.  
pub. rem. C. de  
iure delib. l. is  
qui heres, in  
princ. & l. necis,  
in fin. D. de ac-  
quir. hered.  
l. l. traditionib<sup>9</sup>,  
C. de pact. vide  
quæ scripti ad l.  
id quod nostru,  
D. de reg. iur.

m l. 3. de vfuca.

n tit. 19. de do-  
min. & acq. ter.

nisi post litem contestatam, venire non solere traditur<sup>a</sup>) velut in ca-  
teris legatis ex antiquo iure; hodie autem & in illo, cum fructus  
post mortem testatoris percepti præstentur, non tamen ante aditam  
hereditatem petitio eorum exerceri posse incipiat; à Jurisconsultis  
responsum est. <sup>b</sup> Quod verò seruus legatus ante aditam hereditatem  
acquisiuit, quòdve ex fundo legato perceptum est, hereditati quasi-  
rum existimatur: <sup>c</sup> & quamuis legatum ante aditam hereditatem ce-  
dat; peti tamen neuiquam potest ab herede, nisi post aditam here-  
ditatem: nec verò ius est. Nam regulariter à Modestino in libris Re-  
gularum definitur, <sup>d</sup> omnia quæ testamento sine die vel conditione  
adscribuntur, ex die aditæ hereditatis præstari: & meritò quidem, ac  
optima de causa; cum possit legatum destituto testamento (cuius  
ob non aditam hereditatem vis omnis soluitur <sup>e</sup>) legatum non de-  
beri. Quamobrem ante hereditatis aditionem inutiliter legatum  
agnoscitur, aut repudiatur; quod nondum debetur, vt peti possit:  
quamuis interim ita dies cedat, vt quandoq; adita hereditate petitio  
heredi legatarij, præterquam in usufructu, vsu vel habitatione, serui  
libertate, vel legato quod ei legato relictum sit, detur: <sup>f</sup> & hoc est  
quod ait Vlpian. § heredis aditionem moram legati quidem petitioni  
facere; cessioni diei, non facere.

Cum igitur ante aditam hereditatem cedat quidem & transmit-  
tatur legatum, peti tamen non possit, sicut alibi <sup>h</sup> docuisse me recor-  
dor; quin et si voluntatem heres legatario accommodauerit, vt possi-  
deret ante hereditatem aditam, bonorumve possessionem agnitam;  
rectius dicatur, eam voluntatem heredi nocere non debere, vt quod  
legatorum interdicto experiri nequeat post aditam hereditatem:  
quinimò legatorum possessionem sibi restituendam asserat; <sup>i</sup> atque  
adeò frustra etiam repudietur quod nondum delatum est: <sup>k</sup> non abs-  
re de repudiatione, vel agnitione legati, quæ fiat post aditam heredi-  
tatem Pomponius loquitur: qui etiam ideò traditionum ex iusta sci-  
licet alicuius contractus causa factarum meminit; quoniam de ac-  
quisito legata pecunia, eiusdemque ex mutui causa per heredem  
credita dataque dominio antè disseruerat: traditionibus autem &  
vfructibus non nudis pactis rerum dominia transferri constat, &  
ab Imperatore rescriptum est. <sup>l</sup> Igitur tradita ab herede rei domi-  
nium ad id tempus redigi, hoc est, ex eo tēpore estimari ait, quo post  
aditam hereditatem ea res à legatario, vel repudiata, vel ex legati  
causa fuerit agnita, ipsique apposta, hoc est, acquisita. Eam enim ha-  
bere vim *Apponendi* vocabulum, Græcicè quidem, ac nouè forsi-  
tan acceptum, non dubito; quemadmodum *Adijciendi* quoque ver-  
bum, vt non malè vfructualem in libris nostris à Modestino <sup>m</sup> adie-  
ctionem, siue appositionem, hoc est, acquisitionem dominij dictam  
intelligimus; quam ab Vlpiano adeptionem in regularum vel Insti-  
tutionum fragmentis <sup>n</sup> definitur compertum est. *Adijcere, addere*, atque  
*apponere*, τὸ προσθέειν eandem prorsus vim habent. Itaque apud D.  
Marthæum 6. cap. *Querite primum regnum Dei, & hæc omnia adij-*  
*cientur vobis*, vt ex vulgata lectione Petrus Chrysologus refert  
extremo

extremo sermone 163. B. Hieronymus ad Heliodorum <sup>a</sup> vertit, *ap-*  
*ponentur*; vbi Græcum authenticum, καὶ τὰ αὐτὰ πρὸς ἐθελοῦν ὑμῖν.  
Posset quis etiam, *Addentur*; exponere: nam addendi verbum hac  
significatione Imp. vfructu comperi: <sup>b</sup> *Siquando aut alicuius pu-*  
*blicatione, aut ratione iuris aliquid rei nostræ addendum est, ritè atque*  
*solemniter incorporatio impleatur. Addendum* quippe est, *Apponen-*  
*dum, adijciendum, acquirendum*. Et ita quoque *Appositi* vocabulum  
apud Senecam pro acquisito adiunctum legere memini; quo lo-  
co, <sup>c</sup> *Qui gratus est, quid sequitur? vt hæc res illi alios amicos, alia bene-*  
*ficia conciliet? quid ergo si quis sibi offensas concitaturus est? si quis in-*  
*telligit adeò per hoc se nihil consequuturum, vt multa etiam ex apposito,*  
*acquisitòque perdenda sint; non libens in detrimenta descendit?* Nec ta-  
men nescio in recentiore Mureti Romana & Parisina editione legi;  
non, *Apposito*, sed *Reposito*, ex Pintiani quodam codice manuscri-  
pto: sed cur nos dudum receptam, è manuscriptis quoque desum-  
ptam (vt est probabile) lectionem; nec minùs fortè, quàm illa sit  
altera obsoleta, vetustam, tam facillè immutamus, atque improba-  
mus: nisi quod vim eius atque potestatem non satis percipimus; &  
quod alibi legisse non recordamur, temerè nimis, quia rarum, & no-  
bis incognitum propterea deprauatum, atque mendosum esse suspi-  
camur, auguramur, hariolamur? Atqui apud Senecam liber Lugduni  
à Gryphio editus anno 1555. & Germanicus etiam vetustior habent  
perspicuè scriptum, *Apposito*. Cur in Pandectis (quæso) contra Flo-  
rentinarum vetustissimarum auctoritatem, ex ingeniosa scilicet Ruf-  
sardi cuiusdam castigatione, post signiferos suos Baronem, & Dua-  
renum (à quibus olim sibi Cuiacius quoque noster <sup>d</sup> imponi adeò  
passus est, vt pro germana istam velut è Florentino codice lectione,  
nescio què, assereret) *Acquisito* legere, quàm *Apposito* malumus?  
*Appositi* quidem vocabulo contraria sunt *remotum, sepositum, atque*  
*depositum*: quamobrem paulò antè Seneca dixerat, *Sed id propter se*  
*expeti dicitur, quod quamuis habeat aliqua extra se commoda, sepositis*  
*quoque illis, ac remotis placeat*. Deponere autem esse deminuere, vel  
amittere, atque vt contrarium acquirendi verbo ab Vlpiano <sup>e</sup> vfructu  
patum iam olim obseruauit; vbi ex Iuliano, *Non pauperiorem fieri* (ait)  
*qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuerit* (hoc est) *demi-*  
*nerit*, sicut alio loco Iurisconsultus <sup>f</sup> loquitur: cum & ipse Vlpianus  
alibi <sup>g</sup> *depositionem patrimonij* dixerit, quæ ab aliis *deminutio*, à Mæ-  
tiano <sup>h</sup> autem Iurisconsulto *bonorum decessio* nuncupatur. Itaque sua-  
deo, id quod etiam togatis auditoribus nuper <sup>i</sup> in solempni purpura  
ostendebam; vt apud Iurisconsultum vetustam lectionem retinea-  
mus, & *Appositum* προσθηκῆν, *admotum, additum, adiectum, acquisitum*  
(si videtur) explicemus: vult enim Pomponius post Iulianum eo  
loci traditionum ab herede factarum, quantum ad res legatas attinet,  
vim, effectum, atque ius, pendere ex agnitione siue appositione, aut  
etiam ex repudiatione; quæ à legatario vtiliter, hoc est, post heredi-  
tatis aditionem, atque ita tempore congruo facta sit; quæ alioquin  
herede adhuc deliberante facta, prorsus vana, & inutilis foret. Ex

a Epist. 7. de lau-  
dibus vitæ solit.

b l. si quando, C.  
de bon. vacant.  
lib. 10.

c Cap. 20. lib. 4.  
de benef.

d In cap. 7. lib.  
2. Obser.

e l. si sponsus, §.  
si maritus, D. de  
donat. inter vir.  
& vxor.

f l. non fraudā-  
tur, 134. D. de di-  
uers. regu. iur. &  
l. qui autem, in  
princ. D. quæ in  
fraud. cred.

g l. 3. §. sed si ad-  
iectu, D. de an-  
nuis leg.

h l. pœnales, §.  
honoraria, D. ad  
l. Falc.

i Arrestis gene-  
ralibus in Sena-  
tu Tholosano  
pronūciatis sub  
festum Natali-  
tiorum Domini  
anno 1591.

postfacto igitur traditiones ab herede factas, quæ usque ad tempus agniti, vel repudiati legati dubiæ, atque in suspenso fuerint; sed ita tamen ut pro validis tanquam ab herede interim domino habitæ censerentur (sicuti supra monui) aut confirmari, si repudiatum legatum penes heredem remanserit, aut conuelli agnito legato: & ita quidem confirmari, vel infirmari; ut vis & effectus electionis, siue voluntatis legatarij retrotrahatur ad tempus aditæ hereditatis; nõ tantum ut ex die repudiationis valere traditiones, aut ex die agnitionis corruiere incipiant: cum etsi quod pendet interim non habeatur, pro eo quasi sit ( quantum ad nouum extero legatario, putà, quærendum dominium attinet ) attamen ubi de continuatione dominij à defuncto ad heredem in ius omne illius succedentem transferendi agitur ( ad quem ipsa etiam possessio defuncti, licet plurimum facti habeat, <sup>a</sup> quasi coniunctim descendere, ac plerumque nondum hereditate adita compleri dicitur: omnem enim hereditatem, quauis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuari verum est, ex iuris regula <sup>b</sup> ) quod ab herede abire potest proinde accipiatur interim, atque si nunquam abscessurum esset: idèoque tanquam perfectè plenòque iure dominus, de re aliquando forsitan abscessura, ut sua, rectè vtiliterque testetur, aut contrahat; quamuis alioqui non videatur perfectè cuiusquam id esse, quod ex casu ipsi auferri possit; quemadmodum à Caio <sup>c</sup> regulariter definitum, suòque loco diligenter à nobis explicatum fuit.

Porro sicut superiore casu apud Pomponium ad tempus hereditatis aditæ redigitur, quæ pendet ex repudiatione, vel agnitione legati obligatio; sed ita tamen ut retrotrahatur: sic alio casu ( quem explicare propter summam, quæ grauissimos quosque Iurisconsultos perculit, difficultatem, operæpretium arbitror ) apud Venuleium pendet obligatio ex stipulatione, quam iacente hereditate seruus hereditarius, aut captiui seruus, quandiu dominus apud hostes est, interposuerit; & aded pendet, ut nullam vim habitura sit stipulatio, nisi adita hereditas sit, quasi conditionem habeat: quod & in seruo eius qui est apud hostes, verum esse Paulus tradit. <sup>d</sup> Meritò sanè, tanquàm mortuo stipulatio quæri non potuerit: <sup>e</sup> in omnibus autem partibus iuris, qui non est reuersus ab hostibus, quasi tunc decessisse videatur cum captus est; <sup>f</sup> & retrò adita hereditate, reuerso ab hostibus domino conualefcit, atque ad tempus habitæ contractus retrotrahitur stipulatio, quæ obligationem parit non minùs quàm quæ liberationem acceptilatio; reuerso, inquam, domino, vel adeunte hereditatem eo qui scriptus est, confirmatur obligatio; sicut etiam liberatio ex acceptilatione facta à iacentis hereditatis, vel captiui seruo, ut idem ipse Paulus alio in loco <sup>g</sup> docet. Agendi tempus è stipulatione illa serui, tam aduersus principalem reum, quàm aduersus fideiussores, utrùm interim cedat quaritur. Diximus iam antè, pendere obligationem: quoniam igitur ex obligatione huiusmodi cum agere nemini liceat, quoniam in suspenso est, ac proinde non est quasi sit: agendi tempus cuiquàm dicemus cedere? Nam aut nulla futura est obligatio; aut

<sup>a</sup> l. denique, D. ex quibus caus. maior.

<sup>b</sup> l. omnis hereditas, 138. l. omnia, 193. D. de diuers. reg. iur.

<sup>c</sup> l. omnes, 139. §. 1. D. de diuers. reg. iur.

<sup>d</sup> l. interdum, 73. §. si seruus, D. de verb. oblig. adde l. si seruus, §. seruus captus, D. de stip. ser.

<sup>e</sup> l. eius cui, §. quod si stipulatus, D. de rebus cred. l. si seruus, §. seruus captus, D. de stip. ser.

<sup>f</sup> l. in omnibus, D. de capt. & postlim. reuers. §. l. si species, §. vlt. D. de accep.

aut certè ad reuersum dominum iure postliminij atque ad heredem agnita, & adita hereditate actio pertinebit: cum penes seruum constitisse obligatio, intelligi nullo modo possit: quæ nulla potest in seruilem personam cadere, <sup>a</sup> ut frustra iudicio sistendi causa vel stipuletur, vel promittatur; <sup>b</sup> sed statim quàm dominus aliquis apparet, ei retrò quaesita hoc serui ministerio: & ita quidem ut ( iuxta ea quæ superius diximus ) ad diem interpositæ ab ipso stipulationis retroducatur propter iuris ciuilibus fictionem; per quam reuersus ab hostibus in ciuitate retrò mansisse creditur: <sup>c</sup> heres itidem quamuis hereditas diu iacuerit; attamen quandoque ipsam adeundo, iam tunc à morte successisse defuncto intelligitur. <sup>d</sup> Propterea nimirum dicebat Vlp. <sup>e</sup> cum nisi dierum vtilium nulla sit præscriptio, qui non aliter intelliguntur, quàm si experiendi potestatem aliquis habeat; non sufficere reo, quod secum experiendi potestatem facit: vel enim habet qui se idoneè defendat, nisi actor quoque nulla idonea causa impediatur experiendi: quamobrem ei qui apud hostes esset diem agendi non cedere. Bene igitur & ex vera meraque iuris disciplina Cassius apud Venuleium, <sup>f</sup> non ex die stipulationis à seruo ( qui sibi rectè, itemque simpliciter, hoc est, impersonaliter, vel etiam domino capto ab hostibus; itèque hereditati, vel futuro heredi: dummodò non nominatim, hoc est, non proprio, sed appellatiuo nomine, stipulari potuit ) interpositæ; sed ex quo cum reo principali, fideiussoribusque agi potuerit ( à domino scilicet: post aditam demùm hereditatem, aut reditam ab hostibus ) diem agendi cedere ipsi definiuit. Quam sententiam, frustra est Accursius, qui ad seruum referendam censuit: quia tunc seruus conuenire, vel conueniri non possit; & idè si seruus iudicio sistendi causa, ut ipse litigaturus, vel ab alio stipulatur, vel ipse promittit, nec committatur stipulatio, nec fideiussores teaneantur. <sup>h</sup> Frustrà Goueanus & Hotomanus, frustra etiam Antonius Faber commoti contrario ( ut existimarunt ) Iaboleni responso in *l. si seruus hereditarius, D. de diuers. & temporalib. præscript. ut ille quidem* <sup>i</sup> duos extremos versus audenter satis ( ne dicam confidenter ) tanquam spurios à Venuleij responso resciderit: alter <sup>k</sup> hoc ipsum probat, vel pro, *id est*, negatiuum articulum substituerit: tertius <sup>l</sup> verò Cassij sententiam à Venuleio referri, non etiam probari; nec verò sequendam esse, quæ à iure aliena sit, existimavit. Atqui Iabolenus Cassianum responsum neutiquam impugnat; quod & Cuiacio nostro visum: quanquam is aliam conciliationis viam iniit, in suis illis obseruationibus <sup>m</sup> eruditissimis, vnum de reis, alterum de actoribus loqui existimans, nec ( meo quidem animo ) satis comprobans. Ego sic statuo, Iabolenum de ea facti specie non loqui, cum principali & accessoria simul obligatio, à seruo captiui vel hereditatis iacentis quaesita est, sicuti Venuleius fecit; cum & stipulationis, & præterea fideiussorum acceptionis meminit à seruo factæ, quo tempore nullus est: <sup>n</sup> sed de illo casu, quo iam antea vtiliter à domino con-

M 2

hereditarius, 52. D. de hered. nstit. definitur hereditarium seruum posse institui heredem; si modò testamenti factio fuit cum defuncto, licet cum herede instituto non sit. Cæterum circa seruum hereditarium

<sup>a</sup> l. in personam, 22. de reg. iur. b. l. quoties, l. seruus, D. si quis cautio. notaui ad l. cum seruo, 107. D. de regul. iuris.

<sup>c</sup> l. in bello, §. facti, vers. cetera, D. de capt. & postlim. reuers. l. retrò, eod. tit.

<sup>d</sup> l. heres, 54. de acquir. hered. l. omnia, 193. de regul. iur. l. si ex re, §. vlt. D. de stip. ser.

<sup>e</sup> l. i. D. de diuers. & temp. præscr.

<sup>f</sup> l. si seruus hereditarius, D. de stip. ser.

<sup>g</sup> l. seruus hereditarius, l. si seruus communis, in princ. §. seruus captus, & l. si ex re, §. vlt. & l. seruus hereditarius, 35. l. quod seruus, D. de stipul. seruar.

<sup>h</sup> l. quoties, D. si quis caut.

<sup>i</sup> Gouean. lib. 2. var. lect. cap. 31. k. Hotom. lib. 3. Obseru. cap. 19. l. lib. 4. coniect.

<sup>m</sup> Cap. 38. lib. 16. & cap. 9. lib. 15. ex l. 5. in princ. & l. 10. D. ut legat. no. cauea.

<sup>n</sup> l. eius, 64. de hered. nstit. atqui seruum hereditarium non esse sine domino, quoniam hereditas ex iuris ciuilibus fictione domini loco sit, colligitur ex l. si ante aditam, 16. D. de interrog. ad. & l. mortuo, D. de fideiussor. ubi traditur eam personæ vice fungi. Et personæ quidem; defuncti scilicet, non heredis. Vnde in l. seruus

nihilominus hoc quoque; à nostris traditum sciro; nullum esse dominum in cuius persona de capacitate quæri possit. l. si mihi & Titio, 57. §. 1. D. de legat. 2. a l. mortuo, 23. de fideiuss. d. l. si ante aditam, 16. de interrog. act. & d. l. 52. de her. instit. b l. hæcenus, in princ. D. de constit. pecun. c l. nouatio, D. de nouat. d l. cum hereditas, C. de depositi. e l. in eo, in fin. & l. seq. l. hereditas in multis, D. de acqui. rer. domi. l. ususfructus, D. de sti. fer. f l. seruus, 52. de hered. instit. facit d. l. 16. D. de interrog. act. g l. nihil dolo, 129. §. 1. l. cum principalis, 178. D. de diuers. regulis iur. h l. fideiussores, 69. l. quinque, l. si Stichum, §. 1. l. si testamentum, l. Vranus, antepen. §. sed cum dup. D. de fideiuss. l. 4. C. eod. l. ult. de pact. l. si eum, §. qui iniuriarum, D. si quis caur. l. si ex pluribus, D. de accepti. l. in omnibus, 43. de solut. k l. si quis, 38. D. de fideiuss. l. 1. 2. l. si petitor, 8. D. iudicatum solui. l. cum quærebatur, 13. §. proinde si forte, eod. tit. m l. Græcè, §. illud, & §. idem Iulianus, l. si qui, 35. l. si testamentum, 50. §. ult. D. de fideiuss. n l. fideiussor, eod. tit. o l. exceptiones, 7. D. de except. l. omnes, eod. tit. l. si stipulatus, 16. in princ. l. ex persona, 33. de fideiuss.

tracta obligatione principali; seruus ipso defuncto postea, vel hostium potito & captiuo, accessoriam (quæ à principali, firma & stabili sustinetur) obligationem fideiussorum, hereditati iacenti acquisierit: cum ait, si seruus hereditarius, aut eius qui in hostium potestate sit, satis acceperit; nulla stipulationis, hoc est, principalis antehac scilicet constitutæ habita mentione; quo casu ait Iabolenus, continuo diè satisfactionis cedere incipere. Merito sanè: nam quem admodum mortuo reo promittendi, etiam ante aditam hereditatem fideiussor accipi potest, quia hereditas personæ vice fungitur, ut Florentinus auctor est<sup>a</sup> (qua etiam ratione valere constitutum, si quod constituitur, debitum sit; etiam si nullus appareat, qui interim debeat, Vlpianus docet: b utputa si ante aditam hereditatem debitoris, inquit, vel capto eo ab hostibus constituat quis se soluturum; nam & valere constitutum Pomponius scribit; quoniam debita ea pecunia constituta est) adèd vt morte promissoris, à quo nouandi animo stipulatus est creditor; non extinguatur stipulatio, sed ad heredem transeat, cuius personam interim heres sustinet: c sic quoque nihil impedimento est, quò minus mortuo reo stipulandi etiam ante aditam hereditatem fideiussor possit accipi; cum nulla sit ratio, quam obrem hereditas ad debendum potius, quàm ad acquirendum personam dominij sustineat. Et sanè agi depositi posse ab herede ob res ante aditam hereditatem à seruo hereditario commendatas rescriptum est. d Et seruum hereditarium rectè stipulari, & per traditionem accipere, atque acquirere, præterquam hereditatem aut usufructum, posse non dubitatur. e

Quando igitur sustinente vicem defuncti hereditate, f cedit tempus, intra quod experiri defunctus debuit; dies (inquam) principalis obligationis cedit, qua obligatione nõ consistente, sed deficiente, non possit habere locum ea quæ sequitur; secundum illam iuris regulam de qua duobus ad vltimum Pandectarum titulù locis § abundè diximus: accessoria itidem obligationis hereditati per seruum acquisita dies cessura est. Vnde cum liberatio rei, quæ transactione, pacto, solutione, acceptilatione, confusione, reuè morte fir; non possit non prodesse fideiussoribus: h & generaliter in omnibus speciebus liberationum etiam accessiones liberari constet: i si præscriptio aduersus creditore cœpta, eo mortuo, captiue ab hostibus debitori principali cucurrerit, atque impleta sit; ipso ita liberato, fideiussores quoque, qui post transactionem tempus inutiliter darentur, nec obligarentur; k medio tempore post obitum, aut captiuitatem creditoris acceptos, liberatum iri nemo dubitabit. Nam & lite mortua fideiussores ex stipulatu iudicatum solui, non teneri constitit; l & quemadmodum fideiussores (cum in duriores causam ex forma iuris accipi non queant m) antequàm reus debeat, conueniri ratio non finit: n sic neque posteaquàm reus debere deserit. Rei enim coherentes exceptiones, etiam fideiussoribus prodesse à Iurisconsultis traditur; o

&

& omnes exceptiones, quæ reo competunt, iis quoque etiam inuito reo competere. Igitur apud Iabolenum, cum iam per se subsistat principalis, à domino viuo adhuc aut integri status, vtiliter quasita obligatio; cuius dies iam cœpit cedere: metiemur ex ipsius natura & statu, accessoriam fideiussorum à seruo captiui iam, aut mortui quasitam obligationem, quæ illa nititur; ac proinde durior esse, quàm illa sit, vel durare amplius non debet: sed huius dies ita cum illius die cedere, ne extendatur fideiussorum obligatio; & longiore ipsi quàm reus tempore obligati maneant: quod æquitatem habet longè maximam; nec suam illi Cassianæ sententiæ (in diuerso casu scilicet) apud Venuleium fidem abrogat. Apud Iabolenum consistit, ac viget vtraque obligatio; & nihil est quod pendeat. Apud Venuleium in suspensio est; & reditus ab hostibus, aut aditionis hereditatis euentum expectat: ex quo ita statù capit, vt sine ipso nulla omninò futura sit, quod notandum, nec ab aliis traditum puto. Nec tamen hoc dico, tanquam sit inutilis serui hereditarij stipulatio: quinimò & acquirat obligationem hereditati, vel ex stipulatu, vel ex mutuo, si pecuniam numerauerit; vel ex pignoris, aut precarij causa, & alia qualibet, quæ posse intercedere Iulianus docet: a atque ab obligatione à defuncto domino, vel eo, qui est captus ab hostibus liberationem per acceptilationem; quæ iacente adhuc hereditate, dominove nondum reuerso intercesserit: adèd quidem, vt hereditas interim ipsa liberetur, vt Paulus tradit, b qui iure postliminij confirmari quoque acceptilationem, quæ domino apud hostes constituto facta sit, admonet: nam & stipulari ei qui apud hostes esset, seruum posse. Verùm hoc etiam si ita se habeat, non efficit quo magis agendi dies cedat in specie d. l. si seruus hereditarius; donec extet qui experiri possit, vel dominus reuersus, vel defuncti heres. Hæc omninò habui, quæ de ista iuris quaestione pergraui (vt arbitror) atque inter Iurisconsultos etiam recentiores valde controuersa, longè aliter quàm ipsi aliivè hæcenus fecerint, dissererem. Vtinam tam dilucidè, ex eruditorum hominum opinione; quàm ex voto meo copiosè, ac iuxta meram verustorum ciuilibus iuris auctorum prudentiam probabiliter si non verè: quod vtiq; plerosque omnes eius disciplinæ studiosos ita existimatos esse (qui eam modò ex fontibus ipsis limpidißimis, non è turbidis vulgariis interpretum lacunis potius, quàm riuulis hauriendam sibi duxerint) cur sperare ac polliceri mihi non debeam, minimè video.

a l. qui à seruo, D. de act. & obl.

b l. species, §. ult. D. de accep.

### S V M M A.

Tractatus partim ethicus & physicus: partim nomicus atque criticus siue correctorius.

Per metum haud vanū extorta rescindi. Cruciatu longioris metus maior, quàm mortis: cum ab alijs tum à Prudentio; qui fortasse castigatur. De fame, Marcellino etiam emendato. De metalli pœna quidpiam. Grauior item infamia & existimationis metus, quàm mortis, apud bonos: sed presentis non futuri habetur in iure ratio. Parentes magis in liberis terri et torqueri; præter Iurisconsultos, prolata elegantissimis testimoniis, vt aliorum quorundam, ita Chrysologi, qui aliquot locis



obiter emendatur. Liberos velut partes quasdam parentum: eaque de re veterum notari loci; in quibus vultus B. Pauli. Ledi & offendi parentes in liberis. Castigatio interim Chrysostomo. Parentes in posterum vivere. Ideo propter parentum scelera plecti à Deo liberos; atque in his ita illos puniri: & quo sensu id accipiendum. Item & illud, Filios non debere luere iniquitatem patrum, nec patres filiorum: examinata ratione legis qua aduersus perduelliones eorumque liberos pœnam statuit; & illustrato Dionysij loco, circa dissimiles parentibus liberos, & circa leges Græcorum que hos ob illorum admissa puniant. Exposita l. sanctimus, C. de pœnis. Persarum & Macedonum leges de liberorum & propinquorum rei perduellionis pœna, qua & apud Romanos in perditorum liberos tanquam precipuas illorum partes nonnunquam usurpata. Ecquid soboles parenti similis à natura, disceptatum. Proverbum ab Aristotele allatum Poëta vetusto Clementem Alexand. tribuere. Scruus pars Domini, vt filius patris. Maratocuprenorum grassatorum extincti liberi cum parentibus sub Valentiniano & Theodosio. Ratio publicationis bonorum in pœnis, vt liberorum egestatis ipsa cogitatio damnatos affligeret. Ergo eamuis punitos legibus ob delicta parentum liberos: sicut è contrario ipsos ob eximia parentum merita premijs affectos: perduellionis liberis quatenus in usu Gallici fori adimantur bona. Affectus parentum in liberos; de quo restitutus apud Chrysologum locus vnus & alter apud Cyprianum: Animalia ipsa bruta foetuum curam gerere, secusq; ab ipsis admissa ignoscere. Connuere parentes ad delicta liberorum. Deum optimum patrem ea humano genere condonare. Pulcherrima Ephreni ea de re allata verba. Filij, quatenus membra & partes parentum: è Saluiano, Aristotele atque Iuliano Cesare; cuius de Pelopidis & Sparti siue Serpentigenis illustratur, & castigatur locus. Exempla parentum qui filios male merentes & in eadem suam conspirantes morte mulctarunt, explicato Plutarchi loco.

## CAPVT VIII.



**M** errantis aut ignorantis nulla sit voluntas, nullus consensus; errare autem dicamus & eum qui metuit, quoniam in metu insit & ignorantia: a ideoque metum consensui maximè contrariū esse constet (qua de re tota duobus b commentariorum ad iuris regulas locis, à me fusiùs disputatum atque tractatum memini) propterea si iusto, maioris mali, hoc est, mortis vel cruciatus corporis metu (quem nō iactationibus tantum vel contestationibus, sed atrocitate facti probari conuenit; c cum vana timoris nulla sit excusatio d) venditionem, aliamve alienationem quampiam aliquis mihi extorserit; & actionem ex edicto Pratoris de eo quod metus causa gestum erit, & vtilem quoque in rem actionem datum iri, non dubitatur. e Ac de cruciatus quidē Iurisconsulti optimè: quando mortis metum nō tantum esse, quantum tormentorum, Tertullianus f ipse noster memorat: adeo quidē, vt fuisse olim constet non paucos, qui longos cruciatus mortis compendio vitare maluerint. g Quod spectat istud Aurelij Prudentij, h in D. Laurentium;

*Sed non volenti impertiam,  
Præstetur vt mortis citæ  
Compendiosus exitus:  
Perire raptim non dabo.  
Vitam tenebo, & differam  
Pœnis morarum iugibus: (vbi moratam, malim)  
Et mors inextricabilis  
Longos dolores protrahet.*

Ipse

a l. item si cum exceptione, l. 4. §. in hac actione, D. quod metus caus.  
b ad l. id quod nostr. 11. & ad l. nihil consensui, 116.  
c l. metum, C. de his qua vi metusve caus.  
d l. vni, 184. D. de reg. iur.  
e l. 3. l. 4. l. si donationis, C. de his qua vi, metusve causa gesta sunt. l. metus, 9. §. volenti, D. eod. tit.  
f in lib. ad Martyres.  
g Vide B. Hieronymum ad Innocentium de muliere septies idæ, epist. 49.  
h Hymno 2. de 2. 5. 47. 107.

Ipse D. Augustinus alicubi a de eodem agens Martyre; Non enim occisus est citò, sed cruciatus est in igne: diu viuere permissus est; immò non diu viuere permissus est, sed tardè mori compulsus est. Acerbissimam crudelitatem esse, qua trahat pœnam, dicebat Seneca; b & misericordie genus esse citò occidere, quia tormentum vltimum finem sui secum adfert, quod antecedit tempus maxima venturi supplicij pars est, &c. Et cum à cruce dictum sit cruciatus nomen, nō tam vitæ ademptione, quàm lenitudine mortis; dolbrumque grauitate continuata id supplicij genus asperrimum, atque crudelissimum existimatum B. Augustinus memorat: vbi de salutifera Christi cruce, sic ferè; c Illa morte pœnis nihil fuit, inter omnia genera mortium. Denique vbi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocatur à cruce nominatus: pendentes enim in ligno crucifixi clauis ad lignum pedibus, manibusq; confixi producta morte necabantur: non enim crucifigi hoc erat occidi, sed diu viuebatur in cruce; non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur: & quoniam famem ferro sauiorem esse Vegetius d tradit, quam genus mortis nō inanisimum, sed immanissimum (sic enim lego) Marcellinus e nominat: vnde apud Hieremiam in Threnis: f Melius fuit occisus gladio, quàm interfectus fame; quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ: cum ad excidenda metalla in steriles grauiorisque aëris insulas damnati olim pœnæ causa relegarentur; propterea (vt arbitrator) metalli coërcitionem, que proxima morti pœna dicitur à Callistrato g (quam & inter mediocrium delictorum pœnas à summis supplicij distinctas Paulus lib. 5. rezeptarum sententiarum h retulit) grauiorem esse ipsa pœnali morte censuisse videtur B. Ambrosius i cum ad Theodosium Imperatorem ita scribit; k catenatorum ordines innumeros spectent de Christiano populo, vt captiua videant colla plebis fidelis, vt condantur in tenebras Dei seruuli, vt feriantur securibus, dentur ignibus, tradantur metallis, ne pœna citò transeat.

Porro autem ex iuris antiqui regula, k cui damus actiones, eidem exceptionem competere multò magis quis dixerit. Quamobrem ei qui metum passus est, exceptionem rei suæ tuendæ accommodari nemo non fatebitur; meritoque ac illi regulæ conuenienter, fuisse ab Diocletiano & Maximiano Imperatoribus in hæc verba rescriptum; l Si quidem Zenoni stipulanti mortis vel cruciatus corporis territus timore spondidisti, aduersus experientem exceptione proposita defendi potes. Iidem alio loco m actionem quidem nasci ex subdita contractui stipulatione, licet metu adhibito; per metus tamen exceptionem debere petitionem submoueri significant. Atque hoc est quod dicitur n ex Pomponio, in negotiis quidem perfectis & exceptionem interdum & actionem competere; in imperfectis autem solam exceptionem. Quod de morte aut cruciatus corporis diximus, hoc & ad seruitutem, o ad vincula, seu carcerem; p sed & ad stuprū infamiamq; omnem protrahi debet: vt horum metu iusto non vano; nec futura: sed presentis rei, quod gestum sit, hoc ratum Prator non habeat; praesertim cum viris bonis iste, siue stupri, siue infamiae metus maior quàm

a Tractatu 27. in Ioannem.  
b Lib. 2. de benef. cap. 5.  
c Tractatu 36. in Ioan. de c. 8.  
d Cap. 3. lib. 3.  
e Lib. 25.  
f Cap. 3.  
g l. capitulum, in princip. D. de pœnis.  
h tit. 17. de abolitio.  
i Ad si. epist. 29.  
k l. inuitus nemo, 156. §. cui damus, D. de reg. iur. cui exemplū ex iis qua sequitur petas licet, quod ibi omisimus.  
l l. si quidem, 9. C. de cotrahen. vel commit. stipulat.  
m l. 5. C. de inutilib. stipulat.  
n l. metum, 9. §. sed quod Prator, D. quod metus causa.  
o l. 4. D. quod metus causa.  
p l. qui in carcerem, 22. cod. tit. in princ. & §. si foenerator.

a l.isti quidem.  
8. §. penult. D.  
quod met. caus.

b Lib. 5. recept.  
sent. tit. 23.

c Lib. 6. cap. 1.

d Lib. 1. Æthiop.  
sub init.

e l. nec timo-  
rem, in princip.  
eod. tit.

f d. l. nec timo-  
rem, §. vlti. & l.  
metum, in prin.

g Lib. 2. Fasto.  
ad finem.

quàm mortis esse debeat, vt Paulus <sup>a</sup> scribit. Vnde qui quæve stuprum vt à corpore suo propulset, aut illatum illicò vindicet, admittit eadem; is nimirum eave iure facit, aut veniã certè promeretur: *Qui latronem eadem sibi inferentem; vel alium quemlibet stuprum inferentem* (ait Paulus <sup>b</sup>) *occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit. Quam sententiam à præstantissimo Cuiacio Augustini auctoritate ex lib. 1. de liber. arbitrio confirmatam; duobus veteris memoriæ adhibitis exemplis, illustrare iuvat. Apud Valerium Maxim. <sup>c</sup> C. Marius Imperator Clusium sororis suæ filium tribunum militum à Cælio Plotio manipulario milite iure cæsum pronunciauit: quia eum de stupro compellere ausus fuerat, quod & à Cicer. pro Milone, atque à Plutarcho in Mario proditum. Chariclæa igitur apud Heliodorum <sup>d</sup> Æthiops latrones luteos tanquam cæsorum manes ita compellabat: *ἔμωλ' εἰδωλὰ τῶν κερμαίων ἐστὲ φησὶν ἐν ἡλίῳ παρασχεῖτε ἡμῖν. οἱ μὲν γὰρ πλεῖστοι χερσὶ ταῖς ἀλλήλων ἀνιρροσθε. ὅσοι ἢ πρὸς ἡμῶν, ἀμύων νόμον ἢ ἐκδίκλας τ' εἰς σωφροσύνην ὑβρεως περιπόθει:* *Contra fas nobis molesti estis* (inquit) *qui vel mutuis vulneribus concidistis, vel à nobis ultionis ac defensionis iure ( dum propulsare oblatum corpori pudico vitium, atque contumeliam nitimur) hæc perpepsi estis.* Caterum Pauli verbis illis non obstat, si exponatur vt oportet, quod ex Padio Vlpianus <sup>e</sup> retulit; infamiæ timorem aut alicuius vexationis edicto prætoris, non contineri, vt restituatur quod eius occasione gestum est: nec enim de præsentem ( vt quidem sentio; non ignorans tamen quid secius Accursio videatur, vt hos inter se locos conciliet) sed de futuro infamiæ, aut vexationis metu, qui vanus scilicet existimatur, sensisse Pædium; ea quæ Iurisconsultus ibi subiicit, manifestum faciunt: aded quidem vt qui in furto vel adulterio aliòve flagitio deprehensus aliquid dederit, sève obligauerit; vt cum potuerit vel non iure occidi ne cadatur, aut etiam ne prodatur qui proditus ea pati potuerit, ei per edictum succurri: metum autem accipere præsentem debere nos, non inferendi eius suspicionem ( auctore Pomponio) definiat. <sup>f</sup> Præsentem verò infamiæ metum edicto Prætoris comprehendere nemo sanus negauerit. Equidem factum Lucretiæ illius Romanæ, quæ minis adulteri Tarquinij fracta ipsi succubuit: non tam ob intentatam ipsi necis, quàm ob infamiæ metum ex adulterij crimine ( cuius criminis eam se Tarquinius delaturum prædicarat) veniam meruisse, his versibus elegantissimis Ouidius <sup>g</sup> testatus est:*

*Instat amans hostis pretio, precibusque, minisque:*

*Nec prece, nec pretio, nec mouet ille minis.*

*Nil agis; eripiam, dixit, per crimina vitam,*

*Falsus adulterij testis adulter ero.*

*Interimam famulum, cum quo deprensa fereris:*

*Succubuit famæ victa puella metu. Et statim,*

*Dant veniam genitor facto coniuxque coacto:*

*Quam, dixit, veniam vos datis, ipsa nego.*

Sanè quantò carior his qui boni bonis prognati sunt & liberaliter educati,

educati, honos, bonaque fama seu *επιτιμία* <sup>a</sup> quàm vita est; tantò maiorem grauioremque iis existimationis quàm vitæ iacturam ipsam ei. sive merum conuenit: qui vbi nos cœpit, iam videri quidpiam sponte fecisse non possumus. Idque ipsum multò minùs si propulsi à capite liberorum instantis periculi, à corpore, stupri vel doloris alicuius grauioris ergò, quidpiam promiserimus, fecerimus. Paulus <sup>b</sup> quidem ille noster ea quæ ad edictum quod metus causa pertinere monuerat, nihil interesse adiecit in se quis veritus sit, an in liberis suis; cum pro affectu parentes magis in liberis terreatur: vt ille Philodamus à Verre, ac Rubrio apud Ciceronem, <sup>c</sup> cuius hæc verba sunt: *Quod vbi ille intellexit id agi, atque id parari, vt filia suæ vis afferretur; seruos suos ad se vocat, bis imperat vt seipsum negligant, filiam defendant.* Quamobrem D. Adrianus rescripsit, eum qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, esse dimittendum, vt Marcianus auctor est. <sup>d</sup> Illud porro Iurisconsulti *δερματικόν*, siue oraculum velut ex aureo Themidis tripode redditum, hisce Aurelij Prudentij, ac B. Ioan. Chrysostomi, sed & P. Chrysologi testimoniis illustrare iuvat. Hic quidem, <sup>e</sup> in de Abrahamo filium suum immolaturus; *Paratus ad holocaustum* (inquit) *afferebat filium suum, filium arietissimò se immolabat in filio, sanctificabat mentem suam, letificabat mentem suam; vt esset idem victima, & Pontifex, sacerdos & sacrificium. Patris, patris erat passio ibi tota, vbi filius immolabatur ignarus* ( sic enim lego pro, *ignarus*) *filius sistebatur nescius, filius aptabatur victus* ( ita totum istum locum distinguendum censeo) *vt tolleret de passione martyrium præmium de pœna patris de consuetu patris raperet coronam* Idem Chrysologus alibi: *Libet in hoc loco* (ait <sup>f</sup>) *paululum*

<sup>a</sup> Sic loquitur Iuriscons. l. 3. §. vlt. & l. seq. D. de susce. tutor.

<sup>b</sup> d. l. isti quide, 8. in fin. D. quod metus caus.

<sup>c</sup> Actio. 3. in Verrem.

<sup>d</sup> l. 1. §. penult. D. ad l. Corn. de sicar.

<sup>e</sup> Sermo. II.

<sup>f</sup> Serm. 32.

<sup>g</sup> Serm. 152. videto & sermon. 153. vbi, *Vt audiunt natum, parant nasci mortem, innocenti dolos, sectus pio, nudo gladios, soli milites vrgenti nœcœn marent.*

<sup>h</sup> Homil. 20. ad popul. Antioch. col. 51. lib. Latetia excusi anno 1581.

<sup>i</sup> Lib. 8. de gubernat. Dei.

<sup>k</sup> Fab. 3. lib. 6. Metamorph.

Cedere cœlitibus verbisque minoribus uti;

sed Latoniæ suam non compararet modò , verùm etiam præferret fortunam, ob natorum suorum numerum, vt ei sacra fieri non sine-

ret: nam de hac ita Latonam vltus Apollo filius a dicitur, vt filios filiâsque omnes quatuordecim perimeret: quem Niobes casum describens Poëta, sic cecinit;

— at nunc misera vel hosti

Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo

Oscula dispensat natos suprema per omnes;

eâmq; ita loquentem inducit, vt se per funera septem natorum efferri quereretur; dùmque pro minima & vltima ex septem filiabus, quæ iam occubuerant frustra rogasset

— orba resedit

Exanimis inter natos, natâsque, virumque

Diripuitque malis, &c.

Valde illud patheticum, & ad rem nostrâ mirè ( si quid aliud) pertinens, quod se in funeribus filiorum efferri eiulans Niobe quiritaretur; quòdque tot liberis orbatam Poëta vltimo loco peremptam ait, quæ fœlicibus multò superstitibus illis obiisset. Nec absimile immò congruum maximè, atque consentiens; quod de Dionysio Siculo agens Valer. Maximus, b Tamesi debita tot sacrilegijs ( inquit) supplicia non exsoluit, dedecore tamen filij mortuus pœnas rependit, quas viuus effugerat. Chrysoctomus c autem illa Geneseos verba explicans, Maledictus Chanaan, &c. Quare autem cum ille ( de Chamo loquitur ) hic pœnam luit? neque hoc absque ratione factum est ( inquit) quia pater non minorem pœnam & cruciatum habuit, quàm filius. Scitis enim quomodo sepe numero patres orant, vt filiorum pœnas ipsi ferant; & quomodo grauius illis est videre filios supplicio affici, quàm si ipsi ipsi forent obnoxij. Factum igitur est hoc, vt ille ob naturalem in puerum amorem maiorem sentiret dolorem, & benedictio Dei seruetur inuolata; & puer accepta maledictione suorum priorum pœnas peccatorum lucret. Idem ipse de illa Machabaorum forti & generosa matre, d puerorum simul ac Dei amante agens; cuius materna viscera supra naturæ consuetudinem dilaniata Gregorius Nazianzenus e ait: quòd non filiorum in tormentis existentium miseretur; sed timore ne non ea sustinerent angeretur: Facile ( inquit) eam potuisset in tormentis viscerum suorum vincere materna pietas, nisi diuina pietatis altior virtus virili fide anile pectus armaret, &c. Ne ergo hoc consideres, quòd illata sibi tormenta tolerabant; sed illud magis contemplare, quòd mater per singulos eorum duriores sustinebat dolores, &c. Nam saepe & mater si videat filium suum febribus æstuari, ita perturbatur, vt ardores illius in sua cupiat membra transferri: & mutata in se, si possit, agritudinis vice, transfundere in filium sanitatem suam. Ita omnibus domesticis malis eas quæ de filijs ( malim filiorum) malis acciderint ærumnas grauiores existimant, & intolerabiles fiunt quæ matris sunt. Sicut ergo vera in cunctis matribus talis affectio, ita profectò manifestum est, quia mater illa grauius in supplicijs filiorum puniebatur, quàm si ipsa pateretur. & maior

a Sed & filia Diana si Homero credimus eadem fabulam enarranti. Iliad. vbi etiam duodecim Niobefilios ac filias seu mares ab Apolline foeminas totidem à Diana peremptas ea de causa memorat, sic ferè: Καὶ γὰρ τῆς ἡρώμενος Νιόβη ἐμνήσατο σὶτα σὴ περ δάδακα παῖδες ἐνὶ μεγάροισιν ὄλοισι ἐξέμεν θυγατέρες. ἐξ δ' ἕβες ἠδὲ φίλει τὰς μὲν Ἀπόλλωνος ἀέφουεν ἀπ' ἀργυρέοιο βίβιο χαβήμενος Νιόβη. τὰς δ' Ἀρτέμιδος ἰοχέαιρας ἐνεκ' ἀεχλητοῖ ἰσάσκατο βαλλισπαρῆα φησὶοῦ πεπέει. ἢ δ' αὐτῆ γείνατο πολλὰς τῶ δ' ἀεχ. κ. δ. οὐάσῶ ἐόντο ἀπὸ παύλας ὄλεσαν. b Cap. 2. lib. 1. c Homil. 29. in Genes. cap. 9. d In homil. de natiuit. 7. Machabaorum. e Oratione in Machabaos.

maior erat passio in visceribus matris, quàm in corporibus filiorum, &c. Nos citra dolorem alienas ærumnas audire non possumus, sed illa proprias & domesticas passiones citra dolorem intuebatur, &c. Corpus quidem erat vnum, septem verò martyrum legio implebatur in matre. In qua dilatata est gloria passionis, & corona martyrij, in ea omnis virtus & gloria consuebat: quia per vnumquemque filiorum passa est; & quoniam illos ipsos tales ipsa perfecit. Prudentius denique in Romano Antiocheno, a

Ergo ipsa mater, adsit, exclamat cedo

Asclepiades, disciplina & exitum

Tristem suæ magistra spectet impia:

Malè eruditi torqueatur funere

Infantis orba; quemque corrumpit fleat:

Absit ministros vilis vt muliercula

Nostros fatiget: tantulos at si dolor

Vexabit artus mortis auxilio breuis;

Oculi parentis punientur acrius,

Quàm si cruenta membra carpant vngula.

Haecenus illi; optimè verissimèque. Nam sanè cum afflictionibus ac ærumnis amicorum, quos bona fide diligimus, vehementiùs torqueamur, quàm propriis doloribus atque incommodis; quemadmodum de Theagene atque Chariclæa in eundem carcerem ab Arsace coniectis Heliodorus b differens in hac verba scribit; τῆ μὲν ἀρσάνη καὶ τὸτο ἐς τιμωρίαν ἐπιτιμῶντο ὡσαύτ' ἐπιτιμῶντο τὸς νέος ἀνάσσει, ἐκαστὸν ἐν δεισμοσύνῃ καθαρῶν μὲν δεατὰ γλυκύνῃ ἀλλήλων ἐν δεισμοῖς καὶ κολάσει ἄζετο μὲν. ἢ δ' ἢ ὡς πάλῃ ἢ ἄρα μὲν τὸν ἄρσάνη τὸ ἴδιον ἀγυρῶν. Tum verò liberi non modò participes parentum ( vt apud Comicum) sed partes etiam sanguinis ipsorum, atque adeò quadam quasi membra vnus corporis. c Itaque Dido ad Æneam apud Ouidiũ,

Forsitàn & grauidam Dido scelerate relinquis,

Parsque tui latitat corpore clausa meo.

Itẽmque D. Hieronymus ad Tyrasium, d Exulta ( inquit) quia placuisse cognoscis tui participium sanguinis Christo. Denique Symmachus e ad Maximianum, quo loco, Nihil inter te & parentem tuam opimum re aut affectione diuisum est. Ergo & literas quas ad eius reuerentiam misi, vt omnium particeps in acceptum referre potuisti: sed iam colendum es nobis etiam tuo nomine, &c. Huc adeò aspexisse videtur B. Paulus cum de Onesimo ad Philemonem sic scribit; f Vt filium à se in vinculis genitum, utpote sua viscera suscipi obsecret, ac sicut se

παρκαλῶ σε περὶ τῆς ἐμῆς τέχνης, ὅν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεισμοῖς μετ' ἀνάσσει: & statim, ὃν ἢ αὐτὸν τρετέρι ( quòd meliùs reddidisset interpres vetustus per, utpote, vel per, id est, quàm per, vt, quemadmodum sentio ) τὰ ἐμὰ πλάγχθη προσλαβῆς: & postea, ἐν ἐμῆ ἐχέαι κοινωνῶν, προσλαβῆς αὐτοῦ ὡς ἐμῆ. Igitur ad nos iniuria spectare dicitur, quæ fit iis qui vel potestati nostræ vel affectui subiecti sunt, vt non ex auctoritate Iurisconsulti solum id difertè tradentis s intelligimus, verùm etiã ex eo quod à Theodorito narrat de Imperatore E piphanus in histor. tripartita, h

a Hymno καὶ τῶν σφεδῶν 10.

b Sub finem s. lib. Æthiop.

c I. cum scimus, C. de agricol. & censur. lib. 12. Tibul. Eleg. 6.

Te semper namque tuam te propter amabo. Quicquid agit, sanguis est tamen illa tuus.

d Sub finem de obitu filia. e Epist. 24. lib. 8.

f Cap. 1. vers. 10. 12. & 17.

g l. 1. s. item aut per, & s. vsque idè, D. de iniuriis. h Lib. 9. cap. 25.

a Homil. 1. de symb. fol. 253.

b Homil. 2. de symbo. fol. 257. pag. 2.

c Homil. 63. ad popul. Antioch.

d Orat. in Machabæos.

e Lib. 7. Æneid.

f Vide Paul. cōf. 169. citatum à Socino cōf. 252. col. 11 quos sequitur Chailan. cōf. 53. num. 5. 6. & 8. g. Genes. cap. 9. ad finem.

contristatum iudicasse suam iniuriam, filio factam contumeliam. Disputans aduersus Arrianos Eusebius Emiffenus, a siue is Faustus Rhegiensis e, vbi dixit: *Tantum patri, personæ de plenitudine denegabis, quantum filio de coeternitate subtraxeris*: adiicit statim, quod ad rem pertinet quam tractamus, *Vides quod contumelia filij, parvis iniuria est?* Item alibi, b *Ergo quia in tribus vna substantia est, vnius offensa communis est iniuria. Quare? quia & in vna persona natura trinitas diuinitatis ostenditur, sicut in vnius Dei cultu tota Trinitas celebratur.* Istam adeò plerorumque hominum suam æstimantium iniuriam, & vindicare nitentium si qua sit filius affectus contumelia perstringens, atque improbens B. Chryostomus, c *Ne propriam putes contumeliam si filius sit affectus contumelia* (inquit, vt scilicet propterea vindicandam putes) licet pro eo doleas non tanquam (vbi equidem abundare negationem arbitror, nec voluisse dolorem qui iustus & naturalis est tollere doctorem & Episcopum sanctissimum, sed vltionis cupiditatem) ipse passus contumeliam. Non enim quoniam filius malè passus est, tu contumelia es affectus, sed qui maledicit. Postremò Eleasarum Machabæum non modò semetipsum obtulisse hostiam Deo perfectissimam ad totius populi expiationem, sed etiam septem filios suæ opera disciplinæ hostiam viuentem, sanctam beneplacitam Deo, omni legali sacrificio splendidiorem & puriorem, vbi dixit Gregorius Nazianzenus doctissimus; d hoc statim addit, quod superioribus conuenit: *Quæ sunt enim filiorum* (ait) *ad patrem referri æquissimum ac iustissimum est: nempe vt filiorum oblatio ipsi imputetur, patri velut propria.* Denique, vt nihil addam amplius in posteris parentes viuere existimantur; quæque illi hodie faciant; hi facere dicuntur. Vnde illud Virgilij e explicandum,

*Sed nos fata Deum vestras exquirere terras  
Imperijs egere suis: hinc Dardanus ortus  
Huc repeiit.—*

In Troianis scilicet Æneam secutis, originem à Dardano generis auctore vltimam repetentibus. Doctores ianè nostri Nepotem dici natum ex aui corpore probant ex l. Lucius, 2. D. de hered. instit. vnde nõ videri mortuum primogenitum, sed extare potiùs colligunt; cui supersint liberi, f quapropter crebrò puniri à Deo parentes in liberis, quòd horum supplicium quasi præcipuarum paterni corporis & charissimarum partium, non minus immò magis illis quàm si ipsi affligerentur doleat; cum litera sacrosancta grauissimum testimoniũ præbeant, vbi g de maledictione Chanaani ob impietatem Chami eius parentis in Noæmum patrè suũ, cuius dormientis verenda cum reuelasset, ipsum irriserat: tum verò ipse Plutarchus de fera numinis vindicta: vbi laborare oculum, & venam brachij secari; qui paulò antè scelerati hominis filium vt eius partem non absurdè puniri dixerat, sic ferè scribit; *γελῶσθαι δὲ φάσκω ἀδικοῦ ἕναι τὴν ἰσχίον τωνέντων καίαν του ἀντίχειρα, &c. καὶ ἀγωνασίαν ἐάντις, δι' ἐτέρων ἐπ' ἐτέρας ἀναφέρει τὴν ἰατρῆαν (ὡσαύτῃ οἱ τὴν φλέβα διαιρέσθαι ἵνα τὴν ὀφθαλμῖαν κερπίσασσι) ἔδδεν ἕανε προτέρω τὴν ἀποθήσεως ἐφορᾶν.* Vt autem patre peccante interdum filius

filius quoque vel etiam solus, si euaserit ille, aliqua ratione in hoc seculo plectitur; ita cum se princeps malè gesserit, exempla non familia, sed etiam totius populi vexati iusta indignatione summi Dei (quem sacra litera furorem quod animalibus hominibus talis fortasse videatur, nuncupant) non pauca extare in iisdem literis, competum habeo: qua de re sermone 19. plenius disceptare statui. Achar sanè ob peculatum ab ipso admissum, Iosuah non solum sed cum tota familia & pecore lapidatum igni comburendum tradidit, quem admodum sacrosancta historia a comprehensum est: qua ipsa narrat b ob peccatum Achab perditam eius omnem domum iussu Domini fuisse; ex qua & Ochoziam, qui coram Domino malum fecit sicut domus Achab; hoc est, tanquã qui esset ex domo Achab (sic enim interpretor) nempe nepos Achab ex filio Ioram. Septuaginta denique filios Achab, qui apud Optimates Samaria educabantur, iussu Domini à Iehu obruncatos memorat; *Vt non caderet de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab: itèmq; fratres Ochozia Regis ad quadraginta, vt ex eis quenuquam non reliquerit; sed & omnes qui de Achab in Samaria reliqui fuerant, percussit*: sicuti alio eiusdem hitoria sacrosancta loco, c Dominum Deum ita locutum esse cum Ieroboamo traditur; *Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem super populum meum Israël, &c. & non fuisti sicut seruus meus Dauid, &c. sed operatus es malè super omnes qui fuerunt ante te, &c. Idcirco ecce ego inducam mala super domum Ieroboam, & percussiam de Ieroboam mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israël; & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mundari solet simus vsque ad purum. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cæli, quia Dominus locutus est.* Ergo & cum Deus sumpturum se supplicium de impiorum nepotibus & pronepotibus minatur: hos scilicet tertia, quarta que generationis nomine ideò designatos eruditiores Theologi autumant, nec vltra porrectas supplicij minas; quò magis ad superstites parentes istius de liberis exigendi supplicij sensus peruenire possit: cuius metu à scelerum perpetratio- ne ipsi de futura suorum pœna certi, ob commertam à se malam noxiam; & si non Dei aut sua ipsorum causa; propulsandi certè ac defendendi grauioris sibi multò in posteris mali gratia, tantò diligentius caueant, manus abstineant, mentem auertant, qui de futuro securi non sunt: hoc etiam puniuntur quod de pœna in liberis olim à se subeunda cogitant. Nam & patrum delicta de filiis exigebat (inquit de Deo Tertullianus d aduersus Marcionem) duritia populi talia remedia compulerat; vt vel posteritatibus suis prospicientes le- gi diuina obedirent. Quis enim non magis filiorum salutem quàm suam curet? Huc spectabat (credo) Pallas Ouidiana pendentem Arachnem alloquens; e

*Atque ita viue quidem, pende tamen improba, dixit,  
Lèxque eadem pœnæ (ne sis secura futuri)  
Dicta tuo generi, serisque nepotibus esto.*

a Iosue cap. 7.  
b Vide lib. 4. Reg. cap. 8. & cap. 9. & cap. 10.

c lib. 3. Reg. cap. 14.

d lib. 2. fol. 157. edit. Patif. anni 1580.

e Fab. 2. lib. 6. Metamorph.

a Cap. 45. vide c. pen. de poen. in antiqu. apud Gregor.

b l. quifquis, §. filij, C. ad leg. lul. maieft.

c l. cogitatio, D. de poen. d l. absentem, in princip. D. de poenis. e l. i. §. vlt. D. de extraord. crim. §. p̄ci. τ. 8. ἐξ ἐργ. τ. 1. τ. 1.

g l. quifquis, §. filij, C. ad l. Inliam, maieft.

h l. i. §. i. l. 3. in princ. & §. 1. D. de ficar. & venefic. l. capitalium, §. venenatij, de poenis. l. i. in fin. D. de partid. i. p̄ci. τ. 8. ἐν εἰδ. ἡ νόμων. k. p̄ci. τ. 8. ἐν εἰδ. νόμων. facit l. is qui cum telo, C. ad l. Corn. de ficar. l. diuus, D. cod. tit.

l Lib. 4. iudicij, §. 2. cap. 3.

Quamobrem crimine læsæ maiestatis damnatorum liberos, etfi non omnes nec ad quartam vsque generationem (quod tamen concilio Lateranensi a placuisse video circa patronorū, aduocatorum, vicedominorum liberos, pralatum, vel clericum occidentium; ne minus, vindictæ, quàm excessus memoria prorogetur) sed ad primum vsque gradum (scilicet filiorum) perpetua infamia & egestate sordere, atque laborare ad deterrandos potius ab eo sceleris genere parentes, quàm quod in liberis paterni ac hereditarij criminis exempla metui debuerint (etsi hæc tamen redditur ratio, illa supprimitur) Imperatores Arcadius & Honorius constitutione sua b sanxissè mihî persuadeo; quod rationi & æquitati magis consentaneam arbitror. Nec enim etfi nequam est malèque animatus quispiam, vlla tamen poena debet affici à magistratu, antequàm commiserit aliquid, vel facere aggressus sit; cum cogitationis pœnam pati neminè oporteat, c aut de suspicionibus damnari; d sed vel perfecto, vel certè cœpto licet imperfecto flagitio: e νομοθετῶν ἢ ἐδ' ἐς (ait præclare Philo Iudæus alicubi f) ἐπιτίμιον δὲ τῆς ἀδικίας οὐκ ἐστίν. ἀλλὰ διὰ κινημάτων ἢ τοῖς κῆ/ ἀδικίας ἔργου χρωμένων. καθάπερ δὲ τῶν δαιμόνων ἐδ' ἐν ἀνὴρ μέγιστος κτενάρων ἀν' ἐθελόσθ, μὴ μέλλου δάκναι. λόγος ἢ Ἐπεξαρετῶν ψυχῆς ἀμότῃσθ φύσθ καὶ κῆ/ πάντων φονῶσθ. & aliquantò post adiecit, τὰ ἀποτελεσμάτθ καὶ ὡς ἀν' ἕλθονα τῶν λογισμῶν σέχθου εἰ τιμωρίαι κατ' αὐτῶς: διένων εἰ μὴδὲ μὴ τῶν γενέσθ πρῶξθς ἐπιληπθς ἀποδιδρασκόνθων τὰ ἐν κλήματθ. quod ipsum argumento à lege Mosaica de lepra eiusque interpretatione desumpto comprobatur. Quamuis autem in hoc maiestatis tam atroci crimine id præcipuum esse negare nolim; vt mera nuda inanisque voluntas sceleris, legibus pœnisque fiat obnoxia, & eadem qua effectus seueritate puniatur: s proptereà quòd oppressura erat nisi opprimeretur, vt quidam ait: qua etiam ratione qui venenum hominis necandi causa fecerit, vendiderit, habuerit; lege Cornelia de veneficiis plectitur, non modò si dederit, h quemadmodum Scorprios, Viperasque, ac cætera huiusmodi venenata sine dilatione perimimus, & antequàm momorderint; τῶν φονεῶν δὲ μὴδὲν παθεῖν, vt Philo i scribit: cum & in cæteris publicorum iudiciorum criminibus, vtputà in cade; qui eam inferre parauit, seu gladio seu veneno, sed prohibitus non perpetravit, tanquam homicida ob illud animi propositum, ipso etiam istud Philone alibi k concedente, plecti debeat, quo loco; εἰάν τις ἐπανατένειται ξίφος ὡς ἀποκτείναι, καὶ μὴ ἀνδρῶν, ἤθοχθ ἔσθαι, τῶν γενέσθ γεγονῶς ἀνδρῶν. εἰ καὶ μὴ τὸ τέλθ τῆς γνώμθ σιωδραμε, &c. quæ sequuntur. Id tamen intolerabile ac iniquissimum foret, si de suspicionem tantùm, voluntas in filiis præsumpta, nec probata plecteretur: quando commiseratione potius quàm odio digni sunt, quos bonos pessimi ac nequissimi parentes procreauerunt: vt apud Flauium Iosephum l leges Mosaicæ per cententem legere memini: quo loco; τῶν ἀδικίας πατέρων μὴ κολάζειν. ἀλλὰ διὰ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς ὅτι μὴ μᾶλλον ἀξίθθ ὅτι μοχθρῶν ἐγένεθθ πατέρων, ἢ μίσθς φιλόντας εἰ φάσθων. Et alioqui ex parentum delicto sine facinorè filij, & similiter ex liberorum delicto criminève parètes affici

a Cap. 24. Deuteronom.

affici supplicio lex ipsa Domini prohibeat: a quam explicans idem Iosephus eodem loco ἐδ' ἐ μὴν πᾶσθων ἡμῶν ἀμαρτιαν λογισέου (inquit) τῶν νόμων πολλὰ τῆς ἡμετέρας διδασκαλίαν αὐτοῖς ἐπιφέρόνθων, Ἐπιδρασκόνθων & διδασκόνθων. non adscribenda liberorum delicta parentibus; cum aduersus horum præceptum atque institutionem, illi sibi contemptu disciplinæ indulgeant, ac licere velint. Iustissima igitur illa lex ciuiliſ populi Romani; quæ dicat vnusquemque ex suo admissio sorti subici, nec alieni criminis successorem constitui: ac proptereà crimè vel pœnam paternam filio nullam maculam posse infligere; quod à fratribus Imp. Antonino & Vero rescriptum Callistratus b memorat. In quam sententiam Arcadij quoque & Honorij constitutionem c extare, ac in Iustiniani Codice positam scimus; per quam licet biennio posteriorem, cum de filio non agat, nec de ipso maiestatis crimine; falluntur qui præcedenti eorundem rescripto, quo de agimus, derogatum fuisse iudicant. Cæterùm etfi de perduellione intelligatur, eò tamen spectat; non vt infamiam quidem aut egestatis iniuriam noti, propinqui & familiares minimè subeant; sed ne vltimo supplicio nullius scilicet facinoris conscij ob solum necessitudinis vinculum, vt proditorum ac Tyrannorum liberi ac propinqui, vel omnes (vt apud Persas) vel ad quintam vsque familiam (vt apud Macedonas d aliòsque e populos) puniantur: quorum instituta, vt Imperatores eo loco, sic Philo, f verbis Mosaica legis illius generatibus ad maiestatis quoque crimen productis, alicubi sic ferè improbauit: ἢ δ' ἢ (ait) ἢ οἱ τ' ἀδικίαν ὄροι ἢ κἀνοτες αὐτοῖ. οἱ νομοθέται πρὸς δόξαν μᾶλλον ἢ πρὸς ἀλήθειαν ἀπιδόνθθ τ' ἀδικημάτων ἐπέμεναν γονέσθ, καλέν. οὐκ ἐστίν τῶς μὴ πρὸς ὄξθας τῶς πᾶσθας σιωνικῶν, τοῖς ἢ τυράννοισ τὰς ἠλυτάθ πρὸξθ οὐκίθς, διὰ τῆς φάσθθ ἀν'. εἰ μὴ σιωδραματῶν, ἢ συγκολληθῶσθσαν, εἰδ' ἐ μὴ κατεκοινῶσθσαν, μῆτε ζυλωτῶν τ' ὄμοισθ ἐγένεθθ, μῆτε τῶς τῶν εὐκλίθων ὄστυχίθς ἐπαρθῆθθς γυνδυάθθσαν, τίνθ χάσθ ἀναρῆσθθ; ἢ δι' ἐμ τῆθ μόνον ὅτι σιωνίθς εἰσθ. γένεθ ἢ ἢ παρανομίατῶν εἰ τιμωρίαι, &c. ταῦτ' εἰ ἀλογισάμενθ ὅ μὴδὲ τῶν νομοθέτθς ἢ τὰ παρ' ἄλλοισ ἀμωρτήματα συνιδῶν, ὡς φθοροποιῶ τ' ἀρίθθς πολεμίας, &c. ἐδ' ἐποτῆ τινῶ τ' συμβεβηκότῶν ἐξέδωκεν, ἐπὶ τιμωρίαι, πρὸς δὲ κῆλυ ποιησάμενο αὐτῶν (sic legere malo quàm αὐτῶν) ἀδικημάτων ἑτέρων. διόπερ ἀντιμῶς ἀπαίτεω ἡμῶν ἀντὶ γονέων ἢ γονέσθ ἀνθ' ἡμῶν ἀναρῆσθθαι, δικαιοσύνας ὡρ τὰ ἀμαρτήματα τέτῶν εἶναι καὶ τῶς τιμωρίαις, &c.

Leges tam Romanæ quàm Græcæ (paucis exceptis) immò & Agyptiæ, diuinæ legi explicatæ à Philone consimiles, corporali pœna siue vltimi supplicij, siue exilij ob parentum facinora, quantumuis grauiæ, etiam maiestatis imminutæ ac perduellionis; plecti noluerūt liberos: sed egestate quam paternorum bonorum publicatio induce-

b l. crimen, 26. iun. & l. si pœna, D. de poenis. c l. sancimus, C. de poenis.

d Vide Quinæ. Curt. & Marcellinum lib. 23. rerum gestarum, ubi de Persica feruitute folio 411.

e De Barbaris ad Caucasum incolentibus narrat Strabo lib. 11. in more posteiū μηδὲν ἀποκτείνων ἢ δ' ἐκαμάρτοθων τὰ μέγισθὰ ἀλλ' ἐξορίζουσθ μόνον μὴ πένονα. ὡς ἐναντίας πῶς ἀέρθθθς ἢ γδ ἐπὶ μιν ἀρῆθθ τῶν σφῶν πασθ. Κλ. δέθθς δὲ ὁ ἀθλιωτῶς τὸ δὲ ἐν ἐξοστρακίς ἐδ' ἐπὶ αὐτῶν εἰσθ-γνησάμεος αὐτῶς ἐτυχε τῶς κῆ/ δ' ἡμῶν σιωδραματῶν, vt Flavianus memorat lib. 13. varia. histor. cap. 24. f Lib. 2. p̄ci. τ. 8. ἐν εἰδ. νόμων. fol. 549.

g Bufride.



gente,habita quaestio:nobilissimus quisque,& ij maximè qui Parmenionem propinqua cognatione contingebat; posteaquam Philotam torqueri fama vulgauerat,legem Macedonum veriti, qua cautum erat,vt propinqui eorum qui Regi insidiati erant,cum ipsis necarentur: *alij se interficiunt (inquit historiam Alexandri enarrans Q.Curtius a) alij in devios montes, vastasque solitudines fugiunt, ingenti per tota castra terrore diffuso; donec Rex tumultu cognito legem se supplicio coniunctis fontium remittere edixit.* Et alibi b, *Quippe Macedonum more perire debebant, omnium deuotis capitibus qui sanguine contigissent eos.* Et ipse de se Alexander aliquantò potest, vbi apud concionem Hermolao rei capitalis damnato, & conquerenti respondet; *At nunc mores me ut vestris parentibus parcam. Non oportebat quidem vos scire, quid de his statuissem, quo tristiores periretis; si qua vobis parentum memoria & cura est: sed olim istum morem occidendi cum scelestis infantes propinquos, parentesque solui; & profuere in eodem honore futuros omnes eos in quo fuerunt.* Valens quoque princeps Rom. in Imperij participatum à Valentiniano fratre, ita vt Orienti praeset ascitus Procopio tyranno ac Marcello post victoriam in potestatem redactis atque interemptis, cum apud hunc reperisset ei donatum ab illo amicum aliquem Imperatorium, aded grauitè commotus est, vt in omnes acerbè grassaretur; non eos modò perquirens qui factò perduellionem adiuuissent: verum etiam qui consilij participes fuerant, vel omninò inaudierant aliquid, nec illic id quod parabatur denunciaissent. Frequentè autem aduersus quoscunque, sine iusto villo iudicio ferebatur: & quidem ita vt ab Imperatoris ira, tam rerum novarum participes, quam omnis expertes culpa propter cognationem vel amicitiam absumerentur; ex illo scilicet, siue Macedonici, siue potiùs Persici quem Imperio regeret populi more, atque instituto, de quo diximus. Atque hanc historiam his omninò verbis à Zosimo c relata scias, *εὐρὼν ἢ βασιλικῶν τινὰ παρὰ μαρκελλῶ τολῶν ὑπὸ προκοπίου διεδομῶντο αὐτῶν; καὶ διὰ τὸ τοῦ μαρκελλῶ κινήσας, ἐπιτέθεικε τῶν ἡγεμόνων ἀποκρίσας ἢ τὸς συμπεράσας τῆς τυραννίδος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸς βασιλικῶν κοινῶν σαλῶν, ἢ ὅπως ἀκρόασις τι, καὶ μὴ παραχρῆμα τὸ μελετώμενον ἀπαγγέλλοντας. πολλὸς ἢ ὑπὸ ἡγῶν πάντων σὺν ἐδραμῆ καὶ σὺν ἀδικαῖα χωρῶν καὶ παρακάλωμα τῆς βασιλείας ὄργης, οἷον ἢ νεωτερισμὸς μετασχόλης, καὶ οἱ ἡγῶν μὲν αἰτίαι, διὰ συνένειαν ἢ φιλίαν, ἐγίνοντο.* Ad liberos quidem quod attinet, non apud Gracos aliquot populos, sed multò magis in Syria Persidi vicina, licet sub Imperio Romanorum, obtinuisse nemo mirabitur; qui vetusti proverbij Graci meminerit (quod genus testimonij vim habere inquit Aristoteles d) vt cum eorum liberi perimendi sint, quos ipsos interficimus; stultus sit qui patrem interficiēs, eius liberos incolumes relinquat: καὶ τὸ τὸς ὕδης ἀναίρων, ὅν καὶ τὸς πατέρων

a Lib.6.

b Lib 8. citatus hic, & aliter ille Curtij locus à F. Balduino ad finem commentarij ad leges Maiestatis. Ad defus ex Calpurnio Flacco Declamat. 5. quinque cum tyranno proxima familia puniatur: & Cedreno siue Cedreno in Leontio, τὸς δὲ φίλους αὐτοῦ δὴ μέσσης ἐξαρτεσι: quos locos ab elegantiss. Iurec. Guill. Fornerio allatos nemini ad l. latæ, 223. §. vit. D de verbo. signific.

c Lib.4 histor. nouæ, fol. 739. non longè ab initio.

d Lib. 1. Rhetor. sub fin. in c. 14. e. fol. 263. sic fere, πάλιν ἡ τὰ σὺν σπείσας, καὶ τὸς ἀποκρίσας ἢ τὸς συμπεράσας τῆς τυραννίδος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸς βασιλικῶν κοινῶν σαλῶν, ἢ ὅπως ἀκρόασις τι, καὶ μὴ παραχρῆμα τὸ μελετώμενον ἀπαγγέλλοντας. πολλὸς ἢ ὑπὸ ἡγῶν πάντων σὺν ἐδραμῆ καὶ σὺν ἀδικαῖα χωρῶν καὶ παρακάλωμα τῆς βασιλείας ὄργης, οἷον ἢ νεωτερισμὸς μετασχόλης, καὶ οἱ ἡγῶν μὲν αἰτίαι, διὰ συνένειαν ἢ φιλίαν, ἐγίνοντο.

Nίπι: ὅς πατέρα κτείνας, πατέρας καὶ ἀλείποι quod tum à Clemente Alexandrino in sexto Stromatum libro e attributum Poëtæ Stasino cuiusdam, & Xenophontis testimonio illustretur reperio, tum ab ipso Aristotele ibidem, sed auctore non citato

citato relatum est: nec enim totus extinguitur, cuius liberi tanquam partes quaedam (licet separatae ipse non coniunctae partes) superant. Nam sicuti seruum domini & ipsum partem quandam separatam esse Aristoteles idem ille alicubi a praedicat, ὅς ἢ ἀδελφὸς μέρους τι ἢ ἀδελφὸς οἶον ἐμψυχῶν τι ἢ σόματι, καὶ χωρισμῶν ἢ μέρους: ita filium non minus quam mancipium, donec adoleuerit, seque à patre seiunxerit, partem ipsius esse, illo ipso Philosophiae magistro ita dictante alio in loco exposuisse me in regularum iuris b commentario recorder. Quin etiam genus ex iisdem procedere principiis, & potentiam quandam atque societatem originis innatam referre: quod enim gignitur, id non ab ipso dumtaxat qui gignit, sed ex ipso procreatur; vt secerni atque abesse velut aedificium quoddam ab eo qui construxerit, non queat: immò potiùs partem ipsius in se habeat aliquam & circumferat; quae vel honoretur ob illius merita; vel è contrariò propter secus ab illo admissa in isto puniatur; Plutarchus eo quem antè indicaui loco c asserit. Ideòque Nyssa o, Apollocrati, Antipatro, ac Philippo, aliisque similiter hominum facinorosorum liberis praecipuam, aut maximè propriam inesse partem à natura, non quietam illam ac otiosam; sed in qua ipsi viuant, alantur, gubernentur, & sapiant: quapropter graue aut absurdum existimari non debeat, si cum illorum isti sint (membra quaedam & partes scilicet) ea itidem ipsi auferant quae illorum erant, quae ve illis debebantur atque competeabant: ἔστι δὲ ἡ γένεσις καὶ ἡ ἐκδηλοῦν ἀρχὴς μίας ἢ διώματι τινὰ καὶ κοινῶν διαπεφυκῶν ἀναφορῶν καὶ τὸ γονιθῆν ἕως τὴν ἀνεκτικῶν περιποιήσεων ἀπὸ ἀλλήλων ἢ γονιθῶν. ὅς αὐτοῦ καὶ ἕως ἑαυτοῦ γεγονέναι, ὅς ἕως τὴν ἢ φέρει ἢ ὀκείνη μέρους ἢ ἑαυτοῦ καὶ κοινῶν περιποιήσεων καὶ τιμῶν, &c. Νυσσα ἢ καὶ ἀπολλοκράτης ἢ ἀντιπάτρος, ἢ φιλιππῶν, ἢ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως πασι ἢ γονιθῶν τὸ κοινῶν ἐμπεφυκε, καὶ παρὰ μέρους ἕως ἡσυχίας, ἔδ' ἀργῶν, ἀλλὰ ἕως αὐτοῦ καὶ τρέφονται, καὶ δικαιοῦνται, καὶ προοῦσι. καὶ ἔδ' αὐτῶν, ἔδ' ἀποποιῶν, ὅν ἐκείνων ὄντες ἔχουσι τὰ ἐκείνων.

Igitur quemadmodum apud gentes illas peregrinas & barbaras, ita non immeritò profusus (vt videtur) neque iniuria, vel tyrannico more, in ipsa Imperij Romani sede, hoc est, in vrbe Roma, interdum in liberos quoque perduellionum, tyrannorumve animaduersum: Ac sub Tiberio quidem, Seueròque Imperatoribus Seiani, Plautiani, Nigri, Albini liberos ob delicta parentum, pessimè cum illis multatos memoria teneo: quod cum ex historia vetusta sit ab aliis d proditum; nolo repetere. Hoc sanè Valentiniani, & Theodosij temporibus vsurpatum exemplum in Victore, quem dignitate Caesaris ornatum apud Transalpinas gentes à Maximo patre relictum, Theodosius Imperator adhuc adolescentulum Arbogaste magistro militum aduersus ipsum missò, non dignitate modò, sed vita etiam, post Maximù ipsum (qui astu superato Valentiniano citra laborem omni se potiturum Imperio Romano somniauerat, tyrannidèmq; inuaserat) à carnifice Theodosij iussu obruncatum priuasse; à Zosimo e traditur; his fermè verbis, Μαξιμὸς μὲν οὐ τοῦτο ἢ βίη καὶ τὸ τυραννίδος ἐγένετο τέλος, & c. Theodosius ἢ ὁ βασιλεὺς ἀκηνοῦς ὅτι διεβίβων τὰς

a Lib. 1. de Republic.

b Ad l. ad eà, D. de regul. iur.

c Apud ἡγῶν ὑπὸ τὸς δὲ φίλους αὐτοῦ δὴ μέσσης ἐξαρτεσι: quos locos ab elegantiss. Iurec. Guill. Fornerio allatos nemini ad l. latæ, 223. §. vit. D de verbo. signific.

d Balduin. suprad. loco.

e Lib. 4. histor. fo. 770. Vvechel. edit.

ἀλλοίς δὲ Μάξιμῳ Βικτορῶ τὸν υἱὸν ἀπέλιπεν αὐτῶν τῶν ἱεροῦ καὶ αἰσῶν ἀξία τε ἱερῶν  
 μόνον Ἀρβογάθῳ ἔθηκε παραχρῆμα τὸν στρατηγὸν, ὃς παρέλυσε τε τὸ ἀρχὸν  
 καὶ ἀπέκλεισε τὸ μαρτύριον. Vsurpatum etiam in Maratocyprenis grassa-  
 toribus vici huius nominis in Syria prope Apamiam positis; quos  
 nimium quantum numero & exquisitis fallaciis abundasse, à Mar-  
 cellino a proditum: ideòque formidatos, quòd mercatorum mili-  
 tiumque honoratorum specie, sine vllò discrimine domos & villas &  
 oppida peruaderent, quòd uentus duxerat irumperent, sanguinis  
 nihilò minus auidi quàm prædarum: etenim isti cum exuuiis repleti  
 multorum, parandì dulcedine nihil prætermittent; intercepti (vt  
 apud eundem Marcellinum legimus) Imperiali motu oppressi in-  
 terière omnes ad vnum, eorumque soboles parua etiam, tum ne ad  
 parentum exempla subcresceret, pari sorte deleta est; larèsque euer-  
 si, quos ambitiosè luctuosos aliorum dispendiis extruxerant. Vbi quod  
 ait de punitis Maratocyprenorum liberis, ne ad parentum exempla  
 subcrescerent, animaduertendum puto: propterea quòd cum illa ra-  
 tione prorsus congruit, quæ circa pœnam læsa maiestatis ad liberos  
 ab Arcadio & Honorio b productam, his verbis comprehenditur, vt  
 antè diximus; Paterno enim debent perire supplicio, in quibus pa-  
 terni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuuntur. Quamquam  
 ibi non eodem quo parentes supplicio, vltimo scilicet, ple. si liberos  
 perduellionum Imperatores lenitatem securitati suæ ac publicæ iu-  
 risque rigori præferentes, voluere: sed multò mitiore, infamiam scili-  
 cet, bonorumque paternorum amissionis ac egestatis perpetuæ pœ-  
 na: quod enim talibus futurum esse mortem solatium, & vitam sup-  
 plicium aiunt; nec in plerisque hominibus verum deprehenditur,  
 quibus nihil carius vita & salute (ignauis quidem certè pluris qua-  
 lem cunque vitam, morte honesta æstimantibus, vt apud Curtium c  
 Darius loquitur) & κατ' ἀξίον καὶ ἐπιβουλήν ex vehementia quadam  
 ad detestationem sceleris pronunciatum debet intelligi; sicuti quod  
 alibi d legitur, tristius morte esse in seruitute viuere; cum alioqui nõ  
 suo sed alieno vitio laborantes, mitius haberi oporteat; e ac tantum  
 paternis bonis & nomine (vt antiquitus apud Romanos obtinuit)  
 priuari vel etiam remoueri à Repub. quod iam inde à Dictatore Syl-  
 la obseruari cœpit. Vtrumque horum duobus his veterum locis il-  
 lustrabitur: Mamertinus Panegyrico Iuliani, *Multi post exactos reges  
 Imperium vniuersæ reipublicæ solitarium cupierunt: nota sunt recordan-  
 tibus nomina eorum videlicet qui non propria ferentes affectati regni  
 supplicia pependerunt. Mitto veteres, qui saxo præcipites dati, quorum  
 bona publicata, domus eruta, interdicta posteris nomina, &c.* Vbi, No-  
 minum vocabulo, pranomina (si mihi credis) intelliges. Ex quo  
 more, cum ob Germanici necem Piso damnatus esset à Senatu sub  
 Tiberio, eiusque bonorum pars publicata: quamquam altera filio Cn.  
 Pisoni concessa est; hoc tamen additum Tacitus refert, ex Cottæ Con-  
 sulis sententia, vt is pranomen mutaret; quod aliis etiam vetustæ Ro-  
 manorum historia locis comprobare possim. De interdicta propter  
 infamiam Republica proscriptorum liberis; planè ac perspicuè Se-  
 neca

a Lib. 29. histor.

b l. quisquis, s. filij, C. ad leg. Iul. maiest.

c Lib. 5.

d Apud Q. Cur- rium lib. 8. e Argum. l. leg. de natur. C.

neca de ira, a Ne irascamur (inquit) inimicorum & hostium liberis. a Lib. 2. cap. 4.  
 Inter Syllanæ crudelitatis exempla est, quòd à Repub. liberos pro-  
 scriptorum submouit. Nihil est iniquius, quàm aliquem heredem pa-  
 terni odij fieri. Sed nimium Stoicè Seneca; qui quod iniquum ge-  
 neraliter esse censuit, aut circa ipsos damnatorum liberos, vt pro alio  
 quouis, vel pro parente filius plesteretur; præsertim facinoris vllius  
 minimè conscius: alia quadam utilitate publica æquitatis matre pen-  
 sari non vidit, quod egestatis liberorum formidine, parentes à scele-  
 rum paratione abstinerent. Qua de re ad Brutum Cicero; b Nec  
 verò me fugit quàm sit acerbum, parentum scelera filiorum pœnis lvi:  
 sed hoc præclare legibus constitutum est, vt caritas liberorum amiciores  
 Reipublicæ redderet. Itaque Lepidus crudelis in liberos, non is qui Lepi-  
 dum hostem iudicat. Atque ille si armis positus de vi damnatus esset,  
 quæ in iudicio certè defensionem non haberet, eandem calamitatem subi-  
 rent liberi bonis publicatis. Et alio loco; c vbi hac ipsa de re, In qua  
 sententia videtur istud esse crudele, quod ad liberos qui nihil meruerunt  
 peruenit; sed id & antiquum est, & omnium ciuitatum: siquidem etiam  
 Themistoclis liberi egerunt; & si iudicio damnatos eadem pœna se-  
 quitur ciues: quòd potuimus leniores esse in hostes? Loquitur Cicero de  
 bonorum publicationis pœna, per quam fit vt insontes liberi dam-  
 natorum egeant, ad quos alioqui naturali & sua parentum morte bona  
 peruentura fuerant; quorum etiam bonorum ipsi viuus iis quodam  
 modo existimati domini, atque parricipes (sicuti iure nostro d pro-  
 ditum) adeò vt qui damnatione ista paterna, damnatum, hoc est, de-  
 minutionem speratarum certè facultatum patiantur, famæque, ac no-  
 minis siue existimationis (nam sicut olim ex vetustis Atheniensium e  
 legibus, ita ex ista Imperatorum constitutione, qua de agimus, in Iu-  
 stiniani codicem relata, liberos perduellionum siue proditorum per-  
 petua hodièque infamia comitari solet) grauissimum inter homines  
 quidem ingenuos ac liberaliter educatos dispendium: non possit non  
 ad ipsos paterna pœna videri peruenisse; quæ propterea parentibus  
 vltimum supplicium presentibus, aut absentibus exilium perpeffis, id  
 grauius, acerbior, & ac intolerabilius reddiderit, quo huius quoque  
 in liberos tantum non impetentes, pœnæ culpam sibi prorsus ad-  
 scribendam esse miseri sentiunt. Id quod grauissimè (vt solet) Plu-  
 tarchus illo ipso quem dixi libro f in hæc verba differit, αἰ ἡ δὲ καὶ τῶν  
 παιδῶν ἰούσαι, καὶ διὰ γένους ἐμφανῶς τοῖς δεινῶν γονομῶν (κολάσεως) πολλὰς  
 ἀποπέπονται, καὶ συστέλλονται τῶν πονηρῶν. ὅτι δὲ ἐκ ἐστὶν ἀισχύων, ἃ δὲ λυποῦσα μάλ-  
 λον ἐτέρω κολάσει, ἢ τῶν δὲ ἐκείνων κακὰ πάσχοιεν διὰ αὐτῶν δεξιῶν καὶ ἐπι-  
 ψυχῶν ἀνδρῶν ἀσεβοῦς καὶ παρανομίας μετὰ τῶν αὐτῶν ἀφροσύνας οὐκ ἀνδραγαθίας  
 οὐδὲ τιμῆς τινος ἀναξιοπομπίας, ἀλλὰ πᾶσι δὲ, ἢ φίλων, ἢ γένους, ἢ οἰκίας αὐτῶν  
 ἀτυχίαν καὶ χρεωδύνει μεγάλως διὰ αὐτῶν, καὶ ἀβίβλων τινούσας, οὐδὲ τις ἀνὰ γὰρ  
 σὲν αὐτῶν ἐπὶ ταῖς τῶν Διὸς τιμαῖς, ἀδικῶν γονεῶν καὶ ἀκόλαστον. Nec à ratione  
 alienum est (quæ vt plurimum, eadem contrariorum esse solet) vt  
 proditorum ciuium liberi aliquot ob scelera parentum ipsi detri-  
 mentum subeant bonorum, aut honoris insuper ob crimen læsæ ma-  
 iestatis (quamuis alioqui nullum patris delictum innocenti filio

b Epist. 11.

c Epist. 14.

d l. in suis, D de liber. & posthu. l. scripto, D. vnde liberi.

e Plutarchus in vicis decem Rhet. in Antiphonte cōmeminit legem istarum, è quibus proditorum cadauera è finibus proiiciebatur, ipsorumque ac posterorum damnabatur memoria, fol. 531. lib. Scythianici; τοῖς περὶ τῶν ἀποδότων ἐπιτιμῶν ἐπιταχθεὶς ἀπαφῶς ἐπιπέσει, καὶ οὐκ αὐτῶν ἐπιπέσει ἀπῶνος ἀνεργεῖται. & ad fin. in fol. 1533. καὶ τὸν νόμον δὲ λέγουσι περὶ τῶν ἀποδότων, &c.

f De sera numinis vind. folio 1995. edi. Steph.



a l.2.5. penult. D. de decur. vbi Accur.

b Panathenai- co.

r. Videto Qu; Curtium lib. 10. d. l. 1. & 3. de priuil. veteran. e. l. vacatio, D. de mune. & honor. l. 1. & 4. de iur. imminut. f. l. Diuo, C. de quaestio.

g. Vide apud Alciatum cof. 467. num. 7. vbi esse eomunem opin. ait.

h. Quin & filiis quoque referuari legitimam in bonis paternis, neq; ius cognatis, aut extraneis succedendi adiminet infames effici Rebuffus testatur in proemio in constitut. Regias in glos. 5. nu. 106. hoc addito, se vidisse portionem ipsis ad alimenta relictam a curia & non aliud, sed in reliquis non puniri. E' contrario aut legitam legiti- tam huius criminis poena circa filios & ad illegitimos, & ad eos qui ante crimē nati sunt, & ad nepotes etiam extendi docet Didacus Couarruuias c. 8. lib. 1. variar. resolut.

poenae esse debeat; ideoque nec ordine decurionum aut ceteris honoribus propter eiusmodi causam prohibeatur, vt ab Vlpiano traditum) cum e contrario propter praecleara facinora, meritoque optimorum civium, superstites eorum liberi & honoribus & praemiis, priuilegiisque plurimis donatos, tam peregrina quam Romanae leges voluerint. Legem fuisse Atheniensium Aristides memorat; quae civis qui pro Republica depugnans occubisset, liberos educari publice iuberet, longaeque antea ob memoriam beneficiorum ab Hercule acceptorum, in eius liberos, tanquam ab ipsis ea per patrem accepissent Athenienses adeo gratos extitisse; vt parentis loco eos tuerentur, quatuor oppidis exciperent, publicisque sumptibus alerent. Aristidis enim de Heraclide haec verba sunt: *ὅτι τῶν ὀρθάντων μόνον ἀδελφῶν κατέσχευεν ἀπὸ τῶν πατρῶν ἀποδοῦναι ἀλλὰ καὶ ὡς πατρῶν ὁμοίους τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἐτίμωνται, τέτταρας μὲν δόξα νέμεσθαι, ὡς πατρῶν τότε οὐκ ἐμὴν ἦν τῆ χώρα. πρῶτος ἦ τρέφασα δημοσία πατρῶν ὁμοίους. Alexander Macedo, cum e suis complures bello inuites exauthoraasset, magnificentissimeque donatos dimisisset, eisque ad spectanda certamina priores in theatro sedes assignari, & coronatos sedere iussisset; defunctorum quoque liberos pupillos paterna contrahere stipendia voluit. e Iure quidem Romano veteranis & liberis eorum eundem honorem haberi, quem decurionibus; & inter cetera priuilegia, in delictis habere prerogatiuam svt in poenis separentur a ceteris, exploratum est. d Et generaliter vacationem, itemque immunitatem liberis & posteris dari, quae ad eos dumtaxat pertineat, qui eius familiae sunt, Iabolenus noster e admonet. Eminentissimum nec non etiam perfectissimum virorum vique ad pronepotem liberos, plebeiorum poenis vel quaestionibus non subiaci; Diuo Marco placuisse, Diocletianus & Maximianus rescripserunt: f sed ita, si tamen propioris gradus liberos, per quos id priuilegium ad vltiorem gradum transgreditur, nulla violati pudoris macula aspergit. Verius est interim (hanc disputationem vt finiam) & porro aequius; licet Imperatores metum noui perducclionis alioquin a liberis non inopibus exemplo paterno admittendi spectasse, illam celebri constitutione sua non inficior: ideo puniri egestate filium perducclionis, & quasi partem patris, atque adeo non prorsus immunitatem a scelere paterno: post quod contractum scilicet conceptus est (nam ad conceptum antea, poenam illius constitutionis communi & vetusto iuri derogantis non extendendam, plerique summa cum ratione censuerunt g.) & quod magis talis poenae liberis infligenda metu, ab isto facinore temperandum sibi arbitrentur. Quoniam in vfu, constitutionis illius egestatem infligentis poenam circa liberos vtriusque sexus, non vltra parentis qui deliquit bona, quae ve ad ipsum vlla ratione perueniant, extendi apud nos: sed ne in Gallia quidem consuetudinaria, dotem (si aliunde non suppetat) ex bonis illis denegari filiabus receptum esse, audio. h Magnus autem Dominus qui aioru merito ignoscit aliis: & dum alios probat aliis relaxat*

errata;

errata; quemadmodum ad Euangelium B. Lucae a Ambrosius adnotat: idem non modo nostra, sed simul aliena quoque in nobis delicta, & iuste nihilominus vindicat. Vnde Saluianus Malsicensis quodam loco, b *Esti deformari lepra summum Antistitem* (Aaronem intelligit) *non oportuit, & ipsum tamen Domini castigatio flagellauit, nec solum hoc, sed in poena quam Maria patitur, Aaron etiam quasi culpa pariceps coercetur: Maria enim supplicio afficitur, vt Aaron confusione mulsetur.* Qua de re commodius atque adeo plenius 19. sermone differemus.

Ad Iurifconsultum redeamus modo, cuius cetera verba placet expendere, quae superius proposui. Et quod ait Paulus, *Pro affectu; sic accipe, vt hoc quidem loco Affectum nomen πατρικῶν διαθέσεων* quam Sthenidas Pythagoricus in de regno apud Stobaeum c vocat, hoc est, *τῆν πρὸς τὰ τέκνα φρονήν φυσικὴν, naturalem in tuenda & curanda sobole propensionem atque charitatem.* d seu potius pietatem e significet: *ὅτι γὰρ τις ἐστὶ κοινὸς ἀνθρώποις νόμος* (inquit apud Stobaeum f Euripides) *καὶ θεοῖσι τὸ τὸ δόξαν ὁ σαφῶς λέγει* *ἄριστον τε πατρὶ τέκνα τίνασαι φίλην* *τὰ δὲ ἄλλα χάρις χρῶμεθ' ἀλλήλων νόμοις.*

Philo quidem Iudaeus g ab hac naturali propensione eius qui quid fecit, erga suum opus veluti parentum erga liberos, rationem duxit; vt mundi a se creati Deum curam gerere colligeret, atque coprobaret: *ἢ τι καὶ προνοεῖ τὸ κόσμον ὁ θεός. ἐπιμελεῖται γὰρ αὐτὸ τὸ πεποιηκὸς τὸ πεποιημένον, φύσις νόμοις καὶ θεομοίς ἀναγκάσθαι. καθὼς καὶ γονεὺς τέκνων προνοεῖσθαι: & alio loco h in eandē sententiam, καὶ ὡς ὁ γονήσας πατὴρ νόμῳ φύσεως ἐπιμελεῖται τὸ γονεὺς προνοεῖσθαι καὶ τὸ δὲ καὶ τὸ φρονεῖν. Instituentē natura plus ferē filios quam nosmetipsos a nobis diligi, superiore libro i de iure naturali & gentium selecta quadam proferentes, Pacati k verbis docuimus. Huius itaque charitatis igniculus, non in animis hominum modo bene compositis, sed etiam in male affectis elucescere Plutarchus, l ducta ex auro valde concinna comparatione, his verbis demonstrauit: *ὁ μὲν ἄλλα ὡς ὁ χρῆσις μεταλλοῖς πολλῆ συμπεφυρμένην γὰρ καὶ κατὰ κεραυμολογίαν ὄμως διασπείθει τὸ χρυσίου: ὅπως ἢ φύσις ἐν αὐτοῖς τοῖς ἡμαρτημένοις ἔθετο καὶ πάθεισιν ἐπιφανῆ τὸ πρὸς τὰ ἔθνη φιλοσοφῶν.* Quin & vtrorum & elephatorum exemplo Apollonius apud Philostratum m insitam animantibus a natura sobolis curam atque defensionem pereleganter, & graphicē ob oculos proposuit: quo loco, *τί ἐν βέλῃ τὸ ὄνθες ἐκείνο φρόντισμα τοῖς ὄρωσιν φρονεῖν, ἢ μὴ τὴν πρὸς τὰ τέκνα ἐνοσοῦν εἶναι; τὸ πρὸ καὶ ἐλφάυτες ἢ δὴ βεῖωσιν, ὡς παρὰ τῆς φύσεως αὐτοῖς ἦκη. & ὡς δὴ παρὰ (malo παρὰ) ἀνθρώπων μεμαθήκασιν αὐτὸ, ὡς παρὰ τὰ ἄλλα, οἱ γὰρ μὴ ἐξυμμεθίστασιν παρὰ ἀνθρώποις, ἀλλὰ φύσις καὶ κλημενοὶ τὸ φίλην, & ἔτερον παρὰ τὸ ὄνθαι τε αὐτῶν καὶ παρὰ τὸ φρονεῖν, &c.* quae sequuntur. De naturali affectu*

auctor diuisis inter patrem & filium pietatis officis cum vtrumque ad fugiendum anni deficerent alterum tulit, alterum traxit. D. Hieronymus in de vitan. susp. contubernio epist. 47. Mater & filia nomina pietatis, officiorum vocabula, vincula naturae, secundaque post Deum foederatio. f Sermo. 81. g καὶ καὶ μοσίου ad fin. h καὶ καὶ ἐν εἰδὲ νόμων. i Lib. 2. cap. 1. k lat. Pacatus in Panegy. Theodo. l Ad finem libelli καὶ τὴν εἰς τὰ ἔθνη φιλοσοφία. m Lib. 2. de Apoll.

a Cap. 5. vers. 20. ad illud καὶ ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτοῦ εἶπεν αὐτῷ ἀνθ: ὡς ἀφῆκεται σοὶ αἱ ἀμαρτίαι σου. vbi Ambrosius insuper, Cur apud 12, ὁ homo, collega non valeat, cum apud Deum seruus & interueniendi meritū & ius habeat impetrandi. Vide quae ex lib. 4. Regum ca. 20. scribimus infra c. 19. vultus tamen euerisionem non sanare crimina plurimorum Saluianus Massiliensis lib. 3. de gubernatione Dei ad extremum scribit, nec sufficere ad placandum Deū quod vnus peccata deserit, quem vnuerstas totius humani generis offendit, &c. Multos etiam impios vnus virtute simul fuit, vnūque hominē reatē viuente post se populū vnuersum ab ira Dei eripere, qui a ciuitate peruersa in suam poenam nō possit dum viuūt bene: a Chryostomo traditur in serm. de poenit. & confessione col. 797.

b Lib. 1. de gubernat. Dei vbi de historia quae Num. 12. & 20. proponitur.

c In collecta loco. commun. serm. 147.

d Sic Papin. in l. nam et si parenti, 15. D. de offic. testam.

e Quintil. Declam. 388. Romani generis

affectu isto, ipsum quidem Chrysologum quem ante nominavi castigatissimum ( si quid iudico ), Theologum aliquot locis <sup>a</sup> in eam sententiam scripsisse, animo nunc subit: hoc verò inter cetera placebat, cum in illos incidi; *Quomodo pater poterit filijs dare mala pro bonis, qui mala semper pro filijs paratus est sustinere? qui pro filijs mortem non refugit, pericula non declinat?* Et cum alio iam antea indicato loco, *Affectus* nomen ab ipso ita usurpatum ostenderit, propterea isto etiam loco quem proferam, pro, *Effectu*, reponendum *Affectus*, vocabulum arbitror: vbi vulgaris in libris ita legitur, <sup>b</sup> *Et tamen nuncupat suum, suadet effectum, ad gratiam, vel spem reuocat largiatis.* Nam & pro, vel spem, omnino, vel spe, aut, per spem; & pro *Effectum, Affectum*, restitui debere; sententiæ ipsius ratio ( quæ ex precedentibus & subsequentiis colligenda est ) exigit, atque efflagitat. Sicuti apud B. Cyprianum <sup>c</sup> quoque vbi de latere Christi agens, *Ex hoc son. e* ( inquit ) *compunctionum & lacrymarum perennes effluunt riuus, misericordiarum suauitas & totius pietatis affectus emanat.* Impressi libri perperam *Effectus* praferunt, meo quidem iudicio. Sed mirè placet, quod de isto quo de agimus parentum in sobolem affectu, Quintilianus itidem differens alicubi; <sup>d</sup> *Quaedam* ( inquit ) *animalia ipso ore in periculis catulos suos transferunt; nouasque illis indulgentia manus commenta est: noxios alioqui morsus huic vni officio mitigant. Nidulorum, si infestantur, crebra mutatio est; nec quicquam vsque eò ferum est, vt non cum progenie sua migret: adeo illis quibus omnium rerum intellectus negatus est, hic tamen affectus relinquitur: & alio loco; <sup>e</sup> Cur taceri voluit? quoniam pater erat, quoniam nunquam hi affectus in tantum vincuntur odio, vt non ad naturam suam tamen reuertantur.* Affectus itaque nostros in nostra potestate non esse tradit Seneca; <sup>f</sup> *quadam enim iura non scripta, sed omnibus scriptis certiora esse.* Item alio loco, <sup>g</sup> *paternum affectum moram non sustinere.* Quod autem Fabius omnium rerum intellectu carentibus animalibus, hunc relinqui tamen in suos fetus affectum, superiore in loco expressit: equidem ita cum Ælianò interpretor, vt quæ rationis expertia sunt, eorum tamen curam natura velut speciali quodam indulto beneficio hactenus gesserit; vt cum affectu illo, prudentiam interim aliquam, & eorum quæ ad sui suorumque fretuum conseruationem spectant, intellectum ( in reliquis licet omnibus rebus denegarum ) affatim instillauerit: <sup>h</sup> *ιδίον ὃ ἀρα τ' ἴσω, ἢ ἐκείνο ἀγαθόν* ( inquit iste <sup>h</sup> ) *πρόνοιαν αὐτῶν ἢ οἰ. τοῖς ποιεῖν, ἢ ἕτε αὐτῶν καταφρονέσι: ἔδὲ μὴν ἀλιγάρως ἔχουσι. εἰ δ' καὶ ἀμοίροι λόγῳ, ἀλλὰ γούρ σωσίους καὶ τ' καθ' ἑαυτὰ σοφίας ἐκ ἔργῳ ἀτυχῆ, &c.* Atque hoc est quod iuris naturalis peritia censeferi animalia, cum Vlpiano, superiore libro <sup>i</sup> diximus: vnde cetera huc pertinentia, tuo vsui vt petas, admonemus. Liberorum igitur delicta seu vitia, tantum abest vt vindicent punianturque parentes; vt vel maximè dissimulent, atque obtegere nitantur: vbi scilicet nulla ipsi propria grauiore afficiuntur iniuria; quæ affectus illius in liberos dirimendi, ac, praualente salutis cuique suæ non minùs imò magis naturali amore; opprimendi vim habeat.

Nam

Nam hoc excepto, *Pietas* ( vt ait Papinianus <sup>a</sup> ) *paterni nominis pro liberis consilium capit*: quamobrem patri, non marito ( cuius facile decentis in vxorem calor & impetus refranandus fuit ) permiffum mulierem omnemque adulterum occidere. Placet in hanc rem quod de obumbratis à matre ac velatis iuuenilibus filia amoribus castitati contrariis, Persina mater Charicleam affata, sic apud Heliodorum: <sup>b</sup> *ὁ μὲν δ' οὐδ' τὴν σὸν κοινῶν τὸν ἀνδρα, δι' ἡ δ' ἴσως ἐπὶ τῶν ἐπιπέδων; ἡ ἀρξοῦσα ὡς μητέρα λοιπὸν ἀγαθόν. καὶ τὴ νεότερον κ' ἴσως καὶ παλαιὰ μὲν τῶν πατρῶν, ἢ μὲν βῶα φύσις τὸ θυγατρὸς καὶ τὸ θυλὸν συμπαθεῖ τὸ πᾶσι. τὸ γυναικῶν οἰδ' ἐπιπικνύσθαι.* Ac de pietate quidem ista & clementia parentum in liberos, qua sicuti nos Deus ille paterque summus, ita subditos principum complecti debet; vt non sine iustitia, delictorum tamen interdup ex toto partéve gratiam faciat, reliqua etiam condonet, populi ac reipub. salutis necessaria tribuat; alio istius libri capite, <sup>c</sup> plenius loqui ( si Dominus dederit ) certum est. Illo sane pietatis paternæ affectu, qui & in animalibus elucescit ac viget; non leuiore tantum offensiones, sed peccata in Deum nostra quamlibet graua nobis ab ipso condonari, D. Ephrem Edissenus diaconus his verbis docet: quæ cum ad paterni affectus diuinæque in primis erga nos pietatis humana quacunque longè vehementioris commendationem; & ad superiorum omnium quæ hîc scripsimus illustrationem pertineant, minimè omitti debent. *Vincit autem tua benignitas patientia* ( inquit <sup>d</sup> sanctus ille Diaconus & anachoreta ) *amaritudinem meam. Et aues enim cum grandi pietatis affectu enutriunt filios suos; & cum ab eis saepe iritentur, nunquam tamen illos deserunt atque despiciunt: superantur quippe pietatis affectu. Quod si aues quoque sic affluunt pietatis visceribus: quanto magis gratia tua Domine sanctis miserationibus trahitur ad miserandum eis omnibus qui te toto affectu cordis inquirunt? Mater itidem si à suo despiciatur infantulo, non tamen idcirco vt illum negligat, inclinare cor poterit. Superatur enim ac cedit maternis affectibus. Si autem & mater & nutrix ( eodem quippe affectu, ac propè pari dilectione alumnos amplectitur ) charitatis affectibus sic cedunt: quanto copiosius gratia pietatis tuæ ( amator hominum Domine ) quotidie suis miserationibus vincitur, vt misereatur & saluet omnes qui semper desiderant te.* Hactenus Ephrem.

Caterum vt affectu ac pietate illa inter liberos & parentes interueniente, filios illorum vera esse mēbra ostendimus: ita pro membris ipsos non haberi, si cessauerit affectus, aut si prorsus extinctus fuerit; eleganter Saluianus, <sup>e</sup> istud saepe à nobis hoc sermone memoratum, Affectus vocabulum usurpans, quodam loco in hæc verba tradit: quæ sine maxima incuria pratermitti à me, qui tamdiu in superioribus celebrandi naturalis huius affectus gratia immoratus fueram, minimè potuerunt. Sic ille igitur; *Quæ esse spes vllis potest, quod liberari & extranei, & innumeri, & malis à paucissimis bonis possint? cum illi familiarissimi Deo sancti, ne hoc quidem à Domino promeruerint, vt in filijs suis vel sua membra saluarent: & rectè.* Nam licet omnes ad modum filij membra parentū esse videantur, non putandi

P

a l. nec in ea, 22. D. ad leg. Jul. de adult. vide quæ hac de re scribo 16. huius lib. cap. vbi de pietate paterna cetera.

b Li. 10. Æthio. fol. 235.

c Cap. 16. videto & cap. 15. ad extremum.

d In sermone de poenitentia cordis, sub init. fol. 131. vol. 1.

e Lib. 3. de gubernat. Dei, ad finem.

i Cap. 1. lib. 2. Semestr. videto & hac de re M. Tull. sub init. lib. 1.

f Declam. 1. lib. 2. controuersia. vbi & affectus vicitur.

g Controuersia 23. lib. 4.

d Declam. 388.

c In de passio. Christi sub init.

b Sermo. 5.

a Sermo. 54. & 55.

a Lib. 1. de Rep.  
 b In de fera nu  
 minis vindicta,  
 fol. 992. editio.  
 Stephan. vbi de  
 Castandri statua  
 & Dionysij cor  
 pore.  
 c Ibi nempe vbi  
 de cōcubitu cō  
 iugum fol. 775.  
 edit. Stephan. 616  
 γδ πδ δδ δδ δδ  
 μένων φυχάε κρη  
 σόμματα ἀναγ  
 κούον ἐξουσιου  
 μδρον ἐκτυπέδω  
 ιδ πικρον σάντω  
 φαυλότρεχ.  
 d In de anima  
 cap. 13. animam  
 & carnem simul  
 concipi.  
 e Vide Tertul  
 lianū in de ani  
 ma cap. 18. (&  
 ibi Barraum) &  
 eiusdē lib. c. 19.  
 de ætate animæ.  
 f In libello Lu  
 toriæ nuper ex  
 cuso πειρ τ βω  
 σιλέως σπράξεν  
 η σφι βωσιλέας  
 sub ñnem in fo  
 lio 53.  
 g De his apud  
 Dionem Chry  
 sostomum lib. 4.  
 de regno, pag.  
 42. qui locus  
 huic nostro lu  
 cem adfert &  
 apud Plutarch.  
 πειρ τδ τδ τδ  
 δδδδ βωσιλέας π  
 μαρυμ. & Mar  
 cell. lib. 19. pag.  
 218. Gryph. Eu  
 ripidem. Hercul  
 e furete & Phœ  
 nicis. victor. cap.  
 16. lib. 8. Variar.  
 & Robortel. ca.  
 47. lib. 2. emen  
 dat. De eburneo  
 Pelopidarū offe  
 in humero. The  
 mistius otat. 1.  
 pag. 11. de verif  
 que Lycophro  
 nis-interpres eo  
 loco. quē ad ca  
 stigandū Aristō  
 telē in arte poē  
 tica Robortel.  
 adfert. cap. 47.  
 lib. 2. emendat.

sunt tamen membra eorum esse à quibus affectu cœperint discrepare; quia morum degenerantium prauitate, pereunt in talibus beneficis naturæ: quo fit, vt etiam nos, qui nos Christianos esse dicimus, perdamus vim tanti nominis vitio prauitatis. Cessante igitur affectu, quo interueniente parentibus liberi coherent, eorumque partes quædam existimabantur; cessante inquam officio & potestate cuncta desiniente, non possunt dici aut iidem, aut eiusdem totius partes esse: non magis quàm si totum quid sublatum foret, cuius materiarum superamenta manerent, essentque reliqua; sed idem tantum habere nomen, sicut imago quædam eorum & effigies à pictore vel statuario deformata: id quod Aristoteles a in hæc verba scribit, ἀναρχωλὸν γὰρ τὸ ὄλον, ἔκ τῆς ἑσῆς τῆς δὲ χεῖρ, εἰ μὴ δμωνύμω. ὡσπὸρ εἰ τις λέγῃ τὸν λιθίνον. Διαφθαρεῖσα γὰρ ἔστι τοιαῦτοι: πάντα ἢ ἅδ' ἔργω ὄνεται ἢ τῇ διωμάτῃ, ὡς τὴ μιν κέτι τοιαῦτα ὄντα, ἔλεγχον τὰ αὐτὰ εἶναι ἀλλ' ὁμωνύμω: cum tamen alioqui filios alicuius etiam defuncti magis ad ipsum pertinere, ac in istis eum vehementius plecti, aut honore affici; partem ipsius propriam in se qua vigeant, gubernentur & sapiant, sibi coherentem habentibus: quàm aut in corpore iam dudum ab anima separato, aut in statua in qua nihil naturæ illius insit, à Plutarcho b fit proditum; sed qui cum Platone in sexto legum c (sicuti Tertullianus d ei fortasse nimium hac in re ad stipulatus e retulit): existimaret, contra ipsam rem veritatem scilicet, quam Christiana fides amplectitur; animam cum semine à parētibus ad filios velut in brutis animalibus traduci: quam creari à summo Deo, vbi compaginata corpusculi membra fuerint in utero materno, ipsique tunc infundi ab auctore paternitatis omnis credimus. Verè igitur, vt qui probis ortus parentibus ipse aliud profusus vitæ institutum si sequatur, non possit eam quæ sibi cum illis à natura intercesserat cognationem non immeritò arrogare, atque celebrare; à quibus non minùs esse alienus videatur atque extraneus, quàm olim à Pelopidis ille habitus, cuius in humero profapia signū istius eburneum os vt terrigenarum Spartorum siue serpentigenarum hastæ nequaquam appareret; quemadmodum eleganter à Luciano Cæsare, f in hæc verba proditum; ἀλλ' ἔδ' εἰ ὅστις προγονῶν ἀγαθῶν. ἔφυ αὐτὸς ἢ ἐπὶ τῶν θνατῶν ἢ βίῃς ῥοπήν κατινέχθῃ; Διωμάτως ἀν μετὰ ποσειτό τῆς πρὸς ἐκείνης ξυμμετίας μὴδ' εἰς τὸς πελοπίδας θύλῳ ἐμῆραφιαθ τὸς μὴ φέρωντας ἐπὶ τὸ ὄμωρ ἢ γένος τὰ γνωρίσματῶ. λόγῃ ἢ λέγῃ πειρ τῶν βωσιτίων τοῖς σπάρτιώταις (vbi σπάρτοις e legere malim) θνητοπιθῶν πειρ τὸ τεύχος ἢ τρεῖς λαμδῶνς αὐτῶν βώλῃς ἢ τὸ θνητῶν ἐπὶ ποτὸν διασπῶθῶν τῶν τῶ γένῃ σύμβολον: verè inquam ad patrem non pertinet, nec membrū aut pars eius videri potest; qui tantum abest vt affectu illo naturali tanquam Chryfocolla conglutinator atque commissus ei sit, vt potius eum structis insidiis euertere, obruere, perimere nitatur: sicuti nec pater quidem ad filium pertinet, eiúsve caput aut totum existimari meritò potest, qui non parentem sibi, sed parantem insidias filium, atque adeò nullo iam sibi vinculo colligatum, sed profusus à se distractum, aut ipse perimit, aut iudicium tristem in eum capitalē: que sententiam dictorum potestati permittit. Quod cum Hispaniæ

spaniæ Regi Philippo ipsiusque primogenito filio memoria nostra vlti venerit; non esse tamen sine vetustis, & iisdem tragicis aliorum populorum exemplis vsurpatum, historia (quæ vitæ humanæ optima est magistra) comprobat. Huius auctor præclarissimus Plutarchus de Artaxerxe Memnone narrat, a cum Darius annos natum quinquaginta designasset Regem, citatimque ad eò rectam (quam vocant) ei gestare permisisset, ac proinde optanti à spasiā patris pellicem genere Phocensem ex Ionia (quæ ad ipsum à Cyro cum eius in prælio cæsi castra diriperentur, valde adamata peruenerat) ob eam Persarum legem quæ designato Regi, quodcunque petierit à designatore concedi vult, denegare non valeret, præsertim non abnuentem: sophismate tamen vsus, quo se non acerbè, sed ioculariter de filio zelotypus ipse vicisceretur (δυσχελεα γὰ τὰ βαρβαρικά δεινὸς πειρ τὸ ἀκόλαστον, vt inquit ille, Barbaros grauis in amoribus emulatio perurget) non ita multò potest eripuisse, lecta illa in sacerdotem Dianæ scilicet quæ Echbanis colitur quam Anitim vocant: quò reliquam in cœlibatu vitam casta transigeret. Ob eam verò rem infensum patri filium, seu Aspasie amore permotum, seu contumelia se affici ac ludibrio haberi à patre ducentem; atque à Tiribazo etiam exasperatum (qui & ipse animo iam tum erat in Regem exulcerato) de cæde inferenda patri, sceleratam cum eo atque aliis, in quibus & Eunuchō vno (qui Regi rem totam deinde aperuit) coniurationem iniisse. Qua Regi comperta & percussoribus, qui ea fini cubiculum introgressi fuerant suum, in manifesto facinore deprehensis atque agnitis; ipse (qui de filio tale vt suspicaretur aut crederet facinus, animum inducere alioqui nunquam potuisset) Dario cum liberis attracto regiis (vt quidam memorant) iudicibus datis, qui absente se cognoscerent, vna omnium sententia rei capitalis damnationi filium per carnificem in carcere ipsis imminentibus adacta nouacula pœnali decollari, caputque ipsi præcidi curauerit; vel se coram (vt alij volunt) habito examine, ipsis rei probationibus conuictum, ac ore deiecto supplicem, præ iracundiâ exurgens acinace stricto donec animam eriperet, percutere non cessarit; eoque sumpto supplicio, & post adoratum in aula Solem; abire, ita vt latum diem ducerent Persas iusserit; aliisque renunciare, pœnas de iis qui animo nefanda & detestabilia conceperant, ab Oromaze magno iustè repetitas. Sic enim vt dixi ea Plutarchi (vt de aliis taceam) exponenda cæleo, τὸν ἢ Ἐπιποργῆς ἀνασάτῃα ἢ ἀσασάμνον τὸν ἀκινάκην, τὸν ἴσην εἰς ἀπέλησεν. Nam cætera commodè reddita ab interpretibus, qua sic habent; εἶτα εἰς τὴν ἀλλῶν προελθόντῃα τὸν ἴλιον προσηνωῖσαι, ἢ ἐπέμ, Εὐοργάνωδε ἀπιόντες, ὡ πέρσαι, ἢ λέγετε τοῖς ἀλλοῖς ὅτι τοῖς ἀθεσμα ἢ παρανομα διανοθεῖσιν ὁ μέγας ὁρομάτης Δικην ἐπιτέθεικεν. Interea placet maiorem in modum, quod quem de nepotibus ex filio suis cum captiuo patre ad se adductis quidpiam postea statuisse, Plutarchus non memorat, Persarum licet in suppliciis exigendis dirorum, vt antea dixi, fructumque Rex non immitis (quod suo loco inferius b docebitur) b Cap. 16.

a In eius vita fol. 1873. & 1874.


affectu, cohibente autem iracundiam iustitiae contubernali modera-  
tione siue pietate pepercerit: quod extranei forsitan alicuius liberis  
ex vetusta ob insitam illi genti sauitiam consuetudine, de qua superius  
adhibito Marcellini testimonio differui; non itidem facturus fuerat.

S V M M A.

Hoc nomicocriticum caput; physicum, ac denique  
nomicum: iniectis vbique castigationum  
luminibus distinctum.

*Affectus nomen varie sumptum apud Iurii nostri auctores. Erga personas veluti  
uxorem, parentes, liberos, pro amore; item erga res. Affectus hoc est propositum  
animi seu προpositος, ut in delictis. Explicatio §.at cum aliquis, l.eum qui, D. de  
iniurijs: castigato Maximo Tyrio atque Tertulliano. Affectus pro destinatione. Fu-  
ga & fraudis nomina consilium & effectum in iure notant. Emendatus locus diffi-  
cilis apud Tertullianum & illustratus, qui ex unius litterule immutatione valde la-  
borabat circa vocabulum Affectus. Finem uniuscuiusque rei primum animo & co-  
gitationi occurrere. Saluiani & Sulpitij committuntur loci. Aristoteles illustratur,  
Plutarcho atque Tertulliano adhibitis: qui docent, Perfectum, totum, & genus, im-  
perfecto, parte, ac specie prius esse. Homo postrema Dei creatura utpote dignissi-  
ma, sicut posterior inspirata carni iam creata anima qua dignior ac pretiosior: &  
tamen posterior Adamo Eva. Mortem cogitatione precedere, testamentum sequi.  
Explicata l. si mulier, 27. C. de iur. dot. Symmachus emendatus circa idem Affe-  
ctus vocabulum.*

C A P V T IX.



**H**ABITA superiore sermone naturalis in sobolem  
affectus mentio facit, vt quos de affectu locos au-  
ctorum iuris nec explicatos, nec saltem adnotatos  
ab aliis, habeo; ex meo ipse (quod adhuc iuuenis  
mibi conficere coeperam) iuris lexico seligere, his  
omissis quae libri Semestrium superioris capite pri-  
mo attuli; atque huc congerere, cum aliquo, bone lector (vt spera-  
mus) tuo fructu libeat. *Affectus seu affectio concubinam ab uxore se-  
parat*, teste Vlpiano; <sup>a</sup> quam, delectum seu destinationem animi  
Paulus <sup>b</sup> nuncupat: *ἀδελφῶν ἀμοιβῶν* apud Iustinianum, <sup>c</sup> vetus in-  
terpres non male *affectum alternum* reddidit (tamen si *mutuum* ma-  
lim) si Iustinianus ipse eandem rem exprimens, Affectus vocabulo  
alibi <sup>d</sup> est vltus; consensum quo nuptiae consistere dicuntur, <sup>e</sup> signi-  
ficans, & D. Hieronymus; <sup>f</sup> quo loco, *Non superat amorem matris &  
fratris, nisi solius uxoris affectus*. Affectus & propinquorum inter se  
necessitudo atque amicitia dicitur; vt ab Hieronymo <sup>g</sup> eodem ex-  
plicante illud Leuitici, <sup>h</sup> *Super patre & matre sua non inquinabitur:*  
*Multa* (inquit) *nos facere cogit affectus; & dum propinquitatem re-  
spicimus corporum, & corporis & animae offendimus creatorem*. Sanè  
ipforum filiorum in parentes, multò magis affectus dicitur; quem &  
pietatis nomine ostendi scimus: vt apud Aufonium <sup>i</sup> in epistolis,

Credi

*Credideram nil posse meis affectibus addi,  
Quo venerande pater diligere magis. Et statim,  
Nec iam sola mihi pietas mea suadet amorem;  
Nomine te gemini iam genitoris amo.*

Vbi, *Pietas mea*, est affectus ille, atque amor siue reuerentia, qua te  
vrpote patrem meum prosequor.

Istud igitur Affectus aut affectionis nomen, in libris nostris ad  
alias quoque res, ad quas aliqua ex causa propensi sumus, translatum  
passim reperias. Hoc genere, pretia rerum non ex affectu vel vilitate  
singulorum, sed communiter fungi à Iurisconsulto <sup>a</sup> memoran-  
tur: & contra placuisse prudentioribus, *Affectus rationem in bonae fi-  
dei iudicijs habendam*. <sup>b</sup> Vnde Papinianus, affectionis etiam ratione  
rectè agi dixit in specie *l. seruus ea lege, §. vlti. D. de ser. export.* Inter-  
dum autem ita hoc nominis accipiendum est, vt non meram quidem  
& nudam existimationem, aut mentis anticipationem, quam Graeci  
*ἔννοια* dicunt; sed animi propositum, ac deliberationem, consilium  
(inquam) & προωρεση significet: sicuti cum Paulus <sup>c</sup> noster per per-  
sonae putationem ex persona filij non transferri ad patrem iniuriam;  
quando iniuriam filio inferens aliquis eum esse patrem familias cre-  
didit: hoc ipsum enim ne transferatur, effici per illam personae puta-  
tionem quae in eo est qui iniuriam intulit; id est, propterea quòd pa-  
trem familias credens quem afficiebat iniuria, eius inferendae patri  
animum non habuit. Atque hoc est quod ibi statim Paulus subiicit,  
*Cum affectus iniuriam facientis in huc tanquam in patrem familias con-  
sistat*. Consistit autem, nec vltra progreditur hoc casu à filio familias  
ad patrem: quamuis alioqui contumelia filij, patris iniuria sit (sicut  
Eusebius Emisenus homilia prima de symbolo memorat) quando  
scilicet qui fecit iniuriam, eum esse filium familias non ignorauit; vt  
suo nomine pater possit iniuriarum agere: ad cuius officium, in om-  
nibus tueri filium pertinet. <sup>d</sup> Atque hoc quidem ex Platonica Philo-  
sophia esse, Maximus Tyrius <sup>e</sup> eius imprimis sectator praclare do-  
cet; vbi non in priuatione patientis iniuriam consistere, sed ex ani-  
mo potius agentis oriri; eamque inferre volente validius imputari:  
tamen si à proposito aberrauerit; quam ei qui ad opus peruenerit: le-  
gèlque ex adulterij, furti, siue parietum perfossionis, itemque prodi-  
tionis causa in eos animaduertere, nò qui crimè aut delictum perfece-  
rint; sed qui admittendi voluntatem atque affectum habuerint scribit.  
*μήποτε οὐδὲ ἔστι τὸν ἀπάρετον ἢ ἀέροχον ἢ ἀδελφῶν τέταται, ἀλλὰ ἔστι τὸν  
γνώμην ἢ ἀράσαντος, &c.* & statim, *ἀποδέχομαι ἢ λόγος ἢ γνώμης τῶ ἡμαρ-  
τηθέντος προσηθέντος τὸν ἀδελφῶν μέλλον, ἢ τῶ ἐπιτυχῆ ἢ ἔργος. καὶ ἢ μοιχῶν  
καλάς ὁ νόμος ἢ τὸν ἀράσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βεβληθέντα καὶ τοι χωρήχου  
τῶ ἐπαχρησασαία: καὶ γὰρ (sic lego pro καὶ μὴ) λάβη ἀράσας. καὶ προδότην  
τῶ μελετήσαντα, καὶ μὴ πρῆξῃ.* E contrario vbi filius familias ostendi-  
tur aut seruus à Caio, talem illum esse, hoc est, alienae potestati sub-  
ditum non ignorante, ipse quoque pater familias non minùs, immò  
etià magis læditur: sicut magistratus, aut praefes prouinciae; vbi quis  
ex eius cohorte vel familia pulsatur, hoc est, vlla cuiusquam con-

a l. 3. §. 1. versic. Diuus, D. de do-  
nat. inter vir. &  
vxo. l. iubemus,  
C. de repud. in  
princip.  
b l. penult. de  
concup. & lib. 2.  
Sentent. rit. 20.  
c Nouel. de nu-  
ptiis, 22. §. nu-  
ptias, vide &  
Nouel. 74. quib.  
mod. natu. effi-  
l. in princip. &  
§. illud quoque.  
d d. l. iubemus,  
circa princip.  
e l. nuptias, 30  
D. de reg. iur.  
f De vitanda su-  
spi. epist. 46. co-  
lum. 297.  
g Ad Fabiolam  
de vestitu sacer-  
dotal. epist. 28.  
& ad Ocean. e-  
pist. 30. Epitaphio  
Fabiole sub init.  
parenis affectum  
dixit, & epist. 33.  
ad Castrutium,  
Nisi te pium si-  
trum retinuisset  
affectus.  
h Ex cap. 21.  
i Epist. 1. ad pa-  
trè de suscepto  
filio. Sic & in eo  
loco Saluiani  
quem ad extre-  
mum superioris  
sermonis attuli:  
& saepe patens in  
liberos affectus. li.  
4. de gubernat.  
Dei nomen sur-  
psit. Quintilian<sup>9</sup>  
Mathemat. De  
clama. 4. Paren-  
tibus circa liberos  
vnum affectum esse;  
facere vtraque  
re mortem. Idem  
paterni affectus  
crebram men-  
tionem facit in  
agro redempto  
declam. 5. vbi &  
hoc, *Solum huic  
miseris affectum  
est: quàm filios a-  
mare, filij misere-  
ri.*

a l. pretia reru,  
63. ad l. Falci. D.  
b l. cum seruus,  
54. D. mandati.  
c l. eum qui, 18,  
§. at cu aliquis,  
D. de iniur.  
d l. sed si viuis,  
§. ait praetor, &  
§. quod deinde,  
& legq. D. de  
iniur.  
e Orat. 2. earum  
quae à Stephano  
impressa fol. 11.

contumelia afficitur. Nam & is cui ius imperandi est, Titium magis offendit dum iubet; quam qui, ut huic obsequatur, illum suis ipse verbis aut factis afficit contumelia. Quamobrem tamen si pleraque delicta carni imputentur in scripturis, in quibus increpatur ideo caro, quia in carnalibus non sensibus, sed affectibus nihil sine carne anima; tamen quia nihil itidem caro sine anima in bonis malisve operationibus; & prius & plus delinquere animam, quam carne tanquam instrumēto aut suppellectile ad officia vitæ utitur; Tertullianus gravissimè docuit in libro de anima: <sup>a</sup> è cuius verbis illa duntaxat quæ in extremo mendosa sunt (licet præcedentia istò etiam spectent) proferam: ut eadem opera castigentur, quod horumce librorum instituti est proprium. *Ceterum quid caro sine anima* (inquit) *perinde in operatione probitatis iustitia, tolerantia, pudicitia: porro quale est, ut cui nec bona documenta propria subscribas, et crimina adpingas; sed ea per quam delinquitur conveniatur* (sic malo pro *conveniatur*, ira exigente illo *quale est*) *ut illa à qua delinquitur, operetur; etiam in ministerij accusationem? Gravior invidia est in præsidem cuius officia pulsantur: plus cadit* (sic lego pro *caditur*, ex eo quod subiicit, *excusatur*: nam excusatio ad cadentem, non ad laesum, haud dubiè refertur) *qui iubet; quando nec qui obsequitur, excusatur.* & ad extremum eius libri, *Ergo vel propter hæc congruentissimum est animam, licet non expectata carne, puniri: quod non sociata carne commisit. Sic & ob cogitatus pius & benevolos, in quibus carne non egit, sine carne recreabitur. Quid nunc si & in carnalibus prior est, quæ concipit, quæ disponit, quæ mandat, quæ impellit, et si quando iniuria, prior tamen irascit, quod per corpus actura est: nunquam denique conscientia posterior erit facta: & reliqua.* Ex quibus omnibus addiscimus quemadmodum, è facientis aut admittere atque inferre iubentis affectu, contumelia siue iniuria affimetur.

Apud Vlpianum <sup>b</sup> Viuianus quoque fugitium ferè ex affectu animi intelligendum esse, non utique à fuga; si ad dominum, vel si ad matrem, ut delicti alicuius faciliorem deprecationem haberet, à magistro non à domino fugerit. Quin & illud quod plerunque ab imprudentibus dici solet, eum esse fugitium qui nocte aliqua sine voluntate domini emanisset; non esse verum: sed ab affectu animi cuiusque æstimandum: quod postea <sup>c</sup> in alia specie facti, Calio auctore traditur, animum fugitium facere. Quæ ipsa sic intelligenda omninò sunt; ut animus quidem, aut affectus animi, consilium, propositio fugitium quidem faciat vel ostendat; non sola tamen aut etiam aliqua iactatione intercedente; sed assumpto actu, hoc est, si ipso facto fugæ initium mente deductum sit: quemadmodum à Tripho-nino accuratè disputatur <sup>d</sup> alicubi. Ergo fugæ nomen ut non facti, sed consilij esse atque animi paulò antè ostendimus: ita non solum consilij, sed & facti esse Paulus ipse noster <sup>e</sup> optimè definiuit: sicuti fraudis interpretationem ex euentu simul & consilio desiderari, hoc est, expendi & considerari regula iuris antiqui continetur. <sup>f</sup> Postremo ad eò nostram opinionem & constitutionem locum à fundo separare, ut & modicus locus possit fundus dici; si fundi animo eum habui

<sup>a</sup> Cap. 22. quod est in editio. Pameliana quadragelimum, *Quomodo caro peccat dicatur, & c. 24.*

<sup>b</sup> I. quid sit fugitius, 17. §. itè apud Viuianum, & §. idem ait, vers. illud enim, & §. idem Viuianus, D. de ædilit. edict.

<sup>c</sup> §. idem Calpurnius, ead. l.

<sup>d</sup> I. fugitius, 225. D. de verb. signific.

<sup>e</sup> I. bouem, 43. §. 1. D. de ædilit. edict.

<sup>f</sup> I. ait prætor, §. 1. D. de fraud. dem. cred. & l. fraudis, 79. vbi scripsi, D. de regul. iur.

habuimus, ab Vlpiano <sup>a</sup> traditur: hoc etiam addito, *Non enim* (sic malo quam, *etiam*) *magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio: & qualibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus, &c.* Hac igitur significatione Affectus vocabulum, pro destinatione certæque perficiendæ cuiuspiam rei deliberatione, siue consilio, & cogitatione apud illum, cui superius isto ipso sermone non leuem operam nauauit Tertullianum restitui debere; ante hoc triennium animaduerti; cum inchoatas dudum ad præstantissimū Theologum, eundemque Iuriconsultum à librariorum erroribus vindicandum, lucubrations meas absoluerem: de quibus ex ista vna coniectura, vel ex illis etiam quas 13. 17. atque 23. proferre constitui (nam ad eum quidem auctorem nullæ mihi membranæ sunt, chartæve opicæ) quin iudicium qui volet faciat, minimè recuso. Carnis resurrectionem asserens ille, fundamentum simul hæreticorū quodpiam remouendum censuit, ex B. Pauli verbis ascitum; quibus veterem hominem qui corrumpitur exuendum; nouum verò qui secundum Deum conditus est in iustitia & religione veritatis induendum admonuerat: vnde illi duas distinguendo substantias & vetustatem ad carnem, nouitatem verò ad animam referendo, corruptione carni utpote vetustiori defendebant; ut resurrectionem eius quæ omninò corruptenda esset, excluderent. Tertullianus verò noster absurdè ac perperam ab ipsis interpretationem istam fieri; ut caro sit verus homo, nouique hominis appellatio ad carnem referri nõ possit; duplici ratiocinatione utitur. Primum etenim non ideo carnem quòd fuerit prior condita, veterem rectè dici ostendit: eum deinde ne priorem quidem esse carnem anima; quin & animam certo quodammodo priorem carne in protoplasto Adamo posse intelligi valde subtiliter, sed ex veris tamen Philosophiæ regulis demonstrat. Optimi doctoris hæc omninò verba sunt, sicut in omnibus etiam nuper excusis, atque haud leui opera clarissimorum Theologorum castigatis libris <sup>c</sup> videas licet. Porro si secundum substantias: nec anima nouus homo, quia posterior; nec caro ideo vetus, quia prior: quantulum enim temporis inter manum Dei & adflatum? *Ausim dicere, etiam si multò prior, anima caro* (sic legendum haud dubiè articulo *quam expuncto*; ut sit postremi casus *in anima*) *eo ipso quòd anima impleri se expectauit, priorem eam fecit; omnis enim consummatio atque perfectio, etsi ordine postumat, effectu anticipat. Magis illud prius est, sine quo priora non possunt, &c.* Hic igitur ita statuo; rò effectu esse nullius rei. Opus & effectum cogitationi opposuerat antea idem auctor; quo loco, *Ad eò & sine opere, & sine effectu cogitatus, carnis est actus*: quibus verbis hoc designabat scilicet, quod idem ipse alio loco, <sup>d</sup> *Carnem increpari* scribit in scripturis, quia nihil anima sine carne in operatione libidinis, gula, vinolentiæ, auaritiæ, idolatriæ, ceterisque carnalibus non sensibus sed effectibus. At nihilominus verum esse, ut sensus delictorum etiam sine effectibus imputari soleant animæ: ideoque qui viderit ad concupiscentiã, iam adu-terasse in corde. Sanè idem hic noster aliquantò post, <sup>e</sup> actum ab effectu

<sup>a</sup> I. locus, 60. D. de verb. & rer. signific. facit lex in finalibus, & l. penul. D. finium regundo.

<sup>b</sup> Beati Rhenanè Ren. Laurentij Barræi, & Tho. Pamelij.

<sup>c</sup> In lib. de resurrectione car.

<sup>d</sup> in de anima cap. 22. *Quomodo caro peccat dic.* fol. 559.

<sup>e</sup> In d. lib. de anima. c. 27. fol. 562. & c. 28. cum operatione duplicem esse cõstet immanẽtem vnã nec transeuntem in aliquam materiam exteriorẽ, quæ nimirum actio dicitur: alteram quæ in materiã exteriorẽ tranfit & effectio dicitur. Notat Toletus vbi de Diuina in comuni q. 4.

effectu distinguit, in hac verba; *Concipe gladiatorem sine armis, vel aurigam sine curriculis, gesticulantes omnem habitum artis sua atque conatum: pugnantur, certantur; sed vacua iactatio est: nihilominus tamen fieri videntur, quae fieri tamen non videntur. Actum enim sunt, effectu vero non sunt.* Aristoteles idem ἀπό τ' ποιήσεως diuersam τῆς πράξεως facit, libro septimo Ethicorum ad Nicomachum, *ἕτερον δ' ἔστι ποιήσεως (inquit) καὶ πράξεως: & statim; ἔτερον δ' ἢ ποιήσεως ποιήσεως, ἔτερον ἢ ποιήσεως πράξεως ἔστιν;* & postea, *ἔτι ἀλλὰ τὸ γένος πράξεως ἢ ποιήσεως, &c. τῆς μὲν δ' ποιήσεως ἕτερον τὸ τέλος, τῆς δ' πράξεως ἕν ἄν.* Effectus denique cum operis perfectionem significet; qui rectè dici possit hac effectu anticipare; hoc est effectus effectu ipso præcedere, neutiquam video. Tum deinde, si quid est ordine posterius, id effectu prius esse vt queat, nunquam architecti, aut mechanici vlli; nunquã ipsi Geometrarum admiserint: cum vt in numeris ex eorum ordine atque ynius ad alterum aliorumque insuper adiectione, tota denique summa (qui numerationis effectus est, illius ordinem non modò non anticipans, verum etiam subsequens) redigitur: sic in ceteris quoque rebus, ordo effectum & consummationem earum necessariò antecedit; ordinem effectus, qui ex eo scilicet nascitur, tempore nunquam anteuertat. Ergo non *Effectum*, scripserat ille, sed *Affectum*; per quem Architecti etiam ipsi aliquam (vt assolet) adificij nondum re ipsa inchoati synopsis parantes, totius consummationem atque perfectionem operis, præcurrente constructionis ordinem animo concipiunt; vnde accidit, vt affectu, intentione ac destinatione animi, totum opus suis ipsius partibus (quæ vel cogitatione ipsa compaginari, hoc est, coagmentari siue connecti sine ordine aggestionis aliquo non possunt) prius omninò sit; quod tamen effectu ipso, suis (sine quibus reuera nequit consistere) partibus esse posterius oporteat. Finem cuiusque rei esse ratiocinationis initium, non item actionis; quam vtique à ratiocinatione præcedi Aristoteles olim docuerat, *τὸ τέλος, καὶ τὸ ἕνικα ἀρχὴν εἶναι τ' πράξεως, ἀλλὰ τ' λογισμῶν:* vbi Simplicius, finis cogitationem considerationis esse principium non actionis; cuius initium ex fine considerationis pendere ac subsequi docuit; sic ferè, *καὶ ἔστιν ἢ τ' τέλος ἡννοία, ἀρχὴ τ' θεωρίας, ἀλλ' ἔτι τ' πράξεως &c.* Et statim, *καὶ γινεῖται τῆς θεωρίας ἀρχὴ ἢ τ' τέλος ἡννοία. ἐπειδὴ δ' σκέπτεται χεῖρα ὀφθαλμῶν ποταμῶν δεικνύει καὶ τέχνης ἢ τεχνολογίας καὶ ὀρυξίμων. τὸ δ' τέλος τ' θεωρίας, ἀρχὴ γινεῖται τ' πράξεως.* Et quod ait, tecti mente anticipati gratia culmen, ac propter hoc muros & fundamenta construui, fossionésque ipsas fieri: Saluianus quoque Massiliensis presbyter d ita extulit; *Et qui domum adificat vel fundamentum locat, etsi necdum habitationem paratam habeat (quam scilicet animo præcepit) iam tamen ipsa quæ adhuc facere molitur, spe futura habitationis amplectitur.* Propter hanc autem qui parat cetera; ipsum construendi operis effectum atque consummationem, vt animi affectu & consideratione longè antea præceperit, necesse est, atque ita effectu affectum priorem esse conuenit.

a Cap. 4. & 5.

b Sic Augustin. loquitur in c. Moyles, 32. q. 2 apud Gracia.

c Lib. 2. Physic. citatur in hanc rem à B. Thoma in 2. 2. q. 1. art. 1. post tertium argumentum finem esse principium in operabilibus ab homine.

d Lib. 4. de prouident. siue de gubernat. Dei

e In summa, in 1. 2. q. 20. art. 1. ad 2. vide & Rodolph Agricola lib. 1. Dial. & in aranti cap. 14.

Ab huius theorematism ratione illud est, quod B. Thomas alicubi e

tra

tradit, *finem esse priorem intentione, sed esse posteriorem in executione:* & alio loco, *Actum licet sit posterior potentia in esse, priorem tamen esse in intentione & secundum rationem, sicut finis agente.* Itemque quod Bartolus ipse noster, *Finem intellectu esse principium, & illud dici finem esse principaliter ad quod intellectu finaliter tendit.* Quamobrem rectè quod de principali causa Iurisconsulti definiunt, ad finalem non minus commodè quàm ad efficientem proximamque causam referri duobus e ad iuris regulas locis à me ostensum est: cum ea quæ finalis est, considerato effectu sit etiam principalis; & (vt ita loquar) originalis seu initialis inspecta cuiusque affectione, cogitatione, deliberatione. Itemque accessoria obligatio, vt fideiussoris aut pignoris dati; quamuis actu præcesserit, non potest (affectu quidem atque anticipatione mentis) non esse posterior principali; quæ ex mutuo, venditione, aliòve quo contractu nascitur, obligatione: nec tantum affectu, sed etiam effectu, hoc est, vi ipsa seu potestate ac viribus τῆς ἀνωμῆς: quando interim quidem donec principalis contrahatur, pendet accessoria; licet prius ista contracta sit: non aliter substituta, nisi quatenus & postquam illa vires habuerit; adeò vt ex postfacto ne longius quidem retrahatur; sed ex principalis duntaxat tempore, non ex suo licet anteriori aestimetur & valeat: quæ de re tota subtilius tractatu, siue sermone II. disceptare in animo habemus: quem etiam tractatum hæctenus ex effectu quidem nostro priorem esse isto quod edolamus capite, apparet. Nec verò nouum est, vt diuersis rationibus idem sit primum, atque vltimum. Ergo cum prima in conciliando amore sit oculorum atque aspectus linea, vbi eam videt quispiam quam amat; hanc tamen lineam extremam à Phadria Ierentiano d dictam cum Donato Grammatici eruditiores plerique e pronunciant: sic ἢ ἀναλύσθαι διαγράμματα, extrema sunt quæ priora in componendo fuerant; & quod in deliberando vltimum est, idem in exequendo consilio primum esse Muretus eruditissimus quodam loco f docuit: ex Aristotelis nimirum sententia; quam hæc istius verba è tertio Ethicorum ad Nicomachum g præferunt: vbi, *ἀπὸ τοῦ ἐπιτελεσμένου (inquit) οὐκ ἔστι πῶς διὰ τὸ ἐπιτελεσμένον διὰ τὸ ἐπιτελεσμένον, ἕως ἂν ἔλθωσιν ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον, ὃ ἢ τῆς εὐρέσεως ἔσχατον ἔστιν. ἢ βελτιώμενον ἕως ἂν ἀναλύσθαι τὸν ἐπιτελεσμένον πρῶτον ὡς διὰ τὸ ἐπιτελεσμένον. Et statim hoc adiicit quo superiora non minus illustrantur; τὸ ἐσχατον ἢ ἀναλύσθαι, πρῶτον εἶναι ἢ τῆς γούσεως. A quo non alienum esse arbitror, quod antiquius imperfecto perfectum, & parte totum; à Plutarcho h demonstratum in hac verba didici: *ἢ κόσμος πρῶτον ἦν πᾶν τὸ τελειότερον, καὶ λόγος ἔχων τ' ἀτελεστος φύσις πρῶτον εἶναι τὸ τελειότερον ὡς τ' ἀτελεστος τὸ ὅλον. ἔδην δ' ἔχων λόγος εἶναι μέρος ἢ μέρος ἔστι μὴ γενεόντων. Idque ipsum antea multò ab Aristotele ipso traditum; i ostendente, ciuitatem familia siue domo quasi parte sua priorem esse natura, & quidem necessariò: καὶ πρῶτον εἶναι φύσις πᾶν τὸ οὐκ ἔχον, καὶ ἕκαστος ἡμῶν ἔστι. τὸ δ' ὅλον πρῶτον εἶναι ἀναγκαῖον εἶναι τ' μέρος: ἀναγκαῖον γὰρ τ' ὅλον, ἐν ἔσται πᾶν ἔδην χεῖρ εἶναι ἡμῶν. ὡς ὅτι εἰ τις λέγῃ τὸν λυθίνον. διαφθαρέσει δ' ἔσται τοιαύτη. πάντα**

a In summa, par. 1. q. 77. art. 3. ad princ. argum.

b Ad l. ambitio. fa, num. 19. D. de decretis ab ord. fac. ex quo Didacus Couarru. c. 20. lib. 1. Varia. resolu. adnotat. & ex B. Thoma 1. 2. q. 1. art. 1. ad primum: vbi ait, quod finis est sit postremus in executione: est tamen primum in intentione agentis, & hoc modo habet rationem causa: &c. 2. & 4. & q. 20. art. 1. ad 2.

c Ad l. nihil dolo, 129. §. cum principalis, & ad l. cum principalis, D. de iur. reg. iur.

d Eunuch. act. 4. scena 2. e Vide Muret. c. 18. lib. 6. Var.

f d. c. 18. lib. 10.

g cap. 3. fol. 41. edit. Francofur.

h Lib. 2. Symposiac. cap. 3.

i Lib. 1. Politic. cap. 3.

ἢ τῷ ἔργῳ ὡρεται ἢ τῇ διωκίμῃ. ὡσεὶ μάλιστα τοιαῦτα ὄντα, ἐλευθέρα τὰ αὐτὰ εἶναι, ἀλλ' ὁμολογῶμεν. ὅτι μὲν οὖν ἢ πόλις ἢ πόλις ἢ ἕκαστος, δὴ λόγῳ.

Ex quibus explicandum illud nostri Tertulliani alio loco <sup>a</sup> de mulieris vocabulo: vbi, *Subiectum igitur est generali speciale, quia generale prius est; & subiectuum antecessiuum (scilicet subiectum est, non etiam prius immo antecessiuum prius, & similiter quæ sequuntur) & portionale vniuersali. (scilicet subiectum priori) in ipso intelligitur, cui subijcitur; & in ipso significatur, quia in ipso continetur: sic nec manus, nec pes, nec vllum membrorum desiderat significari, corpore nominato, &c. Omnia dixeris, cum id dixeris quod ex omnibus constat; & quæ sequuntur.*

a In de vel aridis virginib.

b d.c. Moyfes.

c Epist. 38. lib. 6.

d Lib. de hæresibus in hæresi de imagine Dei in corpore humano.

e Psal. 118 & 50.

f in secun. cap. Genes. ad illud, *Faciamus ei adiutoriu simile sibi*, fol. 67. verso. g In lib. de format. Eua ex Adami latere & de vtriusque lapsu qui Græcè τὸ μὲν ἑστὸν ἀλ-ληγορικά inscribitur, folio 89. Francofurd. lib. anno 1597.

Vt sit, id quidem cuius causa quidpiam aliud expetitur, paratur aut efficitur; & esse isto dignius re vera, & charius: atque aded in ima cogitatione, ipsaque mēte animi antiquius oportet. Poterat Deus in formando Adamo animum limo terræ admiscere, & sic formare corpus; sed ratione infirmabatur: quia primū oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci, vt ab ipso Augustino <sup>b</sup> traditur. Nam & cæterorum omnium, quæ propter hominem parabantur, creationem præcedere, sapientia illa æterna voluit. Qua de re grauitè plenèque à D. Ambrosio in quadam epistola <sup>c</sup> disseritur: vbi & hoc in cæteris addit, *Meritò postremum, quasi nature finem, formatum hominem ad iustitiam, inter cætera animalia iusti arbitrum, &c. & Rectè nouissimum; quasi totius summam operis, quasi causam mundi propter quem facta omnia, quasi omnium habitatorem elementorum inter feras viuere.* In Adam igitur exemplum esse datum Augustinus ibidem docuerat; vt ex eo intelligamus, quia iam formatum corpus accepit animam. Ex quo sequitur, effectu quidem posteriori, licet affectu & intentione prius quàm corpus, animam à summo Deo creatam. Ac parum mouet, quod è contrario Philastrius Brixiensis <sup>d</sup> factum hominem id est animam antè ostendi putat, rationabilem & immortalem esse creatam à Domino; quæ vtique imago Dei est appellata: *Terram autem de limo acceptam adiunctam animæ, id est, exteriorum hominem corpus fragile, die sequenti plasmatum, &c.* Atque ita primū animam factam, id est, sexto die; die autem septimo corpus de terra plasmatum Adæ; carnem igitur post animam: & sic postea inspiratione infusam Dei, & spiritalem in fine collatam gratiam; iuxta hæc Dauidis, <sup>e</sup> *Manus tuæ Domine fecerunt & plasmauerunt me: Item, Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me.* Etenim vel secundum aliquos ita sentiendum, vt post corpus luteum, anima creata ipsique homini masculo & fæminæ simul indita sit; eodem spiritu viuenti & intelligenti pariter afflatus vterque: ac deinde post soporem immissum facta separatio; & cum nondum limus eo loco in carnem perfectè coaluisset, caro concurreret: sed ita vt simul facta sit duorum creatio eodem tempore ex eadem massa eodem spiritu animata, simul soporatio & ecstasis nullo temporis interiecto spatio, sicuti Augustinus quidem Eugubinus <sup>f</sup> autumat: cuius opinionem istud Philonis Iudæi <sup>g</sup> verbum (sed nimium fortasse Platonicum) videtur astruere, generales formas specialibus antè à summo illo creatas

creatas opifice concludentis ex eo, quod generalis etiam humanitas aut genus hominis in quo mas & fæmina generaliter fuerit, creationem specialis hominis Adami nempe præcesserit: ὅτι ἢ τὰ πάντα κατασκευασθέντα γένει ἢν φαιρόμεν ἢν φησὶν: ἢν ἀγαγέτω ἢ γὰρ ψυχὴν ζῶσαν ἢ κατ' εἶδος ἀλλὰ κατὰ γένος ἢ τῶνδε ἢν ἀπασιμ εὐερίσσει. πρὸ γὰρ τ' εἶδος ἀποτελεῖ τὰ γένη ὡς ὁρ καὶ ἐπὶ τ' ἀνθρώπων. πρῶτος ὡς τ' γυναικὶ ἀνθρώπων ἢ τὸ ἀρσεν καὶ τὸ θῆλυ γένος φησὶν εἶναι ὑστέρων τὸ εἶδος ἀπὸ γένους τὸν Ἀδάμ. vel potius cum anima sit proprius actus corporis; ex eo sequitur animam humanam, non ante corpus, sed in ipso corpore productam fuisse; quemadmodum D. Thomas in summa præclare docuit; <sup>a</sup> qui & mulierem non simul cum viro & ex eadem massa, sed ex viro formatam alibi asseuerat: <sup>b</sup> iuxta id quod Ecclesiastici cap. 17. comprehensum est. Itaque verba illa, *Masculum & fæminam fecit illos*: Itémque, *Et dominantur*; per prolesum, vt quod nondum factum quasi iam factum narretur, accipi debere Ioannes Chrysostomus existimauit. <sup>c</sup>

a Quæst. 90. artic. 4. b Quæst. 92. artic. 2.

c Homil. 10. in cap. 1. Genes. d Lib. 3. de consol. Philo. hac de re plurima Plato in Gorgia, & ex eo Stobæ. in col. lect. loco. cōmu. sermon. 151. vbi ἀλλ' ἐν τῷ πρῶτῳ ἀπὸ πάντων εἶναι πρὸ τῆς ἐνεκῆς τῆς ἀπὸ βλάστης ὁ ἀπὸ τῆς ἀλλ' εἶναι ὁ ἐνεκῆς ἀπὸ τῆς.

Porrò quemadmodum cuius causa quid expetitur, id maximè videtur optari; sicut apud Seuerinum Boëtium <sup>d</sup> legimus: veluti si salutis causa quispiam velit equitare, non tam equitandi modum desiderat, quàm salutis effectum: ita cum animæ causa (quam <sup>e</sup> scilicet ad suam similitudinem formaturus erat) vel carnem vel limosum & luteum corpus tanquam vasculum, aut domicilium, quo posset illa contineri ac recipi, sinxisset antèa Dominus: ea re satis manifestum fecit, pretiosiores sibi esse humano corpore animam, *διὰ τὸ ἢν αὐτῇ τ' ἀνθρώπων διαπλάσθαι πρὸ τῶν σώμα παράγειται*: id quod apud Damascenum <sup>f</sup> legitur, & apud ipsum D. Ioānem Chrysostomum, <sup>g</sup> καὶ τότε τὴν ψυχὴν τὴν τιμιωτέραν. Quod si pretiosiores duxit; ex eo sequitur, de ipsa quoque vt potius validiusque ac proinde prius *Ἀετοστεγίας* ille cogitauerit; eamque in affectu antè habuerit suo: quam hoc magis priorem videri Tertullianus, quod sine ipsa diu non possit caro consistere, definit; generaliter prædicans, magis illud prius esse, sine quo priora non possunt; scilicet vel esse vel intelligi: cum illud ipsum quod est ordine posterius, affectu tamen anticipet. Affectu, inquam, non effectu; vel certè ita si vtrumque concurrerit, vt in hominis creatione: in qua nemo non videt, cum & posteriore loco mulier, & propter virū, vt ei auxilio foret, creata fuerit; virum caput mulieris futurū, sicut est Ecclesiæ Christus, <sup>h</sup> à Deo mulieri prædictū ac dignatione præcipua esse honoratū; vt ex effectu ita ex affectu multò magis, & voluntate creationis cōcurrente cum effectu in Deo ad virū prius ac deinde in mulierem. Ita enim accipiendum, vt quod ait ad Timotheum D. Paulus <sup>i</sup> γυναικὶ διάδοσαν ἐν ἐπιπέτῃ δὲ ἀποτῆρ ἀνδρός: ἀλλ' εἶναι ἢν ἰσοχία. ἀδύνα γὰρ πρῶτος ἐπλάσθαι, εἶτα εὐα. Cæterarum rerum creatarum contraria est ratio, vt antè diximus: nam effectus quidem circa illas præcessit, anticipatus tamen ab affectu ipsius Dei circa hominem, cuius causa illæ creabantur. Et similiter cum non aliter valere possit testamentum, quàm si morte infecta confirmetur; quemadmodum ab ipso D. Paulo <sup>k</sup> his verbis est

proditum, ὅτι δὲ διαθήκη, τὰντων ἀνάγκη φέρει δὲ διαθεμὴς: διαθήκη δὲ ἐπὶ νεοῖς βέλεια, πὴν μῆποτε ἰσχυρὸν ὄντι ἢ δὲ διαθεμὴς: propterea quod non alio animo testamentum ordinatur, quam uti post mortem valere incipiat iusta sententia, de eo quod quis, post mortem suam fieri velit: sicuti definitione ipsa testamenti continetur; in quo propterea cauetur ac diligenter inscribitur, per verba (ut de similibus agens Imperator<sup>a</sup> nominat) formalia, *Quando ego ex rebus humanis excessero*, quemadmodum Saluianus Massiliensis presbyter monet: b nihilominus tamen & mortem testantis testamentum antecedere, non quidem effectu (non enim posset) verum cogitatione ac affectu, & verò testamenti ordinationis cogitationem, antecedens (in animo & cogitatione testantis scilicet) mortis tempus significare, ab Imperatoribus Diocleti. & Maximiano rescriptum quodam iuris nostri loco<sup>c</sup> ab interpretibus minimè (quod sciam) percepto; ex iis autem quæ ad Tertullianum constituendum allata sunt explicando, memini: quod palmarium, & cum ista scriptione, tum verò non vulgari studioforum iuris civilis commendatione arbitror esse dignissimum.

Ceterum Affectus vocabulum, ut aliquot aliis auctorum veterum locis reponendum esse proximo superiore sermone docui; sic vno apud Symmachum<sup>d</sup> ex epistolis loco, quem eruditissimus earum Scholiastes in mendo cubare non vidit, restituendum esse admotheo sic ferè, *Quare salutatione contentus (quæ etsi non implet officium, tamen contestatur affectum) redde inuicem quæ legamus; & si necesse est, æmulare breuitatem.* Nam qui alibi effectus benevolentia ab illo ipso<sup>e</sup> dicitur; cum ab officij impletionem remoueat, huic loco minimè aptum esse sentio: Affectum verò commodissimum; quo amor siue affectio animi significatur, & ab eodem Symmacho<sup>f</sup> non semel: præsertim verò quod celebranda amicitia sufficere illud, *Si vales bene est, ad Protadium scripserat: & hoc addito etiam, Opto has ipsas quas tu breues quereris salutationum vices, dum absumus, inter nos longum manare;* & alibi ad Felicem, *Amicitia cultum salutationis deferre.* Hactenus visum, de affectu, sublato ex aliquot mendosis à libratorum incuria, locis Effectus vocabulo, scribere: non sine impensio animi affectu: qualem si tu in legendo vicissim, hoc est, attentè præstiteris, ex affectu effectum nasci, re ipsa experiere; quod speramus, & quam huic tractationi operam aliquo nostri affectu dederis, eam te (quisquis es bone lector) omninò non luisse vel sentias, vel (quod ab homine ingenuo expectare fas est) fatearis etiam ac prædices.

## S V M M A.

Hoc potissimum ex parte nomicum, egregias interim aliquot observationes ac emendationes exhibet.

*Nauata opera Vlpiano. Ad l. 34. de diuersis regul. iur. antiq. (cuius initium semper in stipulationibus) allata ex inscriptionum ratione, varia qua alij non produunt de*

a l. in testamento, 26. C. de test.  
b Lib. 3. de vero iud. & diui. proident.

c l. si mulier, 25. C. de iur. dot.

d Epist. 49. lib. 5.

e Epist. 69. lib. 9. & epist. 75.

f Epist. 18. & 39. lib. 6. & lib. 9. epist. 75.

g Epist. 28. lib. 4.

h Epist. 50. lib. 5.

de stipulationibus & acceptilationibus præcipuè, dotisque contractibus & nouationibus exempla commodissima. Exposita imprimis l. re hominem, 32. D. de nouat. & l. si in cui. 10. l. si Stichum, §. si de com, eod. tit. Suspectus è glossatore locus in §. idem Celsus, l. si Stichum, D. de nouat. indicatur. Lux allata Paulo; ad quem Triboniani manus etiam notata in §. sed si stipulatus, l. si vnus, D. de pactis. De vi cautionum & chirographorum B. Pauli eximus in hanc rem indicatus locus vnus, & item Tertulliani alter; qui eadem opera castigatus. Idem rescriptum duobus Iustinianæi Codicis locis positum quod utrobique deleta vna literula emendatur atque illustratur.

## CAPVT X.

**D**E regula iuris antiqui qua comprehensum est, *Semper in stipulationibus id sequi nos quod actum sit*, in dubio autem id quod fieri solet; de quo si nõ constet, summam ad id quod est minimum redigi oportere: duobus<sup>a</sup> nostri ad Regulas Commentarij locis abundè diximus: nec tamè omni ex parte quantum satis est; si ea quæ modò proferemus ab aliis intacta interpretibus, cum ad eius declarationem valeant præceteris; auctor ipsius eodem, aut vicinis certè libris suggerit. Quæ cum aliis ad plurimas regulas exemplis commodissimis, nisi quis ea tamè propria scriptione (ut fore audio) præoccupauerit; huic atque sequentibus libris identidem (faciente Domino) uti res feret inferentur: quando commentarium nostrum quartam cuius editionem parari renunciatum est (nam tertia nobis vtrique insciis aliisque omnia cogitantibus sub annum 90. siue Lugduno, siue ab Allobrogibus exiit) in molem immensam excrescere nunc quidem nolumus: vel etiam propriæ ac speciali ad eam rem scriptioni alteri (si hæc sedebit animo sententia) referuabuntur, quæ iusto volumini sufficiat. Ut sit, meis quidem huiusmodi laboribus, aut propediem aut maturè studiosis omnibus, per me (quod poterit) perfrui licebit. Vlpianus noster ad Sabinum, libro, non quidem 45. (ex quo regula ista desumpta est) sed 47. *Si in nomine serui, quem stipularemur dari (ait<sup>b</sup>) erratum fuisset; cum de corpore constitisset, placet stipulationem valere:* quia scilicet in ea id sequimur, quod actum est; sicuti dicitur hæc regula. Cuius vis & ad istam facti speciem pertinet, ab eodem ipso his verbis eodem septimo & quadagesimo libro<sup>c</sup> comprehensam; *Pluribus stipulationibus factis si promissor ita accepto rogasset, quod ego tibi promisi, habesne acceptum? si quidem apparet (inquit) quid actum sit, id solum per acceptilationem sublatum est; si non apparet, omnes stipulationes solute sunt:* ac meritò quidem; cum, vbi potissimum liberationis fauor est, d in definitam vniuersali æquipollere constet. <sup>e</sup> Adicit deinde exceptionem Iurisconsultus, quæ non minùs quam id quod antè dixerat, huic regulæ aptari potest; *Dummodò illud sciamus (inquit) si ego aliud accepto tuli, aliud tu rogasti, nihil valere acceptilationem.* Rectè hoc quidem: nam sicuti non valet ad obligationem quæ verbis aut re atque consensu constet, si aliud atque aliud à contrahentibus non idem actum est; deficiente ipsorum affectu, voluntate atque in eandem

a Ad l. 9. & l. 34.

b l. si in nomine, 32. D. de verb. obligat.

c l. pluribus, 6. D. de acceptila.

d l. Arrianus, D. de oblig. & act.  
e l. 3. in fi. de tutel. l. si seruitus, de seruit. vrb. præd.



rem consensu mutuo: sic nec ad liberationem quoque valere conuenit. Nisi animus vtriusque consentiat, perducitur ad effectum id quod inchoatur non posse; sed interueniente aliquo errore ut aliud sentiat (puta) qui emit, aut qui conducit, aliud qui cum his contrahit; nihil valere quod acti est: idemque & in societate dicendum, si dissentiant aliud alio existimante; & in omnibus denique negotiis contrahendis, siue bona fidei sint, siue non sint, ab Iaboleno & Pomponio Iuriconsultis traditur. <sup>a</sup> Et similiter circa stipulationem Aquilianam acceptilationis causa interponi solitam (de qua Vlpianus viciniore illi, unde nostra regula desumpta est, libro sexto & quadragésimo <sup>b</sup> scilicet egerat, ut omnes praecedentes obligationes per eam nouari, ac deinde ipsam acceptilationem perimi diceret) ex Papiniani definitionum libris <sup>c</sup> apparet, ipsam ex consensu reddi; lites autem de quibus non est cogitatum in suo statu retineri: id enim solum sequimur quod actum est. Quamobrem cum soleat dos per acceptilationem constitui: quoties extraneus accepto fert debitori dotis constituenda causa; si quidem nuptiae insecuta non fuerint, liberationem non secuturam Vlpianus <sup>d</sup> ait tertio libro disputationum: hoc addito, quod ad superiora pertinet; *Nisi forte sic accepto tulit, ut velit mulieri in totum donatum; tunc enim credendum est, breui manu acceptum a muliere & marito datum.* Idem Vlpianus eodem libro, sed alio Pandectarum loco; <sup>e</sup> *Si extraneus pro muliere dotem dedisset, & pactus esset, ut quoquo modo finitum esset matrimonium dos ei redderetur, nec fuerint nuptiae secuta: Vbi dixit, verisimile esse in hunc quoque casum eum qui dat sibi prospicere, ideoque quasi causa non secuta conditionem habere posse, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato:* Subiicit statim exceptionem huiusmodi, persimilem superiori; *Nisi forte evidentissimis probationibus mulier ostenderit, hoc eum ideo fecisse, ut ipsi mulieri magis quam sibi prospiceret:* Et recte; nam si donaturus mulieri, iussu eius sponso numerauit, nec nuptiae secuta sint; id mulierem condicere, Paulus etiam tradit. <sup>f</sup> Rursum superioribus hoc quoque addit Vlpianus, quod eodem spectat, quod & illa referenda existimauimus: *Sed & si pater pro filia det, & ita conuenit* (scilicet ut finito matrimonio dos ei redderetur) *conditionem patri competere* (soli non item filiae non insecutis nuptiis) auctoritate Marcelli aduocata scripsit, sed ita ut adiceret exceptionem hanc, *Nisi euidenter aliud actum sit.* Quemadmodum autem hac superius a nobis memorata acceptilationis formula, *Quod ego tibi promisi habesne acceptum?* omnes stipulationes (nisi quid contra sit actum) sublatas diximus: ita si cum te hominem, & Seium mihi decem dare oporteret, stipulatus sim ab altero nouandi causa ita; *Quod te aut Seium dare oportet;* vtrumque nouari, merito respondisse Neratium, Paulus & notauit: quia vtrumque in posteriorem stipulationem deducatur. Sed unde istud colligimus actum fuisse inter contrahentes, ut vtrumque deduceretur? Ex eo nempe (ut equidem existimo) quod vno eodemque tenore orationis, & veluti spiritu, stipulatio de vtroque concepta est per indefinitam illam particulam *Quod;* cui vim inesse vniuer-

<sup>a</sup> l. an inutilis, s. in princ. § acceptum, & l. si acceptilatum, D. de acceptil. <sup>b</sup> l. Aquiliana, 4. D. de transac. <sup>c</sup> l. cum Aquiliana, eod. tit.

<sup>d</sup> l. licet, 44. §. 1. D. de iure dot.

<sup>e</sup> l. si extraneus, 6. D. de condic. cau. da.

<sup>f</sup> l. si donaturus, 9. eod. tit.

<sup>g</sup> l. te hominem (sic est Flor.) 32. D. de nouat.

vniuersalis, *Quicquid, quodcumque,* vel *Omne,* superius diximus: & ita debet accipi, quod Celsi verbis (obscurioribus paulo, nisi quis attenderit) in *l. si is cui, 10. D. de nouat.* vel potius quod ad Celsum aliter (ut plerumque omnia secus atque alios facere solitum comperimus) sentientem, alius notauerat; *Si is cui 10. Titius, 15. Seius debebat, a Titio stipulatus sit, quod ille aut ille debeat, dari sibi: nouatum vtrumque non esse, sed in potestate Titij esse, pro quo velit soluere, & eum liberare.* Quod tamen non aliter verum esse, quam si hoc actum sit inter contrahentes, ita subiicitur; *Fingamus autem ita actum, ut alterutrum daret:* Tanquam hoc sentiat, si non hoc actum esse appareat, aliud in dubio respondendum esse; ut obligatio scilicet vtraque (sicuti dicebamus modo) perimatur. Itaque subditur ibidem, *Nam alioquin vtrumque stipulatus videtur, & vtrumque nouatum, si nouandi animo hoc fiat:* non minus quam si coniunctiuo articulo adhibito ita concepta fuisset stipulatio nouandi causa, *Quod Titium & Seium mihi dare oportet, id dare spondes;* quo casu licet ex diuersis causis singuli fuerant obligati, vtrique tamen, cum vna stipulatione plures obligationes nouari nihil vetet, nouationis iure liberantur: propterea quod vtriusque obligatio in huius personam, a quo nunc stipulamur confluat; idque a Caio <sup>a</sup> traditur. Planè secus dicendum videretur, ita conceptis verbis stipulationis nouandi causa factae, *Quod Titium dare oportet, promittis?* vel, *quod Seium dare oportet, promittis?* tunc enim neutrum adhuc illorum esse liberatum, sed eligere te posse pro quo soluas; ex Marcello ad Sabinum Vlpianus <sup>b</sup> noster, eodem lib. 46. illi proximo. Unde regula nostra desumpta est, docet: vbi cum ita verba concepta sint, *Si decem qua mihi Titius, aut decem qua Seius debet, &c.* animaduerti debet (quod minimè alios fecisse video) nullam vniuersalem aut indefinitam orationis notam, siue articulum qui sequentia omnia comprehendat esse adpositum; sed duo singularia sub disiunctionis articulo esse prolata. Unde ratio differentiae (iudicio quidem meo) petenda est, per quam quid actum esse intelligatur; peritè atque ex arte iuris, & secundum id quod est probabile cogitatum a contrahentibus; Iuriconsultus respondeat, praetor iudexve cognoscat, iudicet, condemnet, praestare cogat. Refertur etiam per commodè poterit haec regula ad aliam ab Vlpiano nostro <sup>c</sup> quaestionum libro ad eundem Sabinum octauo & quadragésimo tractatam, & item in regularum libris explicatam; qua definitur, inutilem acceptilationem vtile pactum habere, nisi in hoc contra sensum sit. Itaque cum acceptum fieri non possit, nisi quod verbis colligatum est: neque verbis tolli quod non verbis contractum est: verborum autem obligationem ideo tollat acceptilatio, quia & ipsa verbis fit: *Si accepto latum fuerit ei, qui non verbis, sed re obligatus est; non liberabitur quidem, ipso & mero iure scilicet: sed interuentu tamen praetoris, per exceptionem doli mali vel passi conueni se tueri poterit.* Ceterum si hoc non actum sit inter contrahentes, si non sit consensus; aliud respondebitur: *Fingamus eum qui accepto ferebat, scientem prudentemque nullius esse momenti acceptilationem, sic accepto tulisse; quis dubi*

<sup>a</sup> l. vlt. §. vlt. eod. tit.

<sup>b</sup> l. si Stichum, §. si decem, eod. tit.

<sup>c</sup> l. in omnibus, 1. & 2. D. de obligationibus & actionibus.

*dubitat, non inesse pactum, cum consensum paciscendi non habuerit?* Hæc ille; à quo aliam habe tractatam eodem lib. 48. ad Sabinum: <sup>a</sup> in qua non verba stipulationis spectantur, quæ tamen stricti iuris est, sed id quod actum est; secundum quod exceptio doli accommodatur ei, qui aliter obligatus est quàm conuenisset: per quam, licet aliqui subtilitate iuris adstrictus esset; nihilominus repellit agentem ex stipulatu; etiam si nulla sit ab isto adhibita machinatio: dum tamen ipsa res in se dolum habeat. Item si quis Calendis Ianuariis (dari scilicet) stipulatur, nec adiciat primis, vel proximis, secundis, tertiis vel quibus aliis; facti quaestionem eum inducere, Vlpianus ad Sabinum, itidem lib. 70. scribit, <sup>b</sup> quid forte senserit. Vtique enim hoc sequimur (inquit) quod actum est, easque assumemus: si autem non appareat; dicendum est quod Sabinus, primas Calendas Ianuarias spectandas. Quo loco nullus huic regulæ aptior proferri potest, itidem ut superiores omisso ab interpretibus: sed quaeret forsitan quispiam, quanam sit huius inuestigationis utilitas? Huic autem alio ad eundem Sabinum libro <sup>c</sup> ipse Vlpianus respondet bis ferè verbis; *Si fundum certo die præstari stipuler, & per promissorem steterit quominus eo die præstetur, consequaturum me quanti mea interest, moram facti non esse.* Porrò cum stipulatio non possit, nisi utroque loquente confici, ut ex ea nascatur verborum obligatio utilis, & efficax; sicut idem eod. lib. I. C. alio loco tradit: <sup>d</sup> verbis quidem & oratione quæ exprimentur litera, obligamur; <sup>e</sup> sed quatenus ea ratione mens nostra id agentium ostenditur, ut sequatur obligatio. Itaque nihil interest (ait Vlpianus ibidem <sup>f</sup>) eademne an alia lingua stipulanti respondeatur, dum tamen uterque alterius linguam, siue per se, siue per verum interpretem præfens intelligat: propterea quòd omnis sermo continet verborum obligationem. Rursum etsi eodem loquendi genere, atque idiomate respondeatur, quo alius stipulatus est; nisi tamen hæc utriusque mens fuerit, ut obligatio contraheretur; nulla inde profectò nascitura est: quoniam id sequimur, quod actum est in stipulationibus, sicut Vlpianus hac regula definit. Cuius mentem hac in parte illustrant, quædamque modò dicebamus confirmant, hæc Pauli <sup>g</sup> verba; quæ ideò non grauabor appingere: *Verborum quoque obligatio constat, si inter contrahentes id agatur: nec enim si per iocum (putà) vel demonstrandi intellectus causa ego tibi dixero, spondes? & tu responderis, spondeo; nascetur obligatio.* Item illa eiusdem Iuriconsulti, quæ præcedunt, sic ferè; *Non satis autem est dantis esse numeros & fieri accipientis, ut obligatio nascatur (ex mutuo scilicet) sed etiam hoc animo dari & accipi ut obligatio constituatur: itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi; quanquam & dantis fuerit, & mea fiat: non obligor ei (civilliter scilicet ut mecum agere possit) quia non hoc inter nos est actum.* Hactenus ille. Rursum Vlpianus noster (nam ei potissimum opera ista dicata est) illo 50. ad Sabinum libro, <sup>h</sup> *Si quis usumfructum stipulatus, usum accepto tulerit: si quidem sic tulerit acceptum quasi usu debito; liberatio non continget. Si verò quasi ex usufructu: cum possit usus sine fructu constitui, dicendum est acceptila*

<sup>a</sup> l. si quis cum, 36. D. de verbo. obligat.

<sup>b</sup> l. eum qui, 40. eod. tit.

<sup>c</sup> l. si fundum, 114. eod. tit.

<sup>d</sup> l. r. in princ. eod. tit.  
<sup>e</sup> l. non figura, D. de obligat. & actio.  
<sup>f</sup> d. l. r. §. vlt.

<sup>g</sup> l. obligationum, 3. in fin. D. de oblig. & actio. & vide Varronem lib. 5. de lingua Lat.

<sup>h</sup> d. l. & per iurandam, §. si quis, D. de acceptilat.

*acceptilationem valere.* Vnde manifestò apparet, interesse quid actum sit inter contrahentes; aut potius distrahentes, atque hunc legitimum acceptilationis actum celebrantes: interesse (inquam) quid potissimum senserit is qui accepto tulit. Verùm in dubio quid dicemus: utrum esse aliquid actum accipiemus; quò magis valeat, quàm pereat ex Iuliani <sup>a</sup> iurisprudencia: an potius nihil? & hoc magis placet: quando idem Vlpianus lib. 47. <sup>b</sup> eum qui usumfructum stipulatus, usum stipuletur; nihil a gere dixit, ut nec nouet obligationem: si non transfert, verum est nec perimere; ac multo certè minus. Et quoniam de nouatione cœpinus dicere; quæ ad regulam nostram pertinent, ex eo titulo desumere pergamus. In duobus reis promittendi frustrà timeri nouationem, eodem libro sed alio tamen loco <sup>c</sup> idem auctor est; quoniam licet antè prior responderit, posterior etsi ex interuallo accipiatur; consequens est dicere pristinam obligationem durare, & sequentem accedere: & parui refert, simul spondeant an separatim promittant; cum hoc actum inter eos sit, ut duo rei constituantur, neque vlla nouatio fiat. Et rectè Vlpianus, cum hoc inter eos actum sit: nam idem lib. 48. <sup>d</sup> *Nouationem ita demum fieri si hoc agatur ut nouetur obligatio.* Caterùm & lib. 46. qui eum proximè sequitur, ex quo regula nostra desumpta est; hoc profert, <sup>e</sup> quod isti regulæ aptissimum cenfeo: *Si ita fuero stipulatus, quanto minus à Titio debitore exegero, tantum fideiubes? non fit nouatio (ait) quia non hoc agitur, ut nouetur.* Item alio loco <sup>f</sup> eiusdem libri; *Si quis ita stipulatus à Seio sit, quod à Titio stipulatus fuero dare spondes? si postea à Titio stipulatus fuerit; ex Celsi autoritate fieri nouationem solumque teneri Seium respondit: si modò id actum sit ut nouetur, id est, ut Seius debeat quod Titius promisit.* Vbi (ut dicam quod mihi videtur) illud, id est, habeo suspectissimum à glossemate, quòd sit ipsum imperfectum defectu taxatiui vocabuli, *solus*; ibi, ut *solus Seius*. Nam alioqui fideiussor non minus debet in solidum, nec tamen solus: & moueor, quòd illud, id est, alio simili loco ab Vlpiano adiectum non fuerit in l. 2. eod. tit. Sequitur postea; *Iudicatum solui stipulatione, actionem iudicati non nouari: quia hoc solum agatur ea stipulatione, ut & fideiussoribus cautum sit; non ut obligatione iudicati discedatur.* Præterea, *Scire debemus (ait ille ipse alio loco §. eiusdem libri sexti & quadragesimi) in stipulationibus tot esse stipulationes quot summa sunt, totque esse stipulationes quot species: secundum quod euenit ut mista una summa vel specie qua non fuit in præcedenti stipulatione, non fiat nouatio; sed efficiat duas esse stipulationes.* Ergo, si fundum Cornelianum stipulatus, quanti fundus est postea stipuler: si non nouandi animo secunda stipulatio facta est, cessare stipulationem, alibi <sup>h</sup> traditur; secundam verò stipulationem, ex qua non fundus, sed pecunia debetur, tenere; sed & primam, ita ut altera per alteram non tollatur: quin etiam aliter atque aliter estimationem fieri lite contestata ex utraque stipulatione, ibidem ostenditur. Denique huius veterum constitutionis quæ definit, *Quoties culpa interuenit debitoris perpetuari obligationem;* <sup>i</sup> ubi effectum hunc esse ut occisus homo à debitore adhuc peri &

<sup>a</sup> l. quoties, 13. D. de reb. dub.  
<sup>b</sup> l. si pupillus, in fin. D. de nouat.

<sup>c</sup> l. 3. D. de duobus reis.

<sup>d</sup> l. 2. D. de nouation. in fin. & l. Paulus, eod.  
<sup>e</sup> l. si ita fuero, in princ. eod. tit.

<sup>f</sup> l. si Stichum, §. si quis ita, eod. tit. & §. idem Celsus.

<sup>g</sup> l. scire debemus, in princ. D. de verb. oblig.

<sup>h</sup> l. fundum, in princip. D. de nouat.

<sup>i</sup> l. si feruum, §. r. §. sequitur videtur, D. de verbo. obligat.

accepto ferri, eiusque obligationis nomine fideiussor accipi possit, à Paulo est traditum: de nouatione adiicitur, <sup>a</sup> *Et si nec hominem qui non est, nec pecuniam quæ non debetur stipulari possumus; nouationem tamen fieri posse, si hoc actum inter partes sit*: quod & Iuliano placere ait. Animum itaque intuemur contrahentiũ, aut præcedentem obligationem nouando transferre in secundam, aut hanc illi adiungere volentium. In omnibus denique negotiis inspicimus quid actum sit. Ergo quod ferè nouissima parte pactorum, ita solet inseri, *Rogauit Titius, spondit Mænius*: hæc verba non tantum pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis; ideòque ex stipulatu nascitur actio: idque noster Vlpianus <sup>b</sup> alibi docet; adiecta ista exceptione, quæ superiora omnia maximè illustrat: *Nisi contrarium specialiter approbetur, quod non animo stipulantium hoc factum est, sed tantum paciscentium*. Nam inde apparet, spectari quod actum est, vel quod in regione in qua actum est frequentatur; iuxta Vlpiani hanc regulam circa stipulationes. Sic debitoris conuentionem fideiussoribus prodesse cum dixisset Paulus alicubi: <sup>c</sup> *addita statim huiusmodi exceptio, ab Vlpiani <sup>d</sup> scriptis; nisi hoc actum est, ut dumtaxat à reo non petatur: tunc enim fideiussor exceptione non utetur*. Et similiter ad illud Pauli; <sup>e</sup> *qui dixerat, quamuis fideiussoris pactum reo nõ proficit, plerunque tamen doli exceptionem reo profuturam, Iulianum scribere: additum istud ex Vlpiani libris, videlicet si hoc actum est ne à reo quoque petatur*. Præterea, *si stipulatus decem aut Stichum de decem (sic lego addito articulo, De, qui scio sape in P. Flor. deesse syllabas ex similibus vicinis repetendas; & Non petendis, suppleo) pactus sem & peram Stichum aut decem: exceptionem pacti conueni in totum ob statutam Paulus <sup>f</sup> admonet, hoc addito quod ad superiora, de quibus locuti sumus pertinet, sed si id actum inter nos sit ne decem mihi sed Stichus præstetur, posse efficaciter de Stichò agi nullà exceptione opponenda: idem est et si de Stichò non petendo conuenierit, quo loco, verba ista (vt obiter dicam) nulla exceptione opponenda; meram Tribonianian characterem (animo quidem meo) præferunt suam illam huiusmodi ablatiuis absolutis perelegantem scilicet orationem, veluti luminibus illustrare soliti: hoc significantia nimirum, ad eò efficacem fore (quod satis perspicuè lectum à Iurisc. fuerit) actionem; vt opposita exceptione pacti vel doli neutiquam excludi possit, sed sit inutilis omnino, quam reus vnde petitur opposuerit: tamen si præscripta exceptio actionis formulæ à prætore, quominus opponatur: vetare profectò iudex non queat, quamuis ipsius in cognoscendo, nullam (hoc quidem casu) habiturus sit rationem. Et ita sentio*

Porro autem non in stipulationibus modò, sed etiam, atque adeò multò magis, in cæteris contractibus, nos id sequi quod actum est oportere, Vlpianus hac ipsa regula cum definiat; adhibito exemplo sic explico: ecce enim, ipsa emptio & venditio, ita demum valet, si hoc actum est, aut quatenus actum est inter contrahentes. Denique contractus imaginarij, etiam in emptionibus (ait Modestinus & in regularum libris) vinculum iuris non obtinent, cum fides facti simulatur,

a §. vit eiusdem legis, facit l. si rem aliquam, in princ. D. de nouat.

b l. iuris gentiũ, s. quod ferè, D. de pact.

c l. & heredi, in fin. D. de pact. d l. seq.

e l. idem, in fin. eod. tit. & l. 5. sequenti.

f l. si vnus, s. sed si stipulatus, D. eod. tit.

g l. contractus, s. d. de oblig. & actio.

latur, non intercedente veritate: qua de re plenius disputatum ad l. imaginaria, 16. D. hoc nostro tit. Sed & in pignoribus & hypothecis contrahendis, ad rerum tam earum, quas in præfenti debitor habet, quam futurarum specialem obligationem: hæc verba, FIDE ET PERICULO RERVM AD ME PERTINENTIVM VEL PER EARVM EXACTIONEM TIBI PROMITTO: in cuiuscunque contractus instrumento apposita sufficere Iustinia. Imperator voluit: <sup>a</sup> hæc addita ratione, quæ valde ad regulam nostram illustrationem pertinet, si quid iudico: *Cum sit iustum voluntates contrahentium magis quam verborum conceptiones inspicere*. De voluntatibus verò contrahentium constat, & quod inter ipsos actum est apparet: interdum quidem ex aduersarij in iure interrogati vera vel falsa confessione, quæ rei iudicatæ comparatur: <sup>b</sup> dum tamen naturali conueniat, si falsa sit (iuxta id cuius à Paulo alicubi <sup>c</sup> & Iabolenò <sup>d</sup> admonemur) vt ita nimirum rata sit, si id quod in confessione, & ius & natura recipere potest. Ac de confessione quidem pluribus verbis à nobis actum superius <sup>e</sup> fuit. Plerunque autè vel instrumento (in quo si scriptum fuerit promississe aliquem: perinde haberi, atque si interrogatione præcedente responsum sit, ab ipso Paulo <sup>f</sup> traditum) vel ex testium qui contractui affuerunt cum haberetur, depositione; vel ex aliqua scriptura siue aduocatorum signis (vt alicubi Tertullianus loquitur) signata sit, siue per argentarium, aut per librarium (de quo agitur à nobis ad l. 92. D. de reg. iur.) siue per ipsum, qui obligatur, facta ostendi queat. Licet enim epistolæ additum non sit, stipulatum esse eum, cui cauebatur; tamen si res inter præfentes gesta est, credendum esse præcedentem stipulationem, vocem spondentis secutam ab Imperatore & rescriptum est: & ita Scauolæ <sup>h</sup> responsum accipiendum didici, quo literas ad virum vxor scripsisse proponitur; quibus, si ob suos mores diremptum esset matrimoniũ, restitutura se spondebat, quod sibi donatum fuerat: peti enim posse quod ex donatione in pecuniam creditam conuersum sit. Alioquin enim, tacita vox in stylo (vt verbis Tertulliani <sup>i</sup> utar) & mutus in literis sonus non valeret; quod ad stipulationem certè attinet: si eam non intercessisse probaretur. Generaliter etiam sciendum esse Vlpianus <sup>k</sup> noster ait libro ad Sabinum non quidem 45. (vnde nostra desumpta est regula) sed 47. Si quis scripserit se fideiussisse; omnia solemniter acta videri (scilicet in dubio, & vbi de contrario non constat) adiicit etiam Iustinianus, <sup>l</sup> *vt quodcunque scriptum sit, quasi actum, etiam actum fuisse videatur*. Planè licet commemorationem in chirographo pecuniarum quæ ex alia causa debere dicuntur factam, vim obligationis non habere à Scauolæ <sup>m</sup> responsum est; tamen circa idio-grapha, & cautiones priuatas, si se quis debere scripserit, non potest non videri obligatus: vt Titius qui apud Iulianum talem epistolam ad me miserat; scripsi secundum mandatum Seij, si quid tibi debitum approbatum fuerit me tibi cauturum & soluturum sine controuersia: nam Titium de constituta pecunia teneri, Vlpianus <sup>n</sup> perspicuè scribit. Et similiter non potest non videri donasse, qui mortis

a l. vlti. C. quæ res pignor. obl. poss.

b toto tit. de interrogat. act. & de confessis.

c l. confessionibus, D. de interrog. act.

d l. si is cuius, in fin. eod. tit.

e Serm. 5.

f Lib. 5. Senten. tit. 7. vide & l. in finalibus, D. fin. regund.

g l. i. l. optima, C. de contrah. stipul.

h l. ea quæ, 3. de donat. inter vir. & vxor.

i Ad extremum lib. de idololat.

k l. 30. D. de ver. oblig. & §. vlti. Inst. de fideiuss.

l d. s. vlt.

m l. vlti. D. de probat.

n l. eum qui E. phesi, §. Iulianus, de const. pec.

a l. auunculo, D. de mort. cauf. donat.

b l. 3. §. 1. verific. tacita, D. de iur. fic. c. Extremo lib. de idolol.

d Ad l. 9. semper in obsecris, D. de reg. iur.

e Ex lib. 1. epist. ad Philem. ver. 18.

causa suo auunculo donaturus quæ debebat, ita scripsit, *Tabula vel chirographum ubicunque sint, inanes esse: neque eum soluere debere; vide si pecuniam ab auunculo defuncti heredes petant, exceptione doli mali auunculum se tueri posse, quod contra voluntatem defuncti ab eo petatur*, Marcellus alicubi<sup>a</sup> respondit. De voluntate nimirum cuiusque, satis apud bonos & graues, & (vt ille ait) fugitantes litium, constat ex manu siue cautione atque chirographo, siue idiographo (quod Græci nominant) quo prolato etiam tacita fideicommissa detegi; si eo cauisset is cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti perueniret, restitutum: non minus profectò quàm si ex aliis probationibus manifestissimis id ipsum apparuerit. <sup>b</sup> Meritò sanè: quia nihil potest manus scribere, etiam si lingua in dictando cesset immobilis & quæta; quod anima non dictauerit (vt apud Tertullianum<sup>c</sup> rectè scriptum est) quanquam & ipsi linguæ anima dictauerit, aut à se conceptum, aut ab alio traditum, secundum illud à nobis alibi<sup>d</sup> relatum Aristotelis<sup>e</sup> effatum: *ἢτι ἐστὶ μὲν οὐδὲ τὰ ἢ τῆ φωνῆ τῆ ἢ τῆ ψυχῆ παθημάτων σύμβολα ἢ τὰ γραφόμενα τῆ ἢ τῆ φωνῆ*. Quamobrem D. Paulus, <sup>f</sup> vbi se pro Onesimo si quid Philemonè offendisset, persolutorum ac depensurum pollicetur; addit se id propria scripsisse manu, ad obligationem illam (vt puto) spectans quæ per chirographum, siue idiographum ostenditur: *εἰ δὲ τι ἠδίκησέ σε ἢ ὀφείλω, τῶτα μοι ἐλάλησθαι ἐγὼ παύλας ἔγραψα τῆ ἐμῆ χειρὶ. ἐγὼ ἀποτίσω*. Superioribus autem hoc dein subiicit idem ille Tertullianus, quod nonnunquam vsuuenit in foro; *Iam ne dicatur, aliquis dictauit, hic conscientiam appello, an quod alius dictauit, anima suscipiat, & siue comitante, siue residente lingua, ad manum transmittat*. Et statim: *Cauisti igitur quod in cor tuum planè ascendit; quod neque ignorasse te contendere potes (sic lego, non potest) neque noluisse: nam cum caueres scisti; cum scires utique voluisti, & es tam factus, quàm cogitatus (deest obligatus, aut quid simile) nec potes leuiore crimine manus excludere, vt dicas falsum planè effici cauendo, quod non facis: tamen non negaui, quia non iurauit: imò etsi nihil tale fecisses, tamen dicereris deierasse, & fecisse si consenseris*.

Id sciendum interim, etsi cautionibus huiusmodi epistolis & chirographis in dubio fides adhibeatur, vt ex iis nascatur obligatio: at tamen, quemadmodum ex apocha non aliàs liberatio cõtingit quàm si pecunia soluta sit (qua in re distare ipsam ab acceptilatione, verum est <sup>g</sup>) vnde si tantum receptam debitam quantitatem falsò scriptum sit; figmento veritatis obligationem extinguere non potuisse rescriptum est: <sup>h</sup> & tamen alioqui nemo dubitat, quin talis pecuniæ solutæ professio collata instrumento, rei gestæ probationem cõtineat: & maiorem quidem, quàm si chirographum acceptæ pecuniæ mutua redditu n fuisset. <sup>i</sup> Ita etiam ad obligationem quod attinet, frustra & indebitè aut spe futura numerationis quæ nulla secuta sit, <sup>k</sup> tamen emissam cautionem probari posse: ac, tum quidem veritati locum superfore; vt ipsi potius, si aliunde manifestæ probationes in contrarium emerferint, quàm cautionis vel chirographi tenori stentur, æquū est. Antoninus itaque Imperator, <sup>l</sup> *Si cautione tua* (inquit

g l. si accepto latum, 19. in fin. D. de acceptil.

h l. si obligati, C. de solution.

i l. pecuniæ, C. cod. tit. k l. si quasi, C. de non numer. pec. facit l. in re est, & l. si literarum, C. de solution. l. 1. C. de non numer. pec.

licet

*licet hypotheca data conueniri cœperis: exceptione opposita seu doli seu non numerata pecuniæ, compellitur petitor probare pecuniam tibi esse numeratam, quo non impleto, absolutio sequetur*. Et absolutionem quidem ita sequi, accipiendum omninò est (nisi fallor) si is vnde petitur, qui & in exceptione quibusdam quasi actoris partibus fungitur, exceptionem suam impleuerit: <sup>a</sup> quòd enim alioquin ei plerumque incumbat probatio qui dicit, non qui negat, <sup>b</sup> nihil huic definitioni obstat; quando id de negante numerationem aut rem aliam accipi debet, cuius naturali ratione probatio nulla est: <sup>c</sup> in hac specie verò qui excipit, aliquid etiam dicit, sicut qui solutam adfirmat pecuniam; cuius rei probationem præstare debet, <sup>d</sup> neque simpliciter aduersarij intentionem pernegat. Denique frustra cautionem emissam, & pignus datum probari potest, quo casu si nihil creditor numerauit ei quæ pignus dedit, sed inanem extorsit cautionem, mendaci scriptura contra fidem veritatis obligari rem eius non potuisse, ab Imp. Alexandro<sup>e</sup> rescriptum fuit. Quamobrem non aliter, dati pignoris, nec numeratæ pecuniæ (vt Imperatores Seuerus & Antoninus aiunt) hoc est, cum in ipso pignore obligando nulla pecuniæ numeratio vera, nullaque adeò principalis tum quidem obligatio intercesserit, sine qua non consistit hæc accessoria, <sup>f</sup> tenebit vel exceptio vel intentio: nisi de fide debiti (scilicet antea contracti) constiterit, si qui pignus dedit, id actione in rem persequatur. Eademque ratione (per probationem vtique numerationis à creditore faciendam, qui nudam cautionem penes se habet: quæ priuata scriptura est, vt ipse idè fidem in dubium à debitore iura legitimum biennij tempus vocatâ, <sup>g</sup> & simul pignoris adhibiti numerationi, tum vel quandoque factæ creditor implere debeat) veritas eruetur, si eo qui dederat possidente pignus, aduersarius, qui penes se cautionem habebat id persequi, actionem hypothecariam exercendo cœperit. Hæc nimirum est sententia principalis rescripti duobus Iustinianæi Codicis locis <sup>h</sup> totidem ferè verbis collocati: cuius rei propterea mihi mentionem faciendâ existimaui, vt maculam quæ vtròque inoleuit eluendam, etiam paruam, at maculam tamen, & ab aliis nondum perceptam indicarem: & pro *Veritas seruetur*, legendum *Veritas eruetur*, expuncta (quæ frequenti librariorum errore ob similitudinem iterari solet) literula ostenderem: quoniam à Modestino<sup>i</sup> & ab Vlpiano erui veritas dicatur: <sup>k</sup> itèrque fraudum particeps erui, <sup>l</sup> atque à Tertulliano<sup>m</sup> etiam extorqueri veritas, erui malos nõ abscondi leges iubere: ac denique duobus (quod meminere) locis iuris nostri ex auctoritate Pandectarum Florentinarum & manuscriptorum codicum, pro *in criminibus seruandis vel scrutandis* apud Vlpianum<sup>n</sup> *eruendis* repositum fuerit, omnino rectè: sicut & apud Paulum legitur in Sententiarum libris: <sup>o</sup> itèrque in quodam Imp. Theod. & Valentin. rescripto, <sup>p</sup> pro *Veritas facilius seruetur* (quod habebant prius vulgares codices) *Veritas facilius eruatur*, hodie restitutum esse videamus. Nam sanè cur Tribonianum & socios nullum in iuris libris locum similem asserentes, mendacij aut vanitatis (cuius satis iam superque

a l. si pactum, l. in exceptionibus, 19. D. de probat. b l. 2. D. de probat. c l. asseruatio, C. de non numer. pec. l. actor, C. de probat. d l. 1. C. de probat. e l. 2. C. si pigno. conuent. numer. pec. sec. non sit. f Vide quæ scribo ad l. cū principalis, D. de diuers. regul. iur. antiq. g Vide in d. l. 3. l. adseruatio, 10. & l. 14. in contractibus, in prin. C. de non numer. pec. secus si post biennium, aut si ex instrumento vtunque appareat de numerata pecunia in dando pignore. h l. 1. C. de non numer. pecu. & l. 1. C. si pignori. conuent. numer. pecu. secut. non sit. i l. ferui, 7. D. de testibus. k l. item apud, 15. §. quæstionè, D. de iniuriis. l. l. Iud. Nerati, §. sed et si seru, D. ad leg. Aquil. m Apolog. c. 2. Nisi enim fallor leges malos erui iubent non abscondi, confessis damnari præscribit: nõ abscondi: & postea veritatis extorquenda præfides de nobis solis mendacium elaboratus audire. n l. 1. in princip. D. de quæstion. o Lib. 5. recept. Senten. tit. 14. in princip. p l. consensu, §. feruis, C. de repud.

conuicti sunt) ipse quoque velim arguere; parum esse momenti ac rationis arbitror. Vtut sit, illo quidem ita castigato Impp. rescripto, inquisitionem veritatis faciendam, nec tolli debere significatur; sicut & aliis traditur <sup>a</sup> iuris nostri locis. Et generaliter qui cautionem emisit, suis debet acquiescere dictis aut scriptis, quemadmodum Iustinus <sup>b</sup> Imp. constituit: sed ita tamen, nisi certè ipse per apertissima rerum argumenta scriptis inserta religionem iudicis possit instruere, quod in alium quendam modum, & non in eum quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit.

Porro quod ait lex, vbi non appareat quid actum est consequens futurum vt id sequamur quod in regione in qua actum quid est frequentatur: ita fore consequens, intelligimus; si cum non appareat quid actum sit, aliquid tamen actum esse constet: aut fuisse causam, ob quam aliquid agi oportuerit, aut certè potuerit. Alioqui si causa non subsit, principalis (putà) obligationis, quam intercessisse, quam nunquam tamen fuisse; aut quam esse vtilem, contrahentes crederent, cum non valeret: dicemus circa pignoris obligationem, aut fideiussores, quæ sunt accessoria, nihil videri actum esse vtiliter. Finge ipsum qui transacto tempore iam liberatus erat; aut eius heredem,

dedisse fideiussores: non tenebitur fideiussores auctore Paulo; <sup>c</sup> quoniam erroris fideiussio nulla est: hoc nempe significat eum fideiussisse non videri, qui pro non obligato, ignorans finitam obligationem interuenit. Quid ita? Nihil enim actum esse videri potest inter illos, qui non consentiunt; cum alter, ambobus errent: <sup>d</sup> qua de re ad alias iuris regulas plenissimè à nobis disseritur. Ad huius verò nostræ illa verba ERIT CONSEQUENS, &c. hoc præterea satis commodè ad libri mei oram nuper adnotatum reperi; quod lectorem iuris studiosum ac diligentem celare cur debeam, non habeo. Idè est consequens & equum, vt sequamur, quod iisdem locis usurpari à plerisque solet; tanquam id ipsum quod ceteri omnes consueuerunt, hi quoque in dubio conuenisse, ac egisse inter sese videantur: à verisimili ducitur argumentum, cum rei veritas obscura est. Itaque in dirimendis litigatorum controuersis, iudices; in voluntatis interpretatione Iurisconsulti; sicut in legibus condendis <sup>e</sup> vtriusque id spectant, quod *ἐπι τὸ πλεον* frequenter & facilè euenit. Ceterum eius, quod in regione frequentatur probatio, vnde elici, aut qui fieri debeat hoc ad iudicem spectabit: nam Iurisconsulti etiã ex facto scãpe, de iure tamen respondere solent: indagatio facti ad eos non pertinet. Rursum quod ait lex vbi nec appareat quid actum sit nec de regionis more, qui varius fuit; ad id quod minimum est summam esse redigendam: eò pertinet quòd duos qui stipulati sint, aut promiserint, non in solidum quemque eorum, tanquam correi sint, obligari aut habere alios obligatos; sed in minorem summam, hoc est, ad portiones viriles à Papiniano <sup>f</sup> traditur: cum tabulis esset comprehensum, illum & illum centum aureos stipulatos; neque adiectum, *Ita vt duo rei stipulandi essent*: aut cum ita cautum inueniretur, *Tot aureos rectè dari stipulatus est Iulius Carpius, spondimus*

a l. inquisitio, C. de solut.

b l. generaliter, C. de non num. pecun.

c l. si quis, s. de fideiuss.

d l. id quod nostrum & nihil consenti, 116. in princ. s. vlti. D. hoc tit. de regul. iur.

e l. 3. & tribus seqq. D. de legi.

f l. reos, s. vlt. D. de duobus reis.

mus ego Antonius Achilleius & Cornelius Diuus; nec fuerit adiectum, singulos in solidum spondidisse ita vt duo rei promittendi fierent. Quod vtrique Papiniani responsum, vt iis adiungi debet, quæ superioris de idiographis, & priuatis obligationem continentibus cautionibus attuli, sic in dubio accipiendum est. Ceterum interesse quid actum sit, atque id inspiciendum esse in proposita facti specie secundum regulam nostram tenorem Vlpianus <sup>a</sup> ipsius auctor in responsum libris docuit; quo loco, *His verbis, ea quæ præstari stipulanti tibi spondimus* (inquit) *interesse quid inter contrahentes actum sit. Nam si duo rei facti sunt, eum qui absens fuerit non teneri: presentem autem in solidum esse obligatum, aut si minus, in partem fore obstrictum.* Reliqua huc spectantia, cum sint fusissimè (quod potuit) à me ad l. 9. de diuersis regulis iuris, explicata; non debeo repetere hoc loco. Nam quod non pauci solent; equidem semper nefas esse ducam, abuti otio & literis. Aliò me sponte properantem animus rapit; cuius *ἔγκλιται ἢ ἀδύνα, & (vt cum Poëtis loquar) ἡδύνη τὸ νόημα.* <sup>b</sup>

a l. his verbis, s. D. de duob. reis iuncta l. 2. & 3. eod. tit.

b Hac de re videlicet Philonem *ὁ ἐπὶ μετὸν μαζομένον*, qui & in lib. τὸ χέρι. τῶν ἀρετῶν. ἐπιπῶ. fol. 116. scribit, *ἡδύνην ἴδὲ πᾶσι ἡμῖν ὁμοῦ ποιεῖται ὅτι ἔδῃ.*

S V M M A.

Nomicus hic tractatus totus, sed qui suas itidem ipse castigationes in iure non pœnitendas præferat.

Iurisconsulto Paulo impensus labor ad alteram iuris regulam. In stipulationibus id tempus spectamus quo contrahimus ex l. non omne, 144. D. de regul. iur. ad quem varia adferuntur exempla: tam de principalibus quam de accessorijs puris & conditionalibus obligationibus: quæ pleraque suggestit ipsa inscriptionum ratio. De implenda ab contrahentium aut heredum heredibus conditione. De constituto. Quid in ista questione accessoria distent à principalibus. De nouatione & acceptilatione. Explicata l. penult. D. de fideiussor. l. in diem, de nouat. cum similibus. Illas non retrotrahi vbi conditio extiterit obligationis; sed confirmari scilicet. Accessorias autem obligationes purè factas, quadam tenus. Differentia inter conditionalis vel futura obligationis acceptilationem. Itemque inter legatum conditionale ac stipulationem conditionalem nondum ab alijs agnita demonstratur. Explicata l. qui in fraudem, 27. Qui & à quibus manum. Et quid iuris sit circa utramque obligationem fideiussoribus aut pignaribus datis. Illustrata l. Titius, penult. D. qua res pignor. vel hypoth. oblig. non pos. l. si pignus, s. l. i. s. vlt. l. qui balneum, 9. sub init. D. qui potior. Dare accipere pignus. Examinatur accuratè ac diligenter questio l. & per iusurandum, s. si legatorum, D. de acceptilat. Cuius etiam renatur emendatio. Equid distet solutio & acceptilatio facta pendente conditione, à repudiatione itidem interim facta: & qui hac vtiliter fiat. Odiosa vocabuli vnus repetitio: qua suspectus locus in l. si conditione, D. de solut.

CAPVT XI.

**D**E altera Pauli, quem Vlpianus æmulum habuit, regula; <sup>a</sup> dictante, *In stipulationibus id tempus spectari quo contrahimus*; cum ad aliam iuris regulam aliquid, suo tamen & proprio loco nihil scripserim; & quoniam ad stipulationes de quibus agere iam cœpi, pertinet: idè placet hoc etiam loco eius interpretationem ex eadem inscriptionum ratione ductam, superiori fermoni

a l. non omne, 144. s. vlti. D. de diuers. regu. iur. antiq.

moni subicere; ac de stipulationibus quæ fideiubendi, nouandi, liberandi animo fieri solent, quæpiam quæ non satis ab aliis intelligi videntur (certè non explicantur) proponere. Nam vulgaris & protrita quid attinet? in his præferim, aut excerptorum libris quos istis succedaneos paramus? Abstrusa potius rara & selecta, quorû oblatione Themidi ac Musis literetur; interea dum isto earum sacerdotio defungimur, immò semper exquiramus. Nam altera illa ludimagistris atque antecessoribus, quæ magis *ωρὸς ἀληθινὰ* existimant, magisque ex voto ac munere ipsorum esse agnoscimus; vt auidi dictata discipuli excipiant, relinquimus lubentes animis. Nec tamen suas istis Repetitiones quas vocant inuidemus; tantùm eos, quique ipsi dant operam, videant meliora probentque, deteriora ne sequantur, admonitos volumus. Sed in rem præsentem veniamus: & surculo defringendo, vi non festucaria sed solida vtentibus aliquam ipsius cognitionem, quasi possessione animi, nobis per te (bone lector) vsurpare sine vlllo tuo damno liceat. Possis tu igitur in primis istud iis adiungere, quæ ad *l. quæ legata*, 18. similitudine inscriptionû inuitati protulimus; huic regulæ nostræ locum esse, non in puris modò sed & in conditionalibus; nimirum vbi exierit, aut impleta fuerit conditio: perinde enim haberi, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. Nam *si quis, si Titius Consul factus erit, sponderit decem dari; quamuis pendente conditione promissor moriatur, relinquet heredem obligatum*, idque Iulianus <sup>a</sup> scribit. Quod similiter & in heredis legatorum debitoris herede locum habet. Quamuis enim ad personam legatarij quod attinet, cessionis legati dies spectetur; & in hoc distet legatarius à stipulatore (qua de re plenius egimus ad dictam *l. 18. D. hoc tit. de diuers. reg. iur. antiq.*) attamen cum heres adeundo hereditatè, vel ei se immiscendo contrahere videatur, & ex quasi contractu teneatur: <sup>b</sup> legato sub conditione relicto, si heres (à quo sub conditione legatum est) pendente conditione moriatur; heredem suum obligatû relinquit, vt Paulus noster eodem ex quo regula nostra desumpta est, lib. 62. ad Edictum scribit. <sup>c</sup> Meritò; quia ipse quodammodo fuit obligatus sub conditione legato apposita, cum sponte subiit hereditatem: & quauis exigere non potuerit à legatario, qui ne creditor quidem fuit pendente conditione; <sup>d</sup> attamen cum *ex contractibus venientes actiones, & in heredes dentur* (sicuti noster ipse Paulus alibi <sup>e</sup> monet) *heredis heres existente legati conditione legatario tenebitur*; habita scilicet ratione temporis, quo per aditionem hereditatis, quasi contractum est cum legatario: sicuti nullam, Celso teste, <sup>f</sup> dubitationem habet; quin herede petere à debitore verito, nec heres heredis petere possit. Hodie quidem ex Iustiniani cõstitutione, <sup>g</sup> decisus veteris iuris altercationibus, omnem stipulationem siue in dando, siue in facièdo, siue mixta ex dando & facièdo inueniatur, & ad heredes & contra heredes (siue specialis heredum fiat mentio, siue non) transmitti constat, tanquam si in dando conceptæ forent: cum ab herede impleri factum non minùs possit, velut ab alio, quod sit alijs impositum; quando penè similis

<sup>a</sup> si quis, 57. D. de verb. oblig.

<sup>b</sup> l. 3. in fin. & l. 4. D. ex quibus caus. in poss. eat. l. 4. s. heres quoque, D. de oblig. & act. Infit. tit. de oblig. quæ ex quasi cont. nasc. s. idem iuris est, & argum. à contrario sensu, l. qui cum alio 19. in princip. D. de reg. iur.

<sup>c</sup> l. legato, 64. D. de condit. & demonstr. d. l. is cui, 45. D. de oblig. & act. e. l. ex contractibus, 48. D. de oblig. & act. f. l. 7. D. de libe. leg. r.

<sup>g</sup> l. veteris, C. de contrah. & commit. stipul.

similis omnium hominum natura esse censeatur. Spectamus itaque stipulationis contractæ tempus; vt si res fuerit, quæ tum possit à contrahentibus impleri, eadem & ab ipsorum heredibus possit ac debeat. Circa constitutam quoque pecuniam cum exigatur, vt sit debitum, quod constituitur; <sup>a</sup> hoc talem recipit interpretationem, vt si quid tunc debitum fuit cum constituebatur nunc non sit, nihilominus teneat constitutum: quia retrorsum se actio refert. Proinde & temporali actione obligatum, constituendo teneri debere; licet post constitutum, dies temporalis actionis exierit: ex Celsi & Iuliani auctoritate ab Vlpiano <sup>b</sup> traditur. Ex quo intelligimus, tempus constituti non minùs quàm stipulationis inspicit: & item ex eo, quòd si pater vel dominus constituerit se soluturum quod fuit in peculio: non minuetur peculium, quatum ad constitutoriam actionem pertinet; eò quòd ex ea causa obstructus esse cõperit: cum alioqui crescere id ac decretere soleat: sed licet interierit; nihilominus tamen liberabitur qui constituit, vt noster Paulus <sup>c</sup> admonet. Sufficit enim extitisse obligationem de peculio, tempore constituti, quod inspicimus. Quinetiam quod ad solutionem attinet, spectamus tempus contractæ obligationis. Itaque Paulus noster alio loco, <sup>d</sup> *Qui Stichum aut Pamphilum stipulatur, si in vnum constiterit obligatio; quia alter stipulatoris erat*, rei verò suæ stipulationem nullius esse momenti constat inter omnes: <sup>e</sup> *etiamsi deserit eius esse, non rectè soluitur; quia vtraque res ad obligationem ponitur, non ad solutionem*. Non liberabitur itaque promissor: quia neutrum videtur in homine seruo stipulatoris constituisse, nec obligatio nec solutio; vt Marcellus in eadem facti specie respondit: <sup>f</sup> non obligatio, propter eam rationem quam diximus; non item solutio, quia qui non est in obligatione, frustra soluitur: cum non sit ad solutionem positus; nec possit ex postfacto videri fuisse in obligatione, quia ex præsentis vires sumit obligatio: in qua contractæ obligationis tempus inspicimus; quæ cum vitiosa & profus nulla in eo stipulatoris seruo fuerit, tractu temporis conualescere, ob id quod stipulatoris ille seruus, esse deserit, minimè ponitur: iuxta illam alteram iuris regulam, quæ (dictante alibi <sup>g</sup> Paulo nostro) definit, quod initio vitiosum est non posse tractu temporis conualescere.

Cætèrum quod ex huius regulæ tenore, *In stipulationibus id tempus quo contractum est inspicimus*; accipito (si nos audis) de principalibus quidem & puris, omnimodò: de accessorijs autem, sicuti fideiussorum, nõ item omnimodò; sed ita, vt rationem quadamtenus habeamus principalis obligationis; siue præsentis, siue conditionalis, aut etiam futuræ (de quibus eius differentiis postea disceptare certum est) quòd hac cessante, siue deserit, siue nondum cõperit; illa etiam extinguitur, vel oriri nõ potest, ita vt vllas vires adhuc habeat. Itaque si filius familias ita stipulatus est, quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes? & emancipatus credidit; patri non debebit quicquam fideiussor: quia nec reus ei tenetur, vt Paulus noster alibi <sup>h</sup> scribit. Pendet nimirum fideiussoria obligatio ex futura

<sup>a</sup> l. cum qui, §. quod exigimus, D. de const. pec.

<sup>b</sup> l. item illa, §. 1. D. de const. pec.

<sup>c</sup> l. id quod, 19. §. vlti. & l. seq. eod. tit.

<sup>d</sup> l. si duo, 128. §. 1. D. de verb. obligat.

<sup>e</sup> l. scire debemus, §. si à fure, eod. tit.

<sup>f</sup> l. qui decem, §. Stichum aut Pamphilum, D. de solut.

<sup>g</sup> l. quod initio, 29. D. de diuers. reg. iur.

<sup>h</sup> l. quidam cum filium, 132. in fi. D. de verb. obl. ex qua & alijs scriptis ad l. quæ legata, 18. D. hoc tit. de reg. iur.

principali: cum autem hæc nisi post emancipationem non constiterit; ex illa, nihil itidem patri ob stipulationem filijfamilias nunc nuper emancipati deberi potest: sed emancipato filio; qui demum post manumissionem credidit, quum non amplius patri, sed sibi quareret. Quod ipsum utique dicendum, si conditionalis legati, siue fideicommissi filiofamilias relicti (cuius dies, nisi existente conditione, non cedit) siue pater siue filiusfamilias fideiussorem acceperit: nam si ante conditionis euentum filiusfamilias potestate paterna liberatus fuerit; filiofamilias quasitam utramque, vbi extiterit postea conditio, tam accessoriam quam principalem obligationem existimari debet: propterea quod eadem fideiussioni, quas legato causas & conditiones inesse conueniat, sicuti postea declarabitur. Quod similiter in pignore, cuius itidem accessoria est obligatio, ut in fideiussore, Paulus noster <sup>a</sup> in eadem facti specie alicubi definiuit, his ferè verbis: *Si legati conditionalis relicti filiofamilias pater ab herede rem propriam eius pignori acceperit, & mortuo patre vel emancipato filio conditio legati extiterit: incipit filio legatum deberi; & neque pater potest pignus vindicare, neque filius qui nunc habere cepit actionem: sed nec ex precedenti tempore potest quicquam iuris habere in pignore, sicut in fideiussore dicitur.* Haec tenus ille. Igitur etsi omnis tam accessoria quam principalis obligatio, eaque non modò pura, sed etiam conditionalis, vires sumat ex præsentis; iuxta Pauli nostri sententiam huic regulæ nostræ congruentem & alio explicatam loco, <sup>b</sup> quam nos itidem aliquo superiorum sermonum <sup>c</sup> attingimus, immò tractauimus: ut constet scilicet interim, conditionalis quoque obligatio; atque ad eum eueniente, vel impleta conditione retrorahatur: nam hoc ex eo sequi solet. Accessoria tamen vires metimur ex principali obligatione, quod ad effectum aliquem producendum attinet: ut si qua sit principali appositæ conditio; ex accessoria interim, quantumuis pura sit, petitio nihilo magis competat; sed illius alterius diem aut conditionis euentum expectare debeat: nec retrorahatur. Quamobrem de constituto Paulus <sup>d</sup> noster agens alicubi, quod sine principali obligatione non consistere superius dictum est: *Id quod sub conditione debetur (inquit) siue purè, siue certo die constituatur, eadem conditione suspèditur: ut existente conditione, teneatur; deficiente, utraque actio depereat.* Præterea cum in duriorum causam adhiberi fideiussor nec soleat, nec per ius queat; si conditionalis obligationis fideiussor purè acceptus fuerit, non obligari eum Vlpianus <sup>e</sup> docet. Itémque si quis sub conditione legatum stipulatus, pendente conditione decesserit: quamuis alioqui soleat etiam ad heredes transire conditionalis stipulatio; <sup>f</sup> & similiter emptio <sup>g</sup> & alius quilibet contractus: attamen quia legatum non transmittitur, quod sub conditione relictum sit; <sup>h</sup> cum non prius dies cedat, quam conditio fuerit impleta, licet ea in potestate sit legatarij (nisi paucis quibusdam casibus, quibus eam remitti, vel haberi pro impleta; Iurisconsultus idem alio loco docuit <sup>i</sup>) hanc stipulationem legati seruandi causa interpositam dicemus euanescere; mortuo postea legatario ante conditionis euentum

<sup>a</sup> l. si legati, D. de pignor.

<sup>b</sup> l. v. usus fructus, D. de stipu. seru. c. Cap. 6. ad fin. d. l. id quod, D. de const. pecun. e. l. Græcè, §. illud commune, verbi. enimvero, D. de fideiussor. scripsi ad l. in omnibus, 14. in fi. D. de reg. iur. & adde l. fideiussor, 17. §. qui certo, & §. stipulatione, & l. si a reo, §. sub diuersis, D. de fideiussor. & Inst. de fideiussor. §. fideiussor. f. §. ex conditionalis, Inst. de verb. oblig. & §. penult. Inst. de inutilib. stipula. vide quæ scripsi ad l. quæ legata, rs. D. de reg. iur. g. l. qui negotia, §. cum heres, D. mandati. h. §. si autem aliquid, C. de caduc. tollend. i. l. si post diem, §. sed si sub conditione, D. quãdo dies leg. ced.

scilicet: ideoque frustra cautionem interuenisse, nec patri hodie superesse actionem pignoris persequendi causa; cum legati principalis obligatio nunquam constiterit in persona patris, definiuit: propterea quod stipulationi eadem quas legato causas & conditiones inesse, ut iisdem excludatur exceptionibus, apud omnes constat. <sup>a</sup> Ex superioribus istud etiam apparet, ob spem commodi conditionalium legatorum fideiue commissorum nomine; quia legatariorum interfit habere cautum, satisfdari ac fideiussorem accipi, missionemque; in possessionem fieri ex edicto; quod & aliis librorum nostrorum locis comprobari potest: <sup>b</sup> sicuti nouari vtiliter, quod sub conditione relictum est legatum; & nouatum dein accepto ferri posse, Venuleius alicubi ostendit: <sup>c</sup> quibus casibus inutilis acceptilatio inutilis nouatio fuisse, ac nihil egisse censetur; deficiente materia siue substantia obligationis. Nam quemadmodum naturaliter ex nihilo nihil fit, & eius quod non est nullæ sunt aut intelligi qualitates queunt: ita deficiente conditione obligationi principali adiecta; nulla esse censetur, ex postfacto scilicet: sed omnibus viribus destituta reperitur, quæ olim pendit, licet purè facta fideiussio, vel nouatio, vel tam nouata, quam principalis, aut adiecta siue accessoria obligationis, pura (licet fideiussori facta reòve principali) acceptilatio: sicuti etiã fideiussori sub conditione accepto, & sub hoc modo, ut vsque ad vitæ suæ tempus dumtaxat duraret obligatio; si interim acceptolatum ei sit, ac pendente conditione decesserit, ipsoque mortuo extiterit conditio: dicimus eam, quæ non potuit in persona iam mortui obligationem, propter modum illum temporis scilicet ei adscriptum, inducere ac validam efficere; ob eandem istam rationem, nec acceptilationem quoque confirmare, atque ita reum principalem liberare potuisse: propterea quod vbi nunquam fuisse fideiussorem obligatum (utpote cum eo viuo non extiterit conditio, quæ propter modum adhibitum ultra mortem extendi nequit) intelligimus, ex postfacto scilicet: id quoque apparet, hodie frustra interpositam in fideiussoris persona acceptilationem, & nihil egisse; quæ in ea facti specie, non ipsum modò, sed reum quoque principalem liberatura fuerat, si fideiussor post euentum scilicet conditionis non antè decessisset. Quam facti speciem, satis alioqui obscuram, à Caio alicubi <sup>d</sup> propositam; cum eodem quo de agimus pertineret, explicare libuit: illud scilicet ostendentem, vbi non sit obligatio fideiussoria, nec acceptilationem ipsi fideiussori factam intelligi; ac proinde reum nihilominus manere obligatum, qui tali acceptilatione adiuuari neutriquam queat: sicut è diuerso scimus inutilem esse acceptilationem, nouationem ac fideiussionem; vbi nulla est, quæ præcedere semper vel re vel intellectu debet, ita ut aliquando sub sit, obligatio. Cum enim principalis causa non consistat, nec ea quidem quæ sequuntur, locum habere, ipsa iuris regula <sup>e</sup> definitur. Sequitur autem necessariò, & accessoria est ad principalem obligatio fideiussoria: quæ quamuis re ipsa, scriptura, tempore, actu interdum præcedat; quoniam purè facta, cum illa sub conditione concepta sit, vel etiam quod siue purè,

<sup>a</sup> l. r. §. si quis sub conditione; D. ut legat. seu fideicom. seru. cau. facit l. stipulationem, 22. de iur. dot.

<sup>b</sup> l. is cui, §. si Titio, l. etiam si, D. ut in posses. leg. iusta l. postquam, §. si dies, l. si à te herede, & l. hæc stipulatio, 14. in princ. D. ut leg. no. cau. l. si filiofamilias, l. si quis, 14. D. quib. ex caus. in poss. eat. l. si legati, D. de pignor. l. purè, in princ. D. de doli mali except. c. l. si sub conditione, D. de acceptilat.

<sup>d</sup> l. penult. D. de fideiussor.

<sup>e</sup> l. cum principalis, 178. D. de reg. iur.

a §. 1. Instit. de fideiussor.  
 b l. potest, l. stipulat, 7. l. si debitori, §. 1. D. de fideiuss. l. & per iusiurandum, §. quod Titio, de acceptila. l. non quemadmodum, D. de iudic. l. eo tempore, in princ. vers. sed fideiussorem, D. de peculio, d. l. quidam cum filium, 132. §. vti. D. de verbor. obligat.  
 c d. l. non quemadmodum.

siue sub conditione contracta, cum illa nondum sit, quam futuram tamen affectu & animo precipimus (nam fideiussorem & precedere obligationem, vt ait Imper. <sup>a</sup> & sequi posse, id est, futuram quoque obligationis fideiussorem rectè ac vtiliter accipi; exempli gratia, *Quod Titio credidero fide tua esse iubes?* receptum est <sup>b</sup>) attamen natura sui & nostro intellectu posterior atque (vt Iustiniani verbo vtat) pedissequa est. Ex postfacto igitur nulla fuisse fideiussio, id est, vel nullum effectum habuisse, deficiente conditione principalis obligationis intelligitur (qua cessante, id est, fatisciente ac labante, cum antea pependisset; istam quæ illa nitēbatur, collabi ac ruere oportuerit) vel etiam nihil actum fuisse tali fideiussione in futurum (vt Labolenus <sup>c</sup> loquitur) concepta; hoc est, futuram obligationi adhibita; sed potius ob spem futuram obligationis interposita creditur. Atque hoc quidem casu, quamuis prius actu scilicet ac in rei veritate contracta sit obligatio fideiussoria, vel (vt magis propriè loquamur) facta fideiubendi causa stipulatio; mox deinde aut ex mutuo (fortè) aut ex alia qua causa se reus obligauerit: huic illam nihilominus accedere obligationem iudicamus, & subiici; quod principalis licet actu posterior, spe tamen cogitationeque ac affectu contrahentium anterior, iuxta ea quæ superius octauo sermone diximus; prior (inquam) ac vetustior fuerit: vtpote ad quam velut finalem causam, ita se illa, quæ quodammodo preparatoria fuerat, habuerit; vt interim non tam ipsa in pendenti esset (quasi quas haberet vires, aliquantisper exereret, vllumve effectum producere vetaretur) quam nuda, imbecillis, infirma & propemodum nulla atque infecta esse existimaretur: quam futuram illius spes dumtaxat aliqua interim sustentaret; demumque recens constitutio eiusdem principalis obligationis excitaret, viresque ipsi tribueret.

Porro autem cum vires ex presenti sumat omnis stipulatio, vt dixi: propterea eueniente scilicet conditione, sub qua principalis obligatio concepta fuerat, firmatam illam & roboratam fideiussione, sublatam aut certè translata nouatione, dissolutam & peremptam acceptilatione; id denique iam olim factum esse, de quo in fideiubendo, nouando, acceptum ferendo inter contrahentes agebatur, auctore Pomponio <sup>d</sup> apparere scimus. Verum quod dicimus iam olim, Pomponi, verbis scilicet; <sup>e</sup> sic accipe, non vt retrorahatur liberatio; cum obligatio suspensa per conditionem fuerit, nec possit liberatio præcessisse obligationem intelligi: sed vt ex illo acceptilationis actu legitimo (qui purè licet interpositus, tacitam habuit conditionem illam quæ in obligatione fuerat expressa) hodie primùm cum ea conditio extitit, esse liberatus existimeretur; sicut puram stipulationem nouandæ conditionalis obligationis animo interpositam, licet statim quam contracta fuit aliquid egisse videatur: non tamen iam tunc nouasse, sed hodie cum extiterit conditio, Vlpianus <sup>f</sup> asserit: quamuis alioqui circa stipulationes conditio retrorahi soleat. Ad fideiussionem autem & pignus quod attinet, conditionali stipulationi adhibitum, eueniente postea conditione; licet retrorahatur quidem

d l. in diē, iuncta l. si Stichum, §. 1. D. de nouation. item in l. quod in diem, D. de acceptilat. l. quod sub conditione, 16 D. de solution.  
 e d. l. quod sub conditione.

f l. quoties, §. 1. D. de nouation. iuncta l. si Stichum, §. legata, eod.

principalis obligatio ad tempus, quo ea sub conditione contracta fuerat, postquam hodie commissæ est: pignus tamen aut obligatio fideiussoria, & si pendeat ex principali obligatione, non tamen ad ipsius contractæ tempus retroducantur; sed ad illud dumtaxat, quo fideiussor aut pignus accipi cœpère: atque ita in accessoriis obligationibus, etiam spectemus id tempus quo ipsa contracta sunt; quando scilicet post principalem antea contractam ipsa adhibita fuerint. Nam quæ futuram obligationem respiciunt; non modò non retrocurrunt (nam quò, aut quatenus?) verum etiam prorsus ex futuræ obligationis constitutione ita pendent, quasi tum scilicet, nec antè adhibita fuissent. Sed & constituisse obligationem, vt valeat nouatio vel acceptilatio, & in ea re constituisse oportet, quæ nouata vel accepto lata est: itaque si res quæ pendente stipulationis conditione nouata fuerat vel acceptolata, deinde perierit ante conditionis euentum: non acceptilatione vel nouatione, quæ nihil egerint; sed peremptione rei, sine culpa scilicet promissoris, eum liberatum esse dicimus (auctore Vlpiano <sup>a</sup>) cum res non subsit eo tempore, quo impletur conditio. Nam & Pomponius <sup>b</sup> naturaliter verborum obligationem resolui ait, non tantum solutione; sed etiam cum res in stipulationem deducta, sine culpa promissoris in rebus humanis esse desit: quod & à Paulo nostro <sup>c</sup> traditum memini. Si autem Stichum aut decem sub conditione stipulatus, Stichum acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus decesserit; decem manere in obligatione, Vlpianus <sup>d</sup> ait; perinde ac si ea acceptilatio interposita non fuisset: eò re scilicet reuersa, vnde incipere non potuit; <sup>e</sup> cum & frustra homo mortuus promittatur, nec præstari nec deberi queat: <sup>f</sup> & qui ex stipulatione aut alia iusta causa saltem naturaliter non debetur, frustra & inutiliter eum etiam accepto ferri appareat; aut ei qui non debet, vt patri, cum filius familias promittendo se non patrem civiliter obligauit: nam filius familias vt se liberet, accepto rogare potest, pater acceptum rogando nihil agit; cum non ipse obligatus sit sed filius: <sup>g</sup> propterea quòd aut prius, aut eodem certè tempore committi oportet stipulationem, quo tollitur; <sup>h</sup> immò non potest non prius commissæ intelligi, quam sublatam dicimus: sicut circa puram obligationis conditionalis stipulationem nouandi causa factam, Vlpianus <sup>i</sup> ab existente conditione primam stipulationem committi, commissamque in secundum transferri ait. Et naturale, hoc est, vt non possit videri, esse aut haberi desinere, amitti, tolli, extinguere; quod nondum esse, aut haberi cœperit: qua de re plenius à nobis in Regularum commentario actum <sup>k</sup> est.

Ceterum circa obligationis futuræ vel conditionalis acceptilationem permultum interest; item inter eum qui sub conditione legatum acceperit, & eum qui sub conditione stipulatus fuerit: quod nescio an aduertatur satis ab aliis; id scio, non parum referre, vt non ignoremus; difficillimi nodi expediendi gratia, quem attingit quidem Accursius, nec omninò tamen dissoluit, vt equidem iudico. Atque hoc quidem facilius vt percipiatur; in primis istud memoria repetendum est, quod regula nostra continetur, id spectari tempus in

a l. quoties, D. de nouation. in princ. facit l. qui decem, §. cum mihi, D. de solut. b l. penult. D. de solut. iuncta l. si mihi, 2. eod. tit. c l. si seruum, §. 1. in princ. & §. si autem, & §. vlt. D. de verbo. obligat. d l. & per iusiurandum, §. si Stichum, D. de acceptilatio. e §. item contra. Instit. de inu. lib. stipulat. f Iustin. in princ. tit. de inutilibus stipulat. g l. an inutilis, §. vti. D. de acceptil. vide quæ hac de re tota scripti latius atque ad eò subtilius lib. superiori cap. 22. h l. si Stichum, §. si quis ita, D. de nouat. i d. l. quoties, ver. sed si quod, eod. k ad l. non videntur, 83. l. non potest, 208 D. de diuers. reg. iur.



stipulationibus omnibus quo contractum est: item, quod supra dixi, stipulationes conditionales ex presenti vires accipere. <sup>a</sup> Legata non ex presenti, siue peracti testamenti, siue mortis aut adita hereditatis tempore: licet alioquin (vt monui supra) hereditatem adeundo, cum legatariis heres quodammodo contrahat, <sup>b</sup> sed ex euentu conditionis. Ideoque legatarium pendente conditione non esse creditorem; sed placuisse Vlpianus ait, <sup>c</sup> eum qui sub conditione stipularus est, esse creditorem. Legatarium denique conditionalem, non stipulatori (vt ita loquar) siue creditori conditionali, à nostris proceribus comparari; sed ei qui aliquid in futurum stipularus fuerit. Hermogenianus ergo, <sup>d</sup> *Qui in fraudem (ait) creditorum manumittitur, liber esse prohibetur, siue dies soluenda pecunia iam cessit, siue in diem vel sub conditione sit debitum.* Diuersa causa est legati sub conditione relicti. Nam antequam conditio extiterit inter creditores, iste legatarius non habetur. At quemadmodum non obligationis tantummodò conditionalis, sed etiam futura fideiussorem; his ferè verbis, *Quod Titio credidero, quòdve ab eo stipularus fuero, fide tua esse iubes?* accipi admonuimus: ita verum est, efficaciter nouationem fieri, non modò conditionalis, sed etiam futura obligationis; sic ferè, *Quod à Titio stipularus fuero, vel ita, Quod Titio credidero, dare spondes?* quo casu si à Titio stipularus quis animo nouandi fuerit, nouationem fieri, solumque Seium teneri stipulatori: priorem enim stipulationem siue mutuum, impleta conditione nouari Vlpianus <sup>e</sup> ait; quo sanè casu nouatorem (vt ita loquar) ex eo dumtaxat tempore obligatum esse ausim asserere (sicuti de fideiussore ac pignore in futuram causam accepto dictum fuit) quo principalis & intellectu vetustior obligatio, quæ ex præcedenti stipulatione nouatur contracta fuerit: atque adeò si quid interim cum alio à nouatore gestum sit, nihilominus valere; quia non possit vterius retroduci nouatio, quam ad rempus contractæ principalis obligationis. Porro quemadmodum si ex pluribus reis stipulandi vnus acceptum fecerit, liberatio contingit in solidum; <sup>f</sup> nisi tamen alter iam egerit vel ipsi constitutum fuerit: <sup>g</sup> itémque vno ex duobus correis debendi (etsi non sociis) per acceptilationem liberato, alter quoque liberatus intelligitur; quamobrem si alteri dumtaxat consultum testator voluisset, is pacto non per acceptilationem (nisi fortasse socius) liberandus fuisse dicitur: <sup>h</sup> ita quoque fideiussorem ab vno ex duobus reis datum in solidum rectè accipi; <sup>i</sup> & verò fideiussori non minus quam principali reo acceptilationem facta, totam perimi obligationem: vt ipso iure debendi quoque reus hac ratione liberatus intelligatur; <sup>k</sup> & ceteri confideiussores vel mandatores, & quicumque accessionis loco sunt: quos itidem omnes ex soluta ab vno ipsorum pecunia liberari constat. <sup>l</sup> Nec mouet circa reum acceptilationem liberandum, quod verbis obligatus non fuerit; sed ex mutuo (putà) vel emptione aliòve quo contractu; vel quasi contractu, vt putà aditione hereditatis: si purè quid ab ipso legatum sit. Quamobrem si acceptolatum ei foret, non haberetur pro liberato, tanquam sublata obligatione: sed ad sum-

mouen

mouendam & excludendam actionem tueri se pacti vel doli exceptione possit; <sup>a</sup> propterea quòd inutilis acceptilatio, tacitam quidem sed vilem in se pactiorem de non petendo habeat, <sup>b</sup> nec sua natura sed potestate cõventionis valeat. <sup>c</sup> His omnibus positis, quæ vera sunt atque perspicua: sequitur, vt circa legatorum conditionalium acceptilationem longè interfit, vtrum ea reo vel fideiussori vel nouatori medio tempore, hoc est, ante conditionis euentum facta fuerit. Is à quo legatum est sub conditione, nondum debere ne sub conditione quidem intelligi meritò existimatur; quando legatarium conditionalem à stipulatore cõditionali hoc distinguat disertis verbis Vlpianus <sup>d</sup> ad Edictum scribens; quod iste pendente conditione sit creditor, ille non item. Itaque frustra legatario conditionali accepto fertur interim, nec existente postea legati conditione vt id deberi incipiat, conualescet ideò præcedens actu acceptilatio, vt videtur; cum per naturam rerum qua priuationem habitus vtique necessariò antegressus intelligitur, tolli vel resolui, siue naturaliter (vt putà numeratione) siue ciuilitè (vt putà acceptilatione <sup>e</sup>) obligatio nondum contracta nullo modo possit: non magis quam ille liberari qui de contrahenda obligatione sermonem habuit atque tractatum; sed nondum sese vlla cõuentione pactiõne adstrinxerit. Idémque dicendum, si fideiussori legatorum nomine dato acceptolatum sit: nam etsi euenerit postea conditio legato adposita, & alioqui acceptilatio fideiussori facta reo prodesse soleat: hoc tamen casu propter eandem rationem, reo principali non pro futura existimatur: quamuis liberatum esse fideiussorem eiusmodi acceptilatione facta pendente legati conditione, vbi scilicet ea impleta sit; rationi consentaneum negari non debeat: vt ex die conditionis impleta, tunc demùm ille actus legitimus qui præcesserat, aliquid egisse intelligatur, ad perimendam non obligationem legati, quæ nulla tum fuisse creditur; sed stipulationis fideiubendi causa interposita, quæ acceptilatio subsequuta esse proponitur. Ita fit nimirum, vt partim ex euentu conditionis legato adposita pendeat acceptilatio, in persona fideiussoris scilicet; quò extitisse aliqua intelligatur obligatio qua liberari potuerit: partim autem æstimetur ex presenti tempore stipulationis fideiubendi causa interposita, tam ipsa vtiliter adiecta futura obligationi, quæ cœpit ex euentu cõditionis legato adiecta constitui; quam secuta illam acceptilatio: specteturque in iis id tempus quo contractum est, iuxta eam ad quam scribimus iuris ciuilis regulam; licet vt aliquid egisse acceptilatio, nec frustra interposita esse videretur, conditionem legati expleri, atque adeò expectari oportuerit. Atque hoc est quod Vlpianus ad Sabinum, <sup>f</sup> si legatorum sub conditione relictorum fideiussori dato acceptolatum sit, legata deberi ait, postea existente conditione; ac deberi quidem non à fideiussore scilicet, qui acceptilatione liberatus est (vt quidem Accursiani plerique omnes, immò & ceteri existimant) sed à reo principali; ad quem vim acceptilationis ac effectum porrigi, rerum naturæ ordo quem diximus, & ratio prohibet: non sinens vt liberatus quispiam existimari possit,

a d. l. si usufructus, D. de stipulatione. scilicet.

b Locos notari supra.

c l. is cui sub conditione, D. de acceptilatio.

d l. qui in fraudem, 27. D. qui & à quibus manumittitur. iuncta l. cum is qui, 8. cod. tit.

e l. si Stichum, §. si quis ita, de nouat. D.

f l. & per iurandum, in fi. D. de acceptilatio. l. si rem aliquam, §. si duo, D. de nouat.

g l. si verò, in fi. & duabus seq. D. de const. pec. l. ex duobus reis, 16. D. de duobus reis, d. l. si rem aliquam, §. si duo, de nouat.

h l. 3. aliàs est, l. si quis decedens, §. nunc de effectu, D. de libera. legat. iun. Ga. l. si quis reum, in princ. cod. tit. & l. Senatus, §. vlt. de mort. caus. donat.

i l. cum duo, D. de fideiussor.

k l. & per iurandum, §. si fideiussori, D. de acceptilatio. d. l. si quis reum, in fine, & §. vlti. D. de liberat. leg.

l l. anisii, §. 1. vlt. D. de fideiussor.

a l. an inutilis, in princ. & §. acceptum, l. si acceptolatum, equit. l. cum emptor, D. de rescind. vendit.

b d. l. an inutilis, in princ. & l. si vnus, §. si acceptilatio, D. de pact.

c l. cum emptor, in princip. D. de rescind. vend.

d d. l. is cui.

e l. penult. D. de solut. l. si ex pluribus, vers. pen. D. de acceptilatio.

f l. & per iurandum, §. si legatorum, D. de acceptilatio.

possit, antequàm esset obligatus; non magis quàm ubi quis ita stipulatur à fideiussore, *Quod Titio credidero fide tua esse iubes?* atque ita in futura obligationis causam accipit fideiussorem, deinde ipsi acceptum fecerit antequàm Titio crederet, ac postea Titio creditum fuerit. Nam etsi fideiussorem non antequàm reo creditum fuerit obligatum (deficiente scilicet materia & substantia, ex qua hæc stipulationis fideiussoria tanquam forma & figura exprimenda est, aut cuius solido niti debet quæ accessoria est & adiungi dicitur) atque adeò cum utique vlla nõ sit liberatio nisi eius obligationis quæ subsistere quadamtenus queat; nec liberatum esse, merito existimamus; quem nihilominus acceptilatione illa liberatum ex postfacto apparet, post creditum siue mutuum contractum: cum tamen spectemus id tempus in stipulationibus quo contractum est, & nondum se reus vllatenus obligasset quando acceptilatio fideiussori facta est; non potuit antiquiore quàm eius esset obligatio acceptilatione liberari, ut ibidem Ulpianus subiicit: manifestè comparans heredem à quo sub conditione quid legati nomine relictum est, ipsiusque fideiussorem, ut quidem existimatur à plerisque præter Rogerium, atque Irneriũ omnibus, cum illo qui postea debere cæpit quam sponsor pro illo se obligaret (quem in futurum pro alio posse obligari ostendimus) non etiam cum eo qui stipulanti sub conditione promiserit, fidemque alienam pro se interponi curauerit; quando huius obligatio in pendenti esse dicitur, & ab eo diserte apud Iabolenum<sup>a</sup> separatur, cuius obligatio in futurum concepta est, quem authorem iuris in hæc rem alij non citant. Et sanè in hoc diuersum ius omninò foret, quàm in superioribus propter consistentem quodammodo licet conditione suspensam, quæ tamen ex præsentis tempore solet astimari stipulationem.<sup>b</sup> Nam siue ipsi reo sub conditione obligato, siue fideiussori eius accepto latum sit; non modò hunc sed & illum obligatione, cuius conditio postea extiterit, liberatum iri ex illo acceptilationis actu legitimo, post conditionalem stipulationem celebrato, verum est.

Porro quemadmodum circa legatum sub conditione relictum filiofamilias pignus interim aut fideiussorem frustra acceptum fuisse apparet ex postfacto, si patre demum mortuo vel filio emancipato conditio extiterit: ut scilicet accessorie pignoris aut fideiussionis obligationes comparentur, quarum vtramque in persona patris esse inutilem, cum principalis minimè subsistat, iam antè adhibito Iuriconsulti responso<sup>c</sup> docui. Ita facturus è re videor, si in reliquis pignus futura vel conditionalis obligationis vel legati conditionalis nomine acceptum, cum fideiussore comparandum suscipiam; & ea simul expediam: quæ cum ad regulæ nostræ illustrationem admodum faciant, nondum tamen allata sunt ab interpretibus. Ac primo quidem obtutu probandum quis non abs re putet; quemadmodum circa acceptilationem fideiussori factam si quæreretur an ea reo principali prodesset, distinguendum esse dixi, secundum Accursianos utique; ac permultum interesset, vtrum fideiussor legati conditionalis nomine, an verò in stipulationis, vel alterius cuiusvis obligationis conditio-

<sup>a</sup> l. non quem admodum, 35. D. de iud.

<sup>b</sup> d. l. is cui, de oblig. & act. & l. usufructus, de stipulat. seru.

<sup>c</sup> l. si legati, D. de pignor. & l. quidam cum filium, 132. in fin. D. de verb. obli.

nalis causam esset acceptus: & priore casu, acceptilationem reo non prodesse; posteriore, vtilem esse ostendi: sic & circa ius pignoris, multò præstantiorem esse causam stipulatoris conditionalis, deteriorè verò legatarij conditionalis; & hunc non ei comparari, sed (ut circa quæstionem de acceptilatione dictum est supra) illi cui futura obligationis fideiussor datus fuerit. Qua in re, ut procliuè ad errandum sumus omnes, ita facilè hallucinabitur quispiam, nisi attentè quæ sum dicturus considerauerit: quorum exordium ab notioribus faciendum esse mihi sentio. Futuræ quidem obligationis nomine pignus constitui posse præsentis die, non est cur negare quisquam debeat; asserente id Paulo<sup>a</sup> in quadam facti specie, quam è responsorum libris erutam habemus: ubi ait, *Titium, cum mutuam pecuniam accipere vellet à Mauiò; cauisse ei, & quasdam res hypotheca nomine dare destinasse: deinde postquam ex his rebus quasdam vendidisset, accepisse pecuniam.* Et quod ait de cautione; satis ostendit, iam tum pignori rem fuisse obligatam: hæc enim vis verbi est, ut apud eundem Paulum eiusdem libri alio loco; <sup>b</sup> *Si sciente & consentiente domino seruus ut omnia bona domini pignori obligata essent, conuenit: ipsum quoque qui cauit, obligatum esse pignoris iure.* Quod verò subiicitur, uti retulit, *res hypotheca nomine dari destinatas;* hoc eò pertinet, non ut pignus constitutum nondum fuisse asseratur, cum iam de eo conuenisset, & pignus pacto constet, ex quo iure honorario nascitur actio: <sup>c</sup> sed potius ut cautionis illius pignoratitiæ, utpote accessoria, vires ex futura obligatione principali (secundum ea quæ sunt superioribus exposita) pendere ostenderet: nam quò pignus (quæso) vel hypotheca, nisi propter aliquam obligationem<sup>d</sup>? Sanè de aliqua cogitatum & actum inter pignus constituentes, sufficit; siue re, siue consensu constet, ciuilibus honoraria naturalisve sit; siue purè, in diem, vel sub conditione, siue in præsentis sit aut præcesserit: sed & futuræ obligationis nomine dari posse, à Martiano<sup>e</sup> definitum scimus: ita tamen, ut quod ait in conditionalis obligatione, non alias obligari res hypothecæ datas purè scilicet, nisi conditio principalis obligationis extiterit (sic enim Iuriconsulti verba exponenda sunt) id ipsum multò magis de obligatione futura, de qua inter eos qui de pignore inter se conuenerunt, cogitatum existimari debeat; pendere scilicet pignoris constituti vires ex futura obligatione intelligamus: quam obrem si quid ex pignori obligatis rebus interim aut alienauerit, aut rursus alteri obligauerit debitor; deinde pecuniam illam qua de actum fuerat acceperit mutuam, aut quam aliam obligationem principalem animo præceptam contraxerit: hoc in constituti antea pignoris causam non cedere, quod intermedio tempore venditum aut alij fuerit obligatum. Nam hæc Pauli nostri verba sunt, <sup>f</sup> *Respondit, cum in potestate fuerit debitoris post cautionem interpositam pecuniam non accipere: eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata est: & ideo inspiciendum, quas res in bonis debitor numerata pecunia tempore habuerit.* Et quod ait de numerata pecunia; sic accipe, quoniam numeratione mutuum constat, & de quo contrahendo

<sup>a</sup> l. pen. D. quæ res pignori vel hypoth. obliga. non poss.

<sup>b</sup> l. Paulus respondit, s. vlti. D. de pignor.

<sup>c</sup> l. si tibi decem, s. de pignore, D. de pactis.

<sup>d</sup> l. 4. D. de pig.

<sup>e</sup> l. res hypothecæ, D. de pignor.

<sup>f</sup> d. l. Titius, pen. quæ res pignori oblig. non poss.

<sup>g</sup> l. 2. D. de reb. cred. l. 1. de obli. & actio.

a l. i. D. qui potior. in pign. hab. in princ.

b l. si pignus, 8. D. qui potior. in pign. hab.

c l. grege, 73. §. etiāsi creditor, D. de pigno. l. 4. D. qui potior. in pigno. hab. facit l. 4. §. hoc autē, D. de dam. infe. vbi similiter loquitur iur. d. ex l. 1. §. si quis sub conditione, D. vt legat. siue fideicō. no. caus. e. d. l. grege, §. si sub conditione. f. l. is qui, 33. eod. tit.

g l. 1. §. vlti. D. qui potior. in pign. hab.

actum fuerat: sed idem in ceteris contractibus, vt tempus eorum quo primū cōcepti ac perfecti, etsi non impleti sunt, spectandum sit; quemadmodum in alia quadam facti specie à Papiniano<sup>a</sup> responsum didici, non solutionum obseruanda tempora, sed diem contractæ obligationis: & ita exponendum quod vulgò dicitur, eum qui sit prior tempore, iure itidem esse potiorē. Vnde si pignus specialiter Respub. accepit, dicendum esse Vlpianus<sup>b</sup> inquit, præferri eam fisco debere; si postea fisco debitor obligatus est; quia & priuati præferuntur: vt quod de obligato ait, ad principalem obligationem referatur; vel etiam ad hypothecariam, cuius aras & dies ex principali tempore solet explorari. Nam quod similiter circa fideiussoriā obligationem dixi antea, metiendas eius vires ex obligatione principali; in qua id spectetur tempus, quo contrahitur: hoc & in pignoris constitutione verum est. Igitur quamuis suas condiciones habere dicatur hypothecaria actio, id est, si soluta est pecunia aut pensatione, vel quo alio genere satisfactum; quibus cessantibus tenet: <sup>c</sup> attamen si cuti circa fideiussoriam legatorū nomine ostendi, <sup>d</sup> easdem ipsi quas legato inesse condiciones; ita si sub conditione debiti nomine, obligata sit hypotheca, dicendum esse Martianus monet, <sup>e</sup> ante conditionem non recte agi; cum nihil interim debeat: sed si sub conditione debiti conditio euenerit; rursus agere poterit. Et Triphoninus, <sup>f</sup> in eius persona qui non obligationis, sed solutionis causa fuerit adiectus, adeo pignus non consistere, vt ei datum & ante solutionem ab adiecto recipiatur. Itaque vbi in futuram obligationem pignus datum sit vel obligatum; si non contrahatur postea principalis obligatio, solui hypothecam, & datum pignus posse repeti: & ex diuerso impleta principali obligatione, id tantum accessoriā quæ actu præcessit, contineri; quod principalis postea contractæ tempore in bonis debitoris & quatenus fuerit; à quom verumque arbitror. Quamobrem si quid interim alij pro præsentī contractu fuerit, aut alienatum aut pignori obligatum, id in prioris illius pignoris causam non cedere. Hoc nimirum voluisse Papinianum <sup>g</sup> cenfeo; vbi, posteaquam contractæ iam de dote obligationis diem (iuxta nostrā regulā tenorem, in stipulationibus tempus quo contractum est inspicere iubentis) non varia solutionis tempora circa ius pignoris esse obseruanda dixerat: subiicit hoc scilicet, *Alia causa est eius qui pignus accepit ad eam summam, quam intra diem certum numerasset; ac fortè prius quàm numerasset, alij res pignori data est.* Vbi quod de die certo ait, exempli causa pronunciatum scito: ac multò magis idem existimandum, si in diem incertum aut sine vlla diei mentione pignus futuræ obligationis firmandæ gratia constitutum sit; post deinde cum alio, præsentī die contractus habitus, eiusque gratia de pignore conuentum. Nam hoc posterius, illi præferetur, quod futura fuit obligationi ante adhibitum; cum ista longè post alterum pignus quod præsentī tum obligationi accessit, contrahi cœperit. Vehementer me Papiniani mouet autoritas; quem Theodosius etiam & Valentinianus Imperatores, vt vinci à duobus Iureconsultis, ita singulos

vincere

a l. vnica, C. Th. lib. 1. tit. 4. de respons. prud. b d. l. 1. quæ res pignori oblig.

c l. lecta, D. de reb. cred.

vincere voluerunt: <sup>a</sup> præfertim quod illa ratione nititur, quam Paulus noster expressit; <sup>b</sup> quoniam in potestate debitoris fuit post cautionem pignoris interpositam, pecuniam tum accipere ex causa mutui, vel alium (quo de actu erat) contractum nō perficere. Quamobrem siue Africanus, siue quis alius è Iureconsultorum numero, solus aliquid eius sententiæ contrarium responderit; nunquam ipse à laudatissimi & celeberrimi Iureconsulti Papiniani latere ac partibus discessero: cui assedisse Vlpianum & Paulum; <sup>c</sup> idque honori sibi duxisse, cum ille Prætoriana præfectura fungeretur, memini. At quin Africanus, vbi circa balnei conductionem ex die Kal. proximarum, & puram serui oppignerationem; eiusdemque postea, sed ante Kalendas illas oppignerationem alteram alij factam ex præsentī causa pecuniæ creditæ: respondit, tuendum in pignore locatorem; qui prius, licet ex die certa, contraxerat: quoniam ab illo tempore iam tum, etsi inhibita deberetur, vt peti posset; in ea tamen causa seruus is fuit, vt inuito locatore ius pignoris in eo solui, deteriùsve fieri non posset: ideòque potiorē eius causam habendam. Adiicit, idem dicendum circa conditionalem creditorem, vt in pignore præferatur alteri; cui cum postea quicquam deberi cœpisset (cum effectu scilicet, ita vt rectè peteretur) pignusque itidem ipsi esset obligatum: deinde conditio extiterit, sub qua prior illa contracta fuerat obligatio; sub exceptione hac tamen, si modò ea conditio ex debitoris voluntate, ita vt impedire posset, non pependerit: quæ nimirum exceptio cum illa ratione congruit, propter quam pignus in futuram obligationem acceptum postponi pignori accepto interim, licet posteriori, sed ex præsentis tamen obligationis causa, paulò antè admonui.

Atque hæc quidem omnia (si quid aliud) appositè connectuntur cum ea istius regulæ interpretatione, quam antè attulimus: principales quidem obligationes ex die contractus, accessorias verò tam hypothecariam quàm fideiussoriam, non modò ex sua, sed & ex illarum die diiudicari, ac perpendi oportere. Quod etiam præclarè Caius <sup>d</sup> ostendit, & simul ea quæ diximus omnia confirmat; quo loco, potiorē ait eum esse in pignore, qui prius credidit pecuniam, & accepit hypothecam: quamuis cum alio antè cōuenerat, vt si ab eo pecuniam acceperit, sit ei res obligata, licet ab hoc postea acceperit: potuisse enim licet antè conuenit, non accipere ab eo pecuniam. Atque ita pignus, licet antè in futuram causam acceptum, quæ postea extiterit: ei postponi docet, quod interim contracta (scilicet purè ac præsentī die) obligationi adhibitum fuerit. Aliud porrò existimandum, si prius pignus non futuræ obligationi, sed factæ sub conditione accesserit; qua pendente alius purè crediderit, eandemque hypothecam acceperit. Nam existente prioris stipulationis conditione, non eum qui postea credidit, sed stipulatorem fore potiorē in pignore: propterea quòd vbi semel conditio extitit, perinde habeatur ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. Rectè hoc quidem & aptè ad regulam quam præ

d l. potior, 11. in princ. D. qui potior. in pign. hab.

oculis habemus, *In stipulationibus id spectari tempus quo contrahimus, etsi conditionales fuerint*; dum tamen existat postea conditio: nec ob ipsas tantum, sed & ob eas quadamtenus, quas sibi adiunctas habent, tunc antea demonstratum fuit. Sed circa pignus in futuram causam acceptum, quod diximus, tentari posse, ut exemplo fideiussoria obligationis comparari pignori accepto legati conditionalis nomine debeat; nec in hoc aliud quam in illo statuendum esse: hoc si verum est, quod possit quispiam non improbabiler tueri, cum ex vulgari doctorum iuris Accursianorum opinione illud admiseris, eodem iure fideiussorem conditionalis legati aut futura cuiusvis alius obligationis esse censendum; sequetur id quoque, praferendum eum in pignore, qui pendente legati conditione; posteaquam ea res legatario esset oppignerata, crediderit, stipulari ve sit, aut alias contraxerit, remque itidem illam pignori acceperit: etiamsi ea legati conditio demum extitisset: quippe quoniam nulla legati ratio ( quantum ad obligationem ) nisi ex die conditionis impleta haberi solet, <sup>a</sup> ac proinde nec pignoris ex ea causa constituti: cuius obligatio eandem quas illa scilicet, nec potiores condiciones, aut ius antea habere possit: exemplo fideiussoria, cuius idem omnino, siue ad legatum conditionale, siue ad futuram obligationem adiecta, ius esse, toties diximus. Sed maiorem in modum obstabit, quod clarissime ac verbis disertissimis, ut nullam calumniae aleam subire posse videantur, Africanus <sup>b</sup> pignus legatario conditionalis obligatum ei comparavit, non quod in futuram causam, sed quod ob stipulationem aliamve quam obligationem sub conditione factam acceptum sit. Etenim ubi pignus obligationi in diem certum aut etiam conditionalis adhibitum illi praferri dixit, quod postea intermedio tempore contractum sit, ex pura obligationis causa, scilicet ubi primum dies aut conditio extiterit; hac totidem quae adscribam; de pignore ob legatorum sub conditione datorum causam obligato retulit: sed est haec ob legata, quae sub conditione data erant, de pignore rei suae conuenisset, & postea eadem ipsa pignora ob pecuniam creditam pignori dedisset, ac post conditio legatorum extitisset; hic quoque ruendum eum cui prius pignus datum esset existimavi. In quibus verbis nihil mouere nos debet, *Dati* vocabulum; tanquam hic agatur de traditione pignoris, ut cui ea prius facta sit, non cui prius fuerat pignus obligatum, is in pignore potior esse debeat: quemadmodum Imperatoria constitutione <sup>c</sup> circa rem duobus venditam definitum scimus. Nam pignoris & hypothecae vocabula permisceri, & pacto pignus consistere, iam antea dictum est; & *Accipiendi* similiter ac *Dandi* verba plerumque <sup>d</sup> ad nudam conventionem, non ad traditionem ( in ista quidem quaestione ) pertinere, nemo est paulo in ea exercitator, qui nesciat; quamuis si a diuersis non dominis pignus diuersis temporibus acceptum sit, possessorem esse meliorem; cum e contrario, si non dominus eandem rem duobus pignoraerit diuersis temporibus, prior sit potior, sicuti Paulus <sup>e</sup> addocet. Huc accedat denique, quod articulus *Quoque* satis ostendit, idem omnino

a d. l. si legati, D. de pignor. d. l. is cui, de obli. & act. d. l. v. usufructus, de stipu. seru. l. q. in fraudem, 27. D. qui & a quib. manu. lib. non fiant.

b l. qui balneum, 9. i. sub sine principij, D. qui potior. in pig. hab.

c l. quories, C. de rei vendic. d. hoc addo propter l. si fundus, §. vlt. D. de pign. l. si non dominus, D. qui potior. & l. per. D. de distract. pign. l. 3. C. de seruo pignor. dat. manum ubi traditi ab obligatis distinguuntur. e d. l. si non dominus.

ius in legati conditionalis pignore statui à Iureconsulto, quod circa pignus debiti conditionalis & locationis ex die responsum fuerat. Rectè verò Africanus: quandoquidem eadem iuris ratio hoc quoque casu, quae superioribus locum habet: nempe quod post cautionem pignoris pro conditionalis legato interpositam, in potestate non habuerit heres, idemque aliquatenus ( hoc est, si nondum re, spe tamen legatarij ) debitor; ne conditio legato adscripta quandoque impleretur, atque adeò ne ipse debitor foret: adeò quidem, ut si optio hominis data vel indistinctè homo legatus sit, non posse heredem quosdam seruos vel omnes manumittendo, aut euertere aut minuire ius electionis; propterea quòd optione siue electione serui data, quodammodo singuli sub conditione legati videantur, à Caio <sup>a</sup> responsum sit. Nam sanè si ea fuisse conditio proponeretur, quae inuito herede impleri non potuerit: tunc quidem & hoc, & superioribus de locatione ex die & conditionalis stipulatione casibus diceremus; pignus quod secundò esset constitutum ( utpote obligationi praesenti adhibitum ) esse potentius illo altero licet prius constituto, quod tamen conditionalis obligationi seu legato esset adiectum: propterea quòd cum & conditio implementu debitor impedire posset, ipsaque obligationem euertere; ante conditionis euentum obligatus fuisse, intelligi non queat: nec pignus igitur in eam causam ( utpote non tam conditionalem, quam futura obligationem ) acceptum, <sup>b</sup> & ex eius principalis obligationis natura & qualitate metiendum aliter, quam si posteriore loco factum esset, ut ius alterius esse potius debeat, aestimari oportere. Atque equidem quod ad stipulationem ipsam conditionalem antea dictum est huius regulae vim extendi oportere; ut quo contracta est tempus, id spectari debeat, sic intelligendum esse ausim asserere: dum tamen in debitoris potestate non fuerit, an deberet. Nam si fuerit, pendente nimirum conditionis implemento ex eius arbitrio: tum utique fideiubendi causa interposita stipulationem, & pignoris conventionem, proinde accipi debere; tanquam non conditionalis, sed futurae dumtaxat obligationi accessissent: atque adeò ius eorum qui vel cum fideiussore, vel cum pignoris domino interim contraxerint, potius futurum; quam eius qui talem adquisisset obligationem, existimo.

Cum igitur de ista quae in potestate sit heredis conditione non loquatur Africanus, sed de alia qualibet quae legato iniecta sit: ius pignoris ex tali, quae iam tum constitit, obligatione si postea conditio impleta fuerit ( quo efficitur nimirum ut illa retrocurrat ad tempus quo contracta est; & velut si ab initio pure constituta esset, censetur ) utpote prius illo quod interim sequenti licet pure obligationi accessit, aestimandum erit, quòd alteri scilicet praferatur. Nec Papiniani mouere nos in contrarium debet auctoritas, loquentis non de conditionalis legato, sed de futura obligatione. Ac ( si verum amamus ) nihil est quam obrè futuram potius, quam conditionalis obligationis pignori, legati conditionalis pignus comparari debeat: tamen enim, quantum ad diei cessionem ac transmissionem ad heredem, ius sit

a l. 3. D. qui & a quibus manum. lib. non fiant.

b l. à Titio, §. vlt. D. de verb. oblig. & l. omnia, D. de diuer. reg. iur. antiq.

firmius atque potentius stipulatoris quam legatarij; quamobrem ille interim non iste creditor intelligitur, <sup>a</sup> sicuti superius admonui; hoc in illa nimirum quaestione obtinet, de qua Vlpianus eo 21. ad Edictum libro differuit: nempe de iis quæ fraudatorum creditorum causa gesta sunt, vel esse intelliguntur; ac præsertim de manumissionibus, quas in fraudem creditorum fieri lex Ælia Sentia prohibet. Ad quod alia duæ leges ex eodem libro desumptæ <sup>b</sup> manifestum faciunt. Coercenda igitur interpretatone iusta legis Sentia gratia, propter libertatum fauorem (qui maximus est) placuit Iureconsultis, ut is cui sub conditione testamento quid relictum sit, non ita creditoris loco habeatur ad impediendam libertatem, quam heres tribuit; quemadmodum si ex alia quacunque causa id ei sub conditione deberetur; quam differentiam Hermogenianus <sup>c</sup> disertè mandauit literis: cum tamen circa manumissionem serui, qui sub conditione legatus est, idem iuris sit ex ea lege Sentia, quod cum ex quacunque alia causa sub conditione sit debitus: <sup>d</sup> præterea non minus nouari rectè ac vtiliter quod sub conditione legatum est, <sup>e</sup> & eius nomine cauere ac satisfari ex edicto Prætoris, missionemque fieri ac hereditaria bona possideri constet, donec tam conditionalis quam puri legati causa caueatur: quid esse potest, quamobrem pignus legati conditionalis nomine accipi non possit: aut si posse receptum est, cur non in eo id ius sequemur, quod in aliis conditionalium obligationum pignoribus obtinet? Nam quod circa acceptilationem fideiussori legati conditionalis nomine interea factam, id iuris esse diximus; quod est, quum ea, non quidem conditionalis stipulationis aut cuiusvis contractus, sed futuræ obligationis fideiussori sit: hoc aliam causam habet, atque inspectionem; quæ non ex eo pendet, quasi non sit vlla legati conditionalis ineunda ratio (cum ipsum Prætoris Edictum aliud suadeat; nec hic agatur de cessione vel transmissione ad hæredem: qua sola re forsitan conditionale legatum à cæteris conditionalibus obligationibus distare verius quispiam dixerit <sup>f</sup>) sed ex eo quod iniquum sit, propter principalem reum, expectare fideiussorem, donec ille liberari possit pro quo se obligauit: & interim fraudari beneficio creditoris, siue legatarij conditionalis: qui liberare ipsum per acceptilationem voluit, non etiam reum principalem; quem alioqui potuerat simul cum fideiussore, ipsi reo acceptum ferendo, liberare ipso iure, Aquiliana stipulatione aut nouatione interposita: & vel saltem id præstare sine stipulatione ac nouatione, ut ope exceptionis pacti se tueri possent: propterea quod inutilis acceptilatio vtile pactum habeat <sup>h</sup> (ut antè diximus) quamuis alioqui verbis tolli per acceptilationem non possit, nisi quæ verbis constitit obligatio. <sup>i</sup> Cum itaque in personam fideiussoris conceperit acceptilationem, non in rem; non potuit heres legata non debere, licet liberato fideiussore: propterea quod de liberando herede actum inter fideiussorem ac legatarium non fuerit; immò id vel tacitè actum, ut nihilominus conueniri posset eueniente conditione, quæ postea extitit: quemadmodum non eò minus deberet, quod ipsi heredi legatarius satisfaci-

a d. l. is cui.  
b l. pignori, 30. D. de hered. instit. l. non fraudantur, 34. D. de reg. iur.

c l. qui in fraudem, 27. D. qui & à quib. manu.

d l. generaliter, 5. 1. D. qui & à quib. manu. l. seruum, 11. de manu. iusta l. 27. D. qui & à quib. manu.  
e l. si Stichum, 8. 5. 1. D. de nouat. l. si sub conditione, 21. D. de acceptil.

f l. in fin. D. de cond. & demon. l. cum illud, in pri. cip. quando dies leg. ced.

g l. & vno, l. si sub conditione, D. de acceptil.

h l. an inutilis, in princip. & 5. accepto, & l. si acceptolatum, D. de acceptil. l. si vnus, 5. pen. D. de pact. l. prout, l. pen. D. de solution.

satisfactionem per pactonem remisisset; de qua specie à Triphonino <sup>a</sup> agitur alicubi. Nec enim verat iuris ratio, quin, cum inutilis acceptilatio vim pacti habeat: ex diuerso quoque utilis acceptilatio eatenus dumtaxat profit, quæ iis visum sit, inter quos ea celebrata fuerit: quæ & pro parte & vni ex heredibus rectè fit. <sup>b</sup> Semper enim in stipulationibus si quod actum sit spectamus; quemadmodum alia iuris regula <sup>c</sup> continetur, de qua superiore sermone dictum est: quidni & in acceptilationibus, quæ ipsa per stipulationem plurimum fiunt? Nec verò mouebit in contrarium, si dixerit quispiam hac acceptilationem tanquam solutione fideiussoris nomine facta, tolli omnem etiã rei principalis obligationem. <sup>d</sup> Nam iusurandum quoque, quod in locum solutionis succedit, <sup>e</sup> ita eodem loco habendum esse Paulus noster ait, <sup>f</sup> si modò idè interpositum est, ut de ipso contractu & de re, non & de persona iurantis ageretur: quamuis hoc ipsum iusurandum acceptilationi simile dicatur, & quod à debitore exactum est, ut perpetuam exceptionem pariat & pignus liberet.

Hæc mihi minus displicet (ut nunc quidem est, nam adhuc ipse mihi non satisfacio) illam Irnerij ac Rogerij solutionem ab Accursio <sup>h</sup> relatam illustrans, quod potest, aut certè fulciens atque adiuvans interpretatio: quàm quæ secundo loco proponitur ab eodem solutio; quasi non potuerit heredi (utpote nondum debitori, cum legatarius conditionalis non sit creditor) vtiliter accepto fieri, quæ nondum constitisset obligatio: quam solutionem superius non tam probavi, quàm (quod Vlpiano aliisque non insolitum Iureconsultis, ipsorum testantur scripta) retuli: nec veram sanè arbitror, qui non video, quamobrem si nouari conditionale legatum potest (quemadmodum Vlpiani <sup>i</sup> auctoritate comprobatur) cum nouatio sit prioris debiti in aliam obligationem transfusio atque translatio, ut ab eodem Iuricons. eodem libro <sup>k</sup> definitur: id legati conditionalis debiti, siue spes ea debiti (quod cautione præstita & missione in bona hereditaria, siue possessione bonorum conseruari Prætor curæ habuit; & in quod nouatio cadit) accepto fieri nequeat: quando per acceptilationem, & quod in diem vel sub conditione debetur tolli posse, Pomponio & Sabino (qui ex veteribus fuere) placuit; <sup>l</sup> & non possit non videri conditionale debitum ex obligatione illa, quæ heres re ipsa, hoc est, aditione hereditatis cum legatariis omnibus quasi contraxisse intelligitur: quam obligationem cum heres interuere non possit (qui modò prohibendi conditionis implementi potestatem non habeat) propterea & fideiussorem & pignus eius obligationis rectè interim accipi, ut obligationis postea contractæ tam pignori quàm fideiussori præferatur, eueniente scilicet postea vel impleta illa conditione; superius docui. Sed neque possit meritò existimari fideiussor potius, quàm reus principalis tali acceptilatione fideiussori facta liberatus: qui etsi purè ac præsentî die fideiussor sit, nec exigi tamen potest; <sup>m</sup> nec verò (ut ab Vlpiano <sup>n</sup> disertè scriptum est) obligatur aut debet; antequàm conditio principalis obligationis extiterit, qua nisi accessoriam diximus: nec prius itaque soluere

a l. pactum, D. de pactis.

b l. pars stipulationis, & l. de acceptil. c l. 34. de regul. iuris.

d l. si vnus, 5. pactus, & 5. sed si stipulatus, D. de pactis.  
e l. iusurandum, 27. & l. prox. 5. 1. D. de iureiur.  
f l. duobus, 28. 5. 1. cod. tit.  
g l. iusurandum, 40. D. de iureiur.

h in l. & per iusurandum, 5. si legatorum, D. de acceptil.

i l. si Stichum, 5. 1. de nouat.

k l. in princip. cod. tit. sic & Paulus tit. 2. lib. 5. Senten. nouari ait quod nobis debetur.

l l. quod in die, D. de acceptil.

m l. fideiussor, 58. D. de fideiuss. n l. Græce, 5. illud commune, D. de fideiuss.

a l. si fideiussor, 32. de fideiussor. iuncta l. si mandauero tibi, in princip. D. de mandat.

b l. si vnus, s. sed si stipulatus, D. de pact. l. metū, 9. s. vlt. & duob. seqq. D. de eo quod mer. caus. c. d. l. 40. de iur. iurand.

d l. vlt. circa si. prin. D. de iure.

e. Cap. 16. lib. 2. Semestr. edito

Lutetie anno 75. ac post nos hoc

idem visum

Franc. Hotom. lib. 4. Obseruat.

Basil. edit. cap. 9. qui nos haud-

quaquam nomi-

nat. videtis quæ scribo huiuslib. cap. penult

f l. si ex pluri-

bus. in fin. D. de acceptilat.

g l. idemque, s. vlti. & duobus seqq. D. manda.

h l. si ex pluri-

bus, D. de acceptilat. facit l. si fraudator, in princ. D. quæ in

iraud. credit.

i Quæ notatur

ab ipso Cuiacio

ad l. qui balneū,

in princ. D. qui potior. in pign.

hab.

soluere vtiliter potest, quo minùs ei conditio tanquam indebiti soluti competat; nec priùs accepto ferri, aut à legatario aut ab alio quouis creditore condicionali, vt ipsum liberet eo quod nondum est debitum: quamobrem si pro reo ante diem creditori soluerit, expectare diem debere quo eum soluere oportuit, ab Vlpiano traditur. <sup>a</sup> Sed nec priorem, siue solutionem, siue interpretationem probare me fateor; quam esse diuinatoriam (vt vulgus nostrorum Doctorum loquitur) & optantis potius quàm docentis καὶ τὸ δὴχῶς *δοῦναι λέγουσι*, factum aliquid pro vero asserentis de quo non constat, video: nimirum vt fideiussorem solum sine principali reo legatarius liberatum contra naturam acceptilationis, atque solutionis voluerit; quibus omnem obligationem prorsus extinguere non ambigitur: <sup>b</sup> præsertim cum circa iusiurandum, quod simile acceptilationi iam diximus; <sup>c</sup> in obscuro intelligere debeamus (auctore Pomponio <sup>d</sup>) inter creditorem & reum id actum; vt si iurasset se dare non oportere, ab omni contentione discederetur (ita enim eo Pomponij loco id verbum bis reponendum, vbi vulgò perperam *Conditione* legitur, superiore libro <sup>e</sup> primus indicaui) atque ita & solutam pecuniam repeti posse, & fideiussoribus exceptione dari debere iusiurandi responsum fuerit. Denique acceptilatione fideiussori facta liberari reum etiam iudicatum, ad eò verum est (quod ipse Vlpianus ait <sup>f</sup>) vt siue remunerandi causa fideiussori accepto tulerit creditor, siue principaliter donando, id est, hoc solù spectans vt donaret, nulla personæ fideiussoris habita ratione; remisisse actionem totam aduersus vtrumque censeatur; & hoc solum interfit quòd fideiussor superiore casu mandati actionem aduersus reum principalem (Vlpiano teste) habeat. <sup>g</sup> Caterùm sicuti fieri non potest, vt naturali solutione non tollatur omnium qui quaqua ratione eandem rem tenentur (siue vt correi, siue vt mandatores ad promissores ac fideiussores) obligatio; ita nec ciuili solutione quæ acceptilatio est, cuiusque ipsorum facta fuerit. Atque hoc est quod Vlpianus <sup>h</sup> ait, si ex pluribus obligatis vni accepto feratur; non ipsum solum liberari, sed & eos qui secum obligantur: non quoniam ipsis acceptolatum sit; sed quoniam velut soluisse videatur is, qui acceptilatione solutus est. Quid ergo? Equidem ἐπέχω: verumtamen si mihi licere vellem, quod alios sibi sumere, non sine magna interdum ratione (cui fidem ipsa etiam Pandectarum Florentinarum auctoritas non derogat) video; non vererem abnutium articulum adponendum hoc loco asseuerare: quo, non exceptio (sicuti passim existimant) ad præcedentem de vi acceptilationis fideiussori factæ sententiã, vt ea reo quoque principali licet non ex stipulatu obligato proficit; sed confirmatio ac veluti prolatatio, siue ampliatio regula (vt magistrorum Scholasticorum verbo vtar) proponeretur: hoc sensu scilicet, gradationem quandam proceribus nostris non insuetam <sup>i</sup> præferente; *Reum, licet non sit verbis obligatus, acceptilatione tamen fideiussori facta, per eum qui vtiq; verbis ipse obligatus est liberari; nec tantum liberari si pure, verùm etiam si sub conditione dimtaxat obligatus est:*

vt

vt scilicet acceptilatio quæ constitit per se ac re vera, tum demùm aliquid egisse, hoc est, effectum aliquem habuisse intelligatur, cum extiterit conditio. <sup>a</sup> Etenim non priùs sublatam eo acceptilationis actu legitimo (cuius vis & effectus tacitè suspendi potest, quanquam actus ipse non possit <sup>b</sup>) obligationem. Quod autem dicere superiùs tenentur secundæ illius ab Accursio allatæ obtinendæ ac fucandæ potius quàm ornandæ solutionis, quæ omni (si diligenter intuemur) specie veritatis caret; *Non posse per rerum naturam priùs liberari tali acceptilatione legatarium conditionalem, quàm obligatus fuerit.* Hoc ipsum non minus verè de promissores aut de quolibet condicionali debitore pronunciarum queat; quando & Papinianus <sup>c</sup> conditione stipulationem ipsam suspendi sensit alicubi: & Iustinianus <sup>d</sup> noster, ex conditionali stipulatione spem tantum esse debitum disertè scribit; sed eam spem in heredem transmitti: vnde conditionalem debitorem ad eò interim non esse obligatum verum est, vt solutum repetere posse non ambigatur; <sup>e</sup> quia nec liberari possit qui nondum debeat: sicuti de legatis sub conditione relictis, ea non statim, sed cum conditio extiterit incipere deberi Vlpianus admonet; <sup>f</sup> quæ tamen quodam casu, vt puta in diem mortis heredis relicta (cum esse condicionalia negari non possit; <sup>g</sup> propterea quòd, quamuis heredem moriturum certum sit, nihilominus incertum est an legatario viuo dies legati non cedat: & non est certum legatum ad eum peruenturum; quod ad heredem legatarij non transeat, si viuo herede legatarius decesserit) certum tamen esse debitum iri, ait Pomponius quodam loco; <sup>h</sup> nisi tamen is locus in mendo cubat: qua de re aliàs viderimus, si erit commodum. Denique res ipsa clamat, legatarij conditionalis fideiussorem propiùs ad creditores conditionalis fideiussorem accedere, cum in illo spem saltem obligationis inesse inficiari nemo possit; quàm ad eum qui in futuram causam acceptus sit; quo solo casu, reum acceptilatione interim fideiussori facta non liberari, Vlpianus; <sup>i</sup> pignus antè constitutum posteriori postponi, cum futura obligatio (de qua priùs cogitatum fuit) potuerit non contrahi, ceteri iuris auctores asserunt. <sup>k</sup>

Rursum non esse quod existimet quisquam, legati conditionalis acceptilatione fideiussori facta, non modò non reum principalem, hoc est, heredem, sed ne fideiussorem quidem liberatum esse intelligi; sicuti nec liberaretur heres legati conditionalis debitor, si ei acceptolatum foret: Nam vt verum est, interim nõ liberari quinetiam condici posse incerti acceptilationem velut indebitè factam; <sup>l</sup> quantum non impletur conditio, sicuti & naturalem solutionem quamlibet: <sup>m</sup> non secus atque condici potest, vt obligatio indebitæ pecuniæ per errorem quasi ex causa fideiussionis in cautionem deducta accepto feratur. <sup>n</sup> Ita existente postea conditione confirmatur pristina tam acceptilatio quàm solutio: quarum hæc quidem naturali actu & vero, id est, numeratione pecuniæ, aut rei debitæ solutione qualibet; hæc autem actu legitimo & ciuili solutionis imaginariæ consistit: vt quamuis interim in suspenso sit, postea tamen facillè conualescat,

a d. l. quod in diem.

b l. 4. & 5. D. de acceptil.

c Argumeto ducto à contrario sensu, l. cum ad præfens, D. de reb. cred.

d s. ex condicionali, Institut. de verb. oblig.

e l. sub conditione, D. de cond. & indeb. l. si quis reum, s. penult. D. de liber. leg.

f l. legata, 41. D. de condi. & demonstr.

g l. 4. D. quando dies leg. ced.

h l. heres meus, 78. in prin. D. de cond. & demon.

i l. huiusmodi, 13. D. quando dies leg. ced.

k d. l. & per iusiurandum, s. qui ita, de acceptil.

l l. pen. quæ res pigno. l. in fin. & l. potior, in princ. D. qui potior. in pignora hab.

m Quemadmodum condici solet acceptilatio causa non secuta, l. 4. D. de condic. causa data, l. licet, s. 1. & s. plane, D. de iure dot. & l. quod debitori, D. de mort. caus. don.

n Accursus disertè ad l. si obligatum, in verbo *Acceptilationem*, C. de solution.

o argu. l. si quis cum à fideicommissario, & l. seq. s. si pars domus, D. de cond. indeb. l. sufficit, eod. tit.

p l. si indebita, C. de fideiussor.

Quod aliter circa repudiationem prorsus se habet, quæ pendente conditione frustra fit; vt nihil agatur, non modò non interim, sed nec ex postfacto post euentum scilicet conditionis: nam cum nullus effectus, nullum vestigium aut signum eius repudiationis remaneat: propterea, eueniente conditione, repudiatio antè facta perperam, hodie non conualescit; nec excitari vllò modo potest. Atque ita prorsus nihil agitur, aut actum postea intelligitur. Nam nec pertinet ad nos (inquit Pomponius quodam loco <sup>a</sup>) id est, pertinere non potest (sic enim & hic & apud Vlpianum <sup>b</sup> quoque hoc verbum exponi oportere, superiore libro <sup>c</sup> docui) quod nondum delatum sit, vt acquiri possit, antequam conditio existat; nisi tamen ea repudiatio in iure fiat ac Prætoris conspectu, & desiderante aduersario: tunc enim repudiationem pendente conditione factam tenere, quantum ad hereditatem sub conditione relictam attinet, ex Pomponij atque Pauli scriptis <sup>d</sup> dudum addidici, & ad iuris regulas docui. <sup>e</sup> Nec mirum, quoniam hoc casu non est locus ei iuris regula, f quæ dictat, quod quis si velit habere non potest, id repudiare non posse: cum hereditatem, si velit isto casu aut certè bonorum possessionem acquirere non prohibeatur: verò repudiare possit, qui potest acquirere; quemadmodum à Paulo <sup>g</sup> nostro responsum est. Sane quod dicitur legatum vel fideicommissum conditionale frustra interim repudiari: hoc ita verum est, si non imminente Prætoris vel desiderante aduersario facta sit huiusmodi repudiatio: tanquam hoc si defuerit, nihil egisse, immò luisse videatur, qui sic repudiauert, sine vlla certa destinatione animi ac proposito, sed incogitanter, temerè ac perfusoriè (cum repudiatio, sicuti de pro herede geritione Vlpianus <sup>h</sup> loquitur, non sit facti quàm animi) antequam in eo foret, vt posset acquirere: secus atque si cum herede pactus sit legatarius conditionalis, <sup>i</sup> aut hic heredi roganti accepto tulerit; quasi solutione aut præstatione legati ante diem aut conditionem facta: quæ non tantum si non potuit existere conditio, vt putà cum in diem mortis legatarij quid relictum sit (quo casu, cum non conditione sed mora suspendatur, pro puro legatum esse, atque ad heredes transmitti constat <sup>k</sup>) sed et si qualibet adscripta sit conditio, fieri vtiliter potuit ab herede; <sup>l</sup> pro quo tempus in testamento adiici credendum est (in dubio scilicet) ex iuris regula, de qua suo loco <sup>m</sup> diximus: atque ad eò iuri suo renunciatis, potuit soluere ante diem & tali solutione liberari; <sup>n</sup> atque ipsa similiter acceptilatione, si hoc inter ipsum & legatarium actum est: sed ita demum, si existat conditio legato adposita, quando eam exituram certum non fuit. Et ita de his omnibus sentio; quæ non modò non ad eò perspicuè declarata, vt à nobis factum credimus; sed nec ab iis quidem, qui ius ciuile suis illustrare commentariis hæcenus conati sunt, intellecta omninò reperias.

Planè cum de fideicommissis etiam vniuersali quod sub conditione relictum est, rectè atque vtiliter ob incertum conditionis, iniri pactio; ipsumque remitti transactione interposita, eique adhibita stipulatione Aquiliana receptum sit: <sup>o</sup> quin & legata sub conditione relictæ,

a l. si ita scriptum, 46. §. 1. D. de legat. 2.  
b l. si deportati, 7. D. de leg. 3.  
c Cap. 13. lib. 2.  
d l. si quis instituat, in princ. & §. 1. & §. item si conditioni, D. de hered. instit. & l. 1. D. de curat. bon. dando.  
e ad l. qui potest, 174. D. de diu. reg. iur. ant. f d. l. qui potest, 174. §. 1.  
g l. is potest, 18. de acqui. hered. iuncta l. is qui heres, 13. in prin. cod. tit.

h l. pro herede, 20. in princ. D. de acqui. hered. i. l. & heredi, §. filiafamilias, D. de pact.

k l. heres cum morietur, 78. in prin. D. de condit. & demonstr. l. 4. D. quando dies leg. ced. l. 1. post mortem, C. de fideicom. vbi vide Accur. m l. cum tempus, 17. de reg. iur. n l. 1. verum cum dies, D. de condit. & demonstr. l. nam etiam, & l. quod si ea D. de condit. indeb. o l. 1. l. cum proponas, 16. & 21. C. de pact. l. 2. l. de fideicommissis, C. de transact.

relictæ, de quibus rectè ipsum quoque filiumfamilias pacisci Paulus <sup>a</sup> noster atque Vlpianus <sup>b</sup> admonent, in stipulationem Aquilianam (quæ omnes præcedentes obligationes nouat & perimit, ipsaque per acceptilationem statim perimitur) deduci possint, minimè dubitabimus: præsertim autem cum ab Vlpiano <sup>c</sup> disertè ita id scriptum fuisse constet. Perinde enim hoc habetur, atque si legatum sub conditione mihi datum; nouandi causa, vel ab alio quopiam vel ab ipso herede (nam & ab eadem persona rectè fieri, dum tamen prioribus obligationibus aliquid adiiciatur vel detrahatur Imp. <sup>d</sup> docet) stipulatus sim; vt si non mox & in continenti secundum Aquilianam formulam (cuius aliquot iuris nostri locis fit mentio <sup>e</sup>) sed ex interuallo ante conditionem existentem acceptum fecero. Quo casu ex Nerua filio Venuleius definit; <sup>f</sup> etiam si conditio extiterit, neque ex testamento competituram actionem, quia nouatio facta sit: neque ex stipulato, quæ acceptilatione soluta sit. Acceptilatione (inquã) quæ præcedentes (vt ait Vlpianus <sup>g</sup>) obligationes tam puras quàm conditionales, non etiã futuras; vtpote imaginaria (quam vocat Imperator <sup>h</sup>) solutione tolli ac extingui receptum est, atque hoc iure nos vti Iurisconsultus in supra dicto loco asserit: quemadmodum veram quoque, id est, naturalem, quæ numeratione consistit <sup>i</sup> solutionem, cui acceptilatio cõparatur, <sup>k</sup> vt eius exemplo liberare soleat, <sup>l</sup> pendente conditione fieri, et si quis sub conditione pecuniam promiserit dederitque eam ea conditione (mallem dixisset, *Ea lege*, aut quid aliud; tam crebra enim conditionis repetitio in vetustissimo Iurisconsulto, qui florente adhuc & vigente lingua Latinæ illa elegantia & puritate vixit, mirum in modum suspecta; nimis odiosa mihi quidem, atque ingrata est <sup>m</sup>) vt si conditio extitisset in solutum cederet, existente conditione ipsum liberari Pomponius ex Aristone retulit. <sup>n</sup> Addam & illud, quod non alienum à regulæ nostræ materia, & ab iis quæ circa nouationem diximus, videtur; cum agitur de liberationis legato, post quod datum testator obligationem nouauerit: veteris contractus (licet alioqui sublatus sit) in exponenda & exsequenda defuncti voluntate, aliquam interdum haberi rationem; vt in specie facti, quam à Scæuola quodam loco <sup>o</sup> memini propositam. Quin & post transactionem, cum pars maior exoluta sit, pignusque in residuam quantitatem acceptum; in veterem contractum obligationem rem pignori videri, à Scæuola <sup>p</sup> responsum est. Atque hæc quidem hæcenus dicta sunt, quæ mihi visa sunt ad istum locum de spectanda in stipulationibus contractus die (sicuti regula nostra comprehensum est) referri posse: immò verò etiam debere; sed ita, vt ne interim tamen ea quæ variis reperit Commentarij ad Regulas nostri lectionis locis, nuper allata sunt, prætermittenda censeam.

## S V M M A.

Criticus siue correctorius: in quo primùm,

Collationis exemplarium cum authentico, & inde restituenda ac emendanda lectionis Librariorum errore corrupta non inutilis ad prorsus intelligendos auctores

a l. & heredi, §. filiafamilias, D. de pact.  
b l. denique, §. si quid minoris, D. de minor.  
c l. Aquiliana, 4. de transact. vide & l. vlti. C. cod. tit. l. sicut acceptilatio, D. de solut.  
d Instit. quibus modis tollitur oblig. §. præterea nouatione. De ampliata summa & ob eam nouatione inter easdem personas summo exemplum ex l. vlti. §. vlt. D. de libera. leg.  
e l. 2. l. Aquiliana, & seqq. & l. pacto, D. de transact. l. 3. 4. l. vt responsum, l. si causa, l. vbi pactum, C. cod. tit. Paulus l. 1. Sen. tit. 1. l. & vno, D. de acceptilat. & Instit. quibus mod. tollitur oblig. §. item per acceptilationem.  
f l. si sub conditione, D. de acceptilat.  
g d. l. 4.  
h §. itè per acceptilationem, Instit. quibus mod. tollitur oblig. i. l. solutam, & l. penult. D. de solutio.  
k l. non solum, §. si is qui, de liber. lega. l. mortis, 31. in fin. de don. caus. mort. l. 1. in diem, D. de acceptil.  
l Itaque mendosæ plerunq; repetitiones huiusmodi docuimus cap. vlt. lib. præcedentis.  
m l. sub conditione, D. de tol. o l. vlt. §. vlt. de liberat. legat. p l. vlt. D. in quibus caus. vel hypoth. tac. cont.

classicos commendatur labor. Qui etiam circa sacros libros à vetustis & sanctis patribus sedulo captus atque impensus. Deleta macula è Græca versione Psalmi Davidici 43. & è Latina vulgata Baruch, iuxta manuscriptum codicem ipsumq; authenticum Græcum. BB. Augustini atque Hieronymi de codicibus sacrarum literarum mendosis testimonia. Insignis in eam rem Suida de Luciano martyre locus, & alter Irenæi qui obiter castigatur. Varietas lectionis in quibusdam novi testamenti locis indicata. Sulpitij Severi locus de incuria Librariorum; in cuius libris quadam delentur macula, notato ipsius Scholiaste aliquot locis. Adiuratio in fronte librorum adscripta iussu Hieronymi, & ante ipsum Irenæi: circa collationem & emendationem exemplarium, Eusebij adscripto testimonio. Nomina propria virorum depravata castigantur, tribus Pandectarum nostrarum locis: itemq; apud Plutarchum, Plinium, Valerium, Cyrillum, Memnonem, Themistium, Macrobius, Capitolinum. Præterea in præfatione legis Rhodiæ. Denique apud Iustinum martyrem. Vitrastianum Senatusconsultum quo imperante habitum. Idem Pij cognomen pluribus Imp. tribuitum. De gladio præfecti prætorio loci quipiam insignes. Emendatus Victoris locus in Epitome. Cassiodori suspectus à mendo alter expensus.

CAPVT XII.



V M esse audio, qui egregiam illam siue criticam, siue Grammaticam, aut si qua viliori appellatione isti denotant, in eluendis librorum turpibus maculis, rectaque auctorum constituenda lectione operam, vel damnant prorsus, vel saltem eleuant: quæ à præclarissimis aui huius ingeniis vbique gentium (humanitatem certè colentium) permagno literarum omnium bono impenditur: equidem harum peritos (qui pauci sunt, quamuis huic se numero inserant plurimi) nimium quantum demiror; indoctorum ac rudium vicem tacitus apud me partim rideo, partim etiam atque adeò sapiens, doleo: nec cessò tamen interea, cum otium suppetit, in eo cui me dudum addixi castigationum studio, tanquam studio, ad laudem aliquam cum voluptate animi non modica decurrere. Nam uti sum re ipsa expertus non improspere (quemadmodum sentio) quàm sit ille non modò non vanus ac inutilis, verùm etiam commodus & foelix ad Iuriconsultorum aliorumque auctorum sensus intimos apiscendos labor; qui in librorum lectionis veritate, quæ ex vetustis mēbranis, quæ ex ingeniosis atque subtilibus coniecturis constituenda capitur: ita insumi hunc solitum à vetustis quibusque Doëtoribus optimis etiam Ecclesiasticis, & in ipsis quoque sacrarum (quod caput est) literarum noui ac vetusti fœderis libris comperi; in quibus potissimum (si alibi vsquam) ab immutatione vel vnius apicis temeraria periculum, immò piaculum verendum atque formidandum fuit. De Origene atque Ambrosio legisse me recordor; non mediocrem in exemplarium veterum collationem per id quoque tempus quod quieti ac refectiōni corporis dandum fuerat, operam ab ipsis positam: quorum ille quidem hoc ipsum epistola quadam sua testatum, his ferè verbis, quæ apud Cedrenum aut Cedrenum extant, voluit, *ὅτε ἔδ' ἀεπνίσαι ὅσην ἡμῖν ἀντιβέλλασιν, ὅτε ἀεπνίσασιν ἔξῆσιν περὶ πατῶν ἢ διαναπαύσαι τὰ σώματα. ἀλλὰ ἢ ἔν τοῖς καιροῖς ὁκείνοῖς φ. λολογῆν ἢ ἀνελευθῶν τὰ ἀνίγγραφα ἀναγκαζόμενα.* Hic

Hic verò de veritate lectionis quorundam noui testamenti locorum ex fide vetustorum codicum ab hæreticis interpolatorum ( vt ipse loquitur) falsata, sic inquit; vt hoc adiciat a circa 13. cap. D. Marci: *Primum veteres non habent codices Græci, quod nec filius scit. Sed non mirum si hoc falsarunt, qui scripturas interpolauere diuinas, &c. Po- ne tamen ab Evangelistis scriptum, &c.* Item alibi b circa D. Pauli epistolæ ad Philippenes cap. 3. c. *Quod si quis de Latinorum codicum veritate contendit, quorum aliquos perfidi falsauerunt; Græcos inspicat codices, & aduertet quia scriptum est, οὐ πνεύματι θεῷ λατρεύοντες,* vbi tamen hodie omnes editiones ἴσθ' habent, non (sicuti B. Ambrosius legisse videtur) ἴσθ'. Circa veritatem variæ librorum scripturæ magnam fuisse veterum curam; ex Cassiodoro, d & Beda e nemo non potest addiscere. Non esse porrò illam hodièque inutilem, neque contemnendam: hoc verò est, quod comprobare institui modò, ac manifestum facere. Sanè interdum deprauata scriptura nonnullos primè notæ atque dignationis interpretes deceptos animaduerti; vt, quo loco f Dauid cecinerat, *Anima mea in manibus meis semper,* quod ex veritate Hebraica Hieronymus agnoscit; alij cum Augustino linguæ sanctæ ignari perpèram legerent, *In manibus tuis:* tanquam ὅς non μὲ esset in Græco septuaginta virorum exemplari in quo cum hodie legatur *παλαῖς*, vbi è vulgata Latina, *Ecce mensurabiles posuisti dies meos,* pro quo D. Hieronymus breues: magis, placeret *palmares,* quod propius ad vim Græci, Hebræive vocabuli accedit; & ad Græcam Symmachi versionem, quæ sic habet teste Chrysostomo, *ὅς ὡς παλαῖς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου, ἢ ἡ βίωσις μου ὡς ὅδ' ἐν ἀνθρώποις τῶ:* sed tamen vetus Latina, *Veteres* habet; è Græco forsitan corrupto *παλαῖς*, pro *παλαῖς*. Aliis quoque non paucis Psalmorum locis h ex mendosò autographo Græco variat Latina oratio interpretatio: idque notatum à Scholiastis reperio. Istud profectò mendosum inficiabitur nemo; quo loco i vulgata interpretatio Dauidicorum Psalmorum habet ferè sic, quam pro authentica Tridentinum conciliū haberi voluit ac suspici: *Et non fuit multitudo in commutationibus eorum:* Græcum enim tam Antuerpianum quàm Complutense vetus exemplar habere constat, *ἔν τοῖς ἀλλαγασίῳ ἡμῶν:* sicut ipsum Æthiopicum in hanc rem citatum in Romani libri ad annum 87. editi notis: quod est, *in vltulabibus, barruibibus, aut euulationibus, atque iubilationibus nostris.* Demenda igitur literula, & legendum, *ἔν τοῖς ἀλλαγασίῳ:* vt Apollinarius atque Ambrosius fecere; vt cum Arabico etiam exemplari Diodorus Græcus Scholiastes in illis citatus notis quas dixi; vt ipsum postremò Hebraum authenticum exigit (in quo est *במחיריהם* *bimchirehem* à radice *Ma-char*) quod idem est ac si scriptum foret, *συναλλαγασίῳ, Contratiibus, permutationibus, aut alienationibus.* Et mirum tamen in men-

a Cap. 8. lib. 5. de fide.  
b Lib. 2. de Spiritu sancto, c. 6.  
c Verfic. 3.  
d Quem videto, in de diuinis lectionibus, c. 15. vbi & de antiquariis.  
e Lib. 4. cap. 19. in Lucam: vnde sumpta lectio 9. Breuiario Rom. adscripta mense Augusto ad festū B. Dominici.  
f Psal. 118. vers. 109. vbi Geneb. & Romanae versionis Septuaginta virorū Græcæ Scholia, quæ bono quodam facto mihi videre contigit, paucis diebus antequam Librario excudendum hūc librum darem.  
g Psal. 38. Dixi, custodiam, vers. 8. quod non factis animaduersum à Genebra. sed in Scholiis ad Græca Biblia edita Romæ anno 1587. additis accuratè adnotatum in Vaticano exēplari vetustissimo cum esset *παλαῖς* e-xaratum, postea fuisse iniectum τὸ 5, vt esset *παλαῖς*: eamque lectionē à Greg. Nazianzeno in orat. in Cesar. frat. agnoscī, & ab ipso Chrysostomo aliam insuper interpretationem adferente, sic admodum, *ἄλλος δ' ἂν εἶποι παλαῖς εἰρηδὴ τὸ 5 ἀνθρώπων ἡμέρας δὲ τὸ ἀπληρωδὴ ἀγῶνος ἢ ἀδύνα, quæ non displicet.*

h 118. versic. 1. 6. Exitus aquarum deduxerunt: nam pro *κατέβησαν*, alibi *κατέβησαν*, quod est, *descenderunt*: alibi *κατέβησαν*, quod est, *subierunt*, legitur: & in versic. 147. *Præueni in maturitate*, contrarium in Græco verbum licet eodem sensu *ἐν ἀωρίᾳ*, id est, *in immaturitate*. i Psal. 43. *Deus auribus*, versic. 13. vel 15. *Vendidi*, vbi B. Augustinus habet, *in sublationibus eorum.*



tem venisse nemini eorum qui hoc superiore seculo iam commentaria, Scholia, notas edidère; vt hanc exemplaris Græci maculâ eluendam admoneret: sic enim sentio vt macula sit potius quàm sinceræ lectionis veritas: tametsi hanc Vaticanum exemplar vetustissimum editione Romana nupera spectatæ vnum auctoritatis ac fidei quidem probæ iussu Gregorij ac Sixti Pontificum representatum præfert: quam Hesychius, Cyrillus, & Diodorus in commentariis Græcis agnouère. B. ipse Augustinus in sua eius loci enarratione amplexus est veteris equidem testamenti locos (quemadmodum in Dodecameno demonstraui) ad Lydium Hebræi authenticum lapidè examinandos esse, vbi de versionis Græcæ aut Latina veritate ipsaque illorum interpretatione ac sententia disceptatur, certum iam pridem habeo. Quid quod apud Baruch<sup>a</sup> vbi vulgò legitur, *Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtiq; in pace super terram*: cum in Græco exemplari sit *ἢ ἐπὶ τῆς γῆς αἰῶνα*, emendatione haud dubiè indiget; vt pro *super terram* (quod ex similitudine vltimorū sequentis versiculi verborum desumptum videtur) *sempiterna* reponatur, sicut in scripto sodalium, siue canonicorum Metropolitanæ D. Stephani Ecclesiæ Tholosanæ codice scriptum percepimus; & quotannis in Sabbatho maioris hebdomadæ recitatum è pulpito scimus. In ipsum etiam noui testamenti codicem menda olim ab imperitis (ne dicam hæreticis) Librariis inuecta. Ille profectò ex capite secundo<sup>b</sup> epistolæ B. Pauli ad Hebræos (vbi vulgata interpretatio habet, *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem*: iuxta Græcum authenticum, *ὅπως χάριτι θεῶν ἐπὶ πάντων γένηται θανάτου*) si qua fides Græco Scholiasti à Nestorianis ita deprauatus fuit; vt pro *χάριτι* reponerent *χαιρὶς*, sine Deo nempe, vt à patiente homine Deum separarét. Verumtamen ferri ante Tridentinum concilium, sine vlla hæreseos nota, potuit ista lectio; quam non modò Syrus interpres, verum D. quoque Ambrosius libro secundo de fide ad Gratianum, cap. 4. & Vigilus lib. 2. contra Eutychen sequuti sunt; non dissolui naturarum vnitatem intelligentes, licet inter eas ἀλλοίωσις, vel communicatio proprietatum omnium in Christo non fieret: mortem enim non esse communicatam Deitati, quod ipsum à recentioribus Gnosticis<sup>c</sup> animaduersum reperio. Synodum autem Ephesinam artic. 13. pro vulgata interpretatione stare mihi compertū est: & similiter ex vetusta lectione Græca eiusque vulgari & recepta interpretatione Latina nihil in Epistola B. Pauli ad Romanos<sup>d</sup> immutandum, vbi nos habere *τὴν ἀπαρχὴν τῆς πνεύματος*, *primitias Spiritus* traditur: quamuis Claromontani codicis Latina versio receptaculum exhibens, ostendat satis auctorem eius non ἀπαρχὴν legisse, sed ἀποδοχὴν, vel ἀπειδοχὴν, vt ibi scriptum aiunt; quod haud dubiè mendosum est, cum *Expectationem* eò significari sequentia & præcedentia B. Pauli verba manifestum faciât. Beatus igitur Augustinus de doctrina Christiana; <sup>e</sup> codicibus emendandis primitus debere inuigilare solertiam eorum, qui scripturas diuinas nosse desiderant, admonet; vt emendatis non emendati cedant, ex vno dumtaxat interpretationis genere venientes. Vnde idem ipse

a Cap. 3. vbi Lyranus, Super terram agnoscit: sed in margine inferiore notatam reperi nuper lecti nem quam h. offero reponendam esse.

b Versic. 9.

c P. Mart. dial. de propriet. nat. in Christo. fol. 43. & B. ad illum locum epistolæ ad Hebræos. d Cap. 8. vers. 23.

e Lib. 2. cap. 14.

ipse<sup>a</sup> ad illud Leuitici, <sup>b</sup> *Et terra non venundabitur in profanationem*: alij codices habent, *in confirmationem* (inquit) quam mendositate in alterutris prius à Græco accidisse arbitror, propter verbi similem sonum: βεβαίωσις enim *profanatio* dicitur, βεβαίωσις autem *confirmatio*: vbi probare videtur D. Hieronymus, βεβαίωσις siue *confirmatio*: qui sic vertit, *Terra quoque non vendetur in perpetuum*. Idem Augustinus rursus in retractationibus<sup>c</sup> ait se in eo qui est de moribus Ecclesiæ Catholice cap. 9. vbi posuit testimonium Psal. 43. (in quo legerat, *Propter te afficimur tota die*) deceptum mendositate sui codicis minùs memorem scripturarum: cum eiusdem interpretationis alij codices habeant, *Propter te morte afficimur*: & postea similiter & paulò post (ait) testimonium posui de libro sapientiæ secundum codicem nostrum (&c.) & secundum hæc verba disserui res quidem veras, sed ex occasione mendositate inuentas: sic & de illo Ecclesiasticis loco, vbi legerat ipse *Vani as vanitatum*: cum hoc Græcus non habeat, sed *Vanitatum*; vt & Latini veriores: ibidem scribit. Diuus etiam Hieronymus in Matthæum<sup>d</sup> ad illud, *At illi dixerunt in Bethlehẽm Iudææ*: Librariorum error est (ait) putamus enim ab Evangelista primùm editum, sicut in ipso Hebraico legimus, *Iudææ*, non *Iudææ*. Quæ est enima, &c. Sanè ipse insuper Hieronymus alibi, <sup>e</sup> *Nec pro &*, reponendum correcto Librarij mendo admonet, his verbis; Et miror quomodo vitium Librarij dormitantis ad culpam referatis interpretis: nisi fortè fuerit, *Ne quando rapiat, nec sit qui eripiat*: & ille pro *Nec, Et*, scripserit: quamobrem paulò antè, Neque enim si quid scriptorum est errore muratum, stulta debemus contentione defendere. De scriptura sacrorum etiam librorum deprauata, dein à Luciano Martyre restituta, Suidas<sup>f</sup> alicubi, sic ferè; *ἔτος τὰς ἑβδὼδας βιβλῶν γεσάμενοι πολλὸν τὸ νόθος εἰσδέξαμεθα, τῆγε χρόνος λυμνωμένοι πολλὰ τῶν ἐν αὐτοῖς καὶ τῆς συνηχῆς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἑτέρα μεταθέσεως, καὶ μὲντοι καὶ τινῶν ἀνθρώπων πονηροτάτων, αἱ τῶν ἑλλωισμῶν προεστίνεσαν παραφέλαι τῶν ἐν αὐταῖς θελοσάντων νοῦν, καὶ πολλὸν τὸ κίβδηλον γινωσκασαμένων: αὐτὸς ἀπῆλθε ἀναλαβὼν ἐκ τῶν ἑβραίων ἐπαυσιώσατο γλώττης. καὶ καὶ αὐτὸν ἐς τὰ μέγιστα καὶ ἀνελεθῶτως, πόνου τῆ ἐπανορθώσεως πλεῖστον ἀσπνεγκάμενος, &c.* Rursus Hieronymus alibi<sup>g</sup> agens de elemosyna, citatis D. Pauli verbis istis, <sup>h</sup> *Si tradidero corpus meum vt glorier, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest*: adiicit statim, Scio in Latinis codicibus, in eo testimonio quod supra posuimus, *Si tradidero corpus meum vt glorier, ardeam* habere pro *glorier*: sed ob similitudinem verbi quo apud Græcos *Ardeam* & *glorier*, id est, *καυθίσομαι*, & *καυθίσομαι*, vna literæ parte distinguitur apud nostros error inoleuit: sed & apud ipsos Græcos exemplaria sunt diuersa. Quinetiam ante Hieronymum atque Ambrosium D. Irenæus<sup>i</sup> istos Librariorum errores animaduertendos duxerat: sic ferè scribens, *Ignoro quomodo errauerunt quidam sequentes idiotismum & medium frustantes* (sic enim lego, non *frustrantes*) *numerum nominis*, &c. Hoc autem arbitror scriptorum peccatum fuisse, vt solet fieri; quoniam & per literas numeri ponuntur, facile literam Græcam, quæ *λ* x nuntiat, numerū in iota (sic lego,

a Quest. 90. super Leuiticum. b Ex cap. 25. Leuitici.

c Lib. 11. cap. 7.

d Lib. 1. comment. in cap. 2.

e Ad Sumiam, epist. 135.

f In Luciano.

g Super cap. 5. epist. Pauli ad Galat. de Librariorum erroribus alibi sæpe Hieronymus. vt lib. 1. comment. in 2. Matth. & lib. 4. comment. in 23. Matth.

h Ex epist. 1. ad Corinth. cap. 13. versic. 3.

i Lib. 5. aduers. hæret.

pro in tota) Græcorum literam expensam: post deinde quidam sine ex-  
quisitione hoc acceperunt, &c.

Ergo in suis quoque scriptis vetusti sanctique literarum sacra-  
rum Doctores isti, deprauationem & mendas maculasque ab incu-  
ria Libratorum valde sunt veriti. Sulpitius quidem Seuerus quodam  
loco; <sup>a</sup> Sed non dubito (ait) Librariorum potius negligentia præsertim  
tot iam seculis intercedentibus, veritatem fuisse corruptam; quam vt  
Propheta errauerit: sicut in hoc ipso nostro opusculo futurum credi-  
mus, vt describentium incuria, quæ non incuriosè à nobis sunt digestari-  
tiantur. Hactenus ille, quem opinio sua minimè fefellit, sicuti ex eru-

a Lib. 1. sacræ  
histor. fol. 84.

b Lib. 2.

c Hunc locum  
notauit etudit.  
Iureus ad epi.  
18. Symmachi:  
nam quod Gre-  
gorius Turonē-  
sis historiarum  
suarū extremum  
esse verbū vo-  
luit, id ad Eclo-  
garios potius, &  
compendiorum  
siue breuiariorū  
compositores,  
quàm ad libro-  
rum scriptores  
pertinere ducit.  
d Quam ipsam  
Eusebius Pam-  
philus lib. 5. Ec-  
clesiast. hist. cap.  
20. fol. 54. fini li-  
bri de Ogdoade  
ab Irenæo ad-  
scriptam ita re-  
tulit: ἐνθα ἀρξί-  
ται τὸ συγγραμμά-  
τος τῆς ἐκείνης χει-  
ρῆτος ἀπὸ τῆς σὺ-  
μμετώσεως ἐπιγρά-  
φης, ἀναγκαίως καὶ  
ταύτης τῆς ἐκείνης  
ταύτης οὐδὲν ἄλλο  
ἔστιν ἢ τὸν ἕνα  
συντὸν, ὁ ἕνα  
καὶ σὺ τὸ μετα-  
γραφεῖσθαι τὸ ἐκ-  
είναι τὸ πρὸς τὸ  
ἐκείνης ἢ τὸ ἰσοῦν  
καὶ τὸ ἐκείνης  
στρασίαν ἀπὸ τῆς  
ἐκείνης κινήσεως  
ταύτης καὶ ταύτης, ἵνα  
ἀντιθέτως ὁ με-  
ταγραφεὶς, καὶ ἡ με-  
ταγραφήσας ἀπὸ τῆς  
ἀντιγραφῆς τῆς  
ἐκείνης μεταγρα-  
φῆς καὶ τῆς ἐκείνης  
καὶ ἀντιγραφῆς.  
Videbis & in La-  
tina Rustiniver-  
sione, fol. 120.

ditis Giselini & ad ipsum notis cognoscatur: quibus has à me possis  
ad sacram illius historiam <sup>b</sup> emendationes adicere: vt quo loco sic  
scriptum legitur, Ita missis per Illyricum, Italiam, Africam, Hispanias,  
Galliasque magistris officialibus acciti aut maecti quadringenti & ali-  
quanto amplius Occidentales Episcopi Ariminum conuenere: quando  
maecti quid significet, ne ipse quidem Giselinus asterisco præposito  
sibi satis liquere ostenderit; hanc à me lucem isti mutuetur loco,  
qui pro maecti, leuissima ac facillima immutatione maecti repono; vt  
sit coacti vel adaecti: & statim quo loco, Ita in vtriusque egregium  
exemplum; cum ipsum mendo quidem non carere Giselinus ille vi-  
derit, hoc etiam addito: Itaque opem illi afferat qui potest; quo verbo  
nimirum hanc sibi deesse facultatem declarauit: equidem arbitror,  
vix posse dubitari quin illi desperato agro medicinam fecerimus,  
pristinamque restituerimus sanitatem; si pro Vtriusque, vtreisque,  
gerimus: nam vtrorumque nomine, tam tres illos è Britannia, quos  
inopia proprii publico vfos esse Seuerus dixerat; quàm eos qui fisca-  
libus sumptibus repudiatis viuere propriis maluere, illisque interim  
collationem obtulerunt, intellexit auctor optimus: cuius mentem  
Scholiastes minimè assequutus fuit: quamobrem vereor, vt propriū  
Victoris nomen sibi firmauerit satis; præsertim cum & alium inte-  
gerrimum ( si quis apud Seuerum est alius ) locum immutare velut  
castigandi causa perperam & frustra voluerit; vbi ad finem historia,  
quid esset, iure iudiciorum & egregio publico defensum non intel-  
lexit: quanquam τὸ Egregio publico, nihil aliud sibi velle, nisi bono &  
emolumento publico; atque hac significatione à Cornelio Tacito  
lib. 3. Annalium vsurpatum esse, Critici paulò humaniores pro cer-  
to & explorato habeant. Sed ad institutum de curanda scripturæ  
in sacris Theologorum libris veritate, mendisque profligandis quæ  
antiquariorum negligentia inuenerit, si placet, redeamus. Magna  
profectò adductus ratione Hieronymus <sup>c</sup> librorum suorum exem-  
plaria postquam exscripta essent, cum authentico conferri iussit ab  
antiquariis: quin etiam in fronte Chronicorum à se translatorum  
postquam eos adiurauit, vt conferrent & emendarent, adiurationem  
ipsam in eum codicem quem descripsissent ( vt nimirum cau-  
tiores fierent librarij ) transferri voluit: exemplum scilicet B. Irenæi  
sequutus; in cuius scriptorū aditu legas adiurationem huiusmodi, <sup>d</sup>  
Adiuro te qui transcribis librum istum, per Dominum nostrum Iesum  
Cbrī

Christum, & per gloriosum eius aduentum, quo indicaturus est viuos &  
mortuos, vt conferas postquam transcripseris, & emendes illum ad exem-  
plar vnde scripsisti diligentissimè. Hanc quoque obtestationem simi-  
liter transferas vt inuenisti in exemplari: quam ipse quoque D. Hie-  
ronymus <sup>a</sup> dignam relatu censuit, vbi de Irenæo loquitur; Eusebius  
verò insuper cap. 20. lib. 5. Ecclesiast. historiae isto exornauit elogio:  
καὶ ταῦτα ἐπιλέγεις πρὸς ἐκείνους λαλεῖσθαι, ὅπως ἡμῶν τε ἰστορήσθαι, ὡς αὐτὸν ἔχομεν  
ἔχοντων ἀσφαλιστάς ἐπιμέλειας τῆς ἀρχαίας ἐκείνης καὶ ὄντως ἰδὲς ἀνδρῶν  
ἐπιπέφυκα. Idem Hieronymus <sup>b</sup> ad Lucinium librorum collationem  
ad emendanda Librariorum paragrammata necessariam ostendit, his  
ferè verbis: Opuscula mea quæ non sui merito, sed tua bonitate deside-  
rare te dicis, ad te describendum hominibus tuis dedi, & descripta vidi  
in chartaceis codicibus; ac frequenter monui, vt conferrent diligentius  
& emendarent. Ego enim tanta volumina præ frequentia commeantium  
& peregrinorum turbis relegere non potui, &c. Vnde si paragrammata  
repereris, vel minus aliqua descripta sunt, quæ sensum legentis impediāt;  
non mihi debes imputare, sed tuis; & imperitiæ notariorum, Librario-  
rumque incuriæ: qui scribunt non quod inueniunt, sed quod intelligunt, &  
dum alienos errores emendare nituntur, ostendunt suos.

a In catalogo  
scriptorum Ec-  
clesiasticorum, vbi  
de Irenæo, col.  
361. libri excusi  
Lutetia ann. 79.

b Epist. 28. col.  
247. libri Lute-  
tiæ excusi anno  
79. qui & epist.  
202. ad Marcel-  
lam vlti. 2. tom.  
meminit vitiosi-  
tatis Latinorum  
noui testamenti  
codicum, quæ  
ex diuersitate li-  
brorum omnium  
comprobat; quæ  
se ait ad  
Græcam origi-  
nem, vnde trās-  
lati sunt, vol-  
uisse reuocare.

Hæc cum ita sint, nemo mihi vitio criminive vlli ( vt spero ) ver-  
surus est; si quos in auctorum etiam Theologorum libris à men-  
dis erroribusque Librariorum suspectos habeam locos, indicare au-  
sim: measque ( quod alij plerique faciunt ) coniecturas, modestè ta-  
men ac moderatè, hoc est, sine confidentia nostri, aut maligna, & in-  
iuriosa mordacive cuiusquam reprehensione proferam. Atque hoc  
quidem semel dictum volo: sapius enim istam si non veniam depre-  
cari ( qui nihil commeruerim ) at præfari causam, & excusationem  
rectè, velut si secus factis, obtendere; aut alienam conciliare gra-  
tiam; haud equidem decreui: nec si velim maximè, ab istis ipse mo-  
ribus meis impetrare possim. Procliues è scripturæ compendio in  
propriis præsertim hominum locorumque nominibus exprimendis  
lapsus Librariorum, aut eorum qui succedaneam Typographis ope-  
ram ab his quinquaginta vltimis annis præbuere correctorum, im-  
mò corruptorum; ex variis eruditorum animaduersionibus in scho-  
lis, vel ipsi quotidie pueris ac dupondijs magistri personant. Earum  
animaduersionum opera ista miscella numerum augebit. Ac pri-  
mum, qui meus iamdiu mos est, ad iuris ciuilibus illustrationem cæ-  
tera mea ( quod potest ) conferre studia; cum à sacris scilicet libris  
discessis; quorum lectionem potissima in parte mihi nunc ponendam  
esse statuo: auspicabor ab iure igitur, in cuius Pandectis Iustinianeis  
mentio fit Scipionis Nasicæ optimi à Senatū appellati; cui publicè  
domus in sacra via data est, vt facilius consuli posset: hunc Pompo-  
nius <sup>e</sup> pranomine Caium, Titum Cicero, Plinius Publium nominat.  
Vnus ex his verè ac rectè, alij duo falsò ac perperam: verè rectèque  
Plinianus liber, vt arbitror: nam & Scipionem Nasicam, quo princi-  
pe Senatus per aliquot annos gloriatus est, Valerius Maximus <sup>d</sup> Pu-  
blium nominat. Quin & Aurelius Victor de viris illustribus ( siue

c l. 2. s. fuit post  
eos, D. de orig.  
jur.

d Cap. 5. lib. 7.

auctor huius libri Plinius, aut Cornelius Nepos) *Publius Scipio Nasica* (inquit) à *Senatu vir optimus iudicatus, &c. eloquentia primus, iuris scientia cōsultissimus, ingenio sapientissimus, unde vulgò Corculum dictus*. Nec tamen ignoro quid & apud istum, & apud Valerium de confusione historia à recentioribus Scholiastis notatum fuerit. Præterea Augustalis cuiusdam circa quæstiones edicti Pandectæ illa meminere; de quo ista Pauli Iuriconsulti omninò verba sunt, <sup>a</sup> *Edictum D. Augusti quod proposuit Vinio Auito, & Lucio Aproniano Coss.* (vbi perperam in excusis Lugduni Hugonis à Porta sub annum salutis humanæ quinquagesimum, legitur *Iunio & Aproniano*) *in hunc modum extat*. De his Consulibus, in factis Haloaudrinis, & Contianis ideò nulla mentio; quoniam *ἐπινομιοι* non fuere aut ordinarij, sed suffecti ex Calen. Iulius; quod addiscimus, si vacat, è factis aliis Cōsularibus, illis scilicet quos Romanus antiquitatis veneradæ lapis exhibet; anno urbis conditæ DCCCLX. hunc ferè in modum, *M. Furius P. F. P. N. Camil. Sex. Nonius L. F. L. N. Quinctilian.* in vulgaribus omituntur illa *P. F. P. N. & L. F. L. N.* aptid Dionem <sup>b</sup> pro *Furio p̄p̄vov* dictum reperias. Rursum in vetusto illo Romano lapide adicitur; quod non esse *ἀντιστήτωρ* Paulum nostrum comprobat: & Senatusconsulti ab ipso citati tempus prodit. *Ex Kal. Iul. L. Apronius C. F. C. N. A. Vibius C. F. C. N. H A B I T V S.* Nec mouet quod Apronianus prior in Pãdectis dicitur; qui forsitan cum per adoptionem in alienam familiam venisset, nomen inflexit proprium; vt fieri solitum antiquæ Romanorum historia periti non ignorant. Vel igitur apud Paulum in Pandectis pro *Aproniano Apronium* reponitur: vel eundem (si mihi credis) cum Apronio, quem lapis citat; cuius veritas edaci tot seculorum verustati non cessit, existimato. Præterea in *L. Sempronius*, <sup>c</sup> *de legat. 2. ex lib. 6. epistolarum Proculi*; quo loco liber Florentinarum Pandectarum, & ab eo reliqui omnes ita scriptum habent, *Sempronius Proculus Nepoti suo salutem*: cum postea paulò scriptum legatur, *Proculus respondit*: aio atque affirmo mendosa esse superiora; & ita castigari oportere, vt legamus, *Sempronius Nepos Proculo suo salutem*. Nam Nepos ille alio Pandectarum loco quærendi causa scribit ad Proculum, eique Proculus respondet ex lib. 5. Epistolarum Proculi sumpta *L. 125. de verbor. significat.* ab his verbis inchoatur, *Nepos Proculo suo salutem*: & statim sequitur, *Proculus respondit*: sic Attilicinus & Lucusta duobus Pandectarum capitibus <sup>d</sup> ad suum Proculum scribunt, ipsisq; illicò respondet Proculus: postremo alio quodam earundem Pandectarum loco ex lib. 7. Epistolarum Proculi desumptum caput hoc habet initium, *Proculus Nepoti suo salutem*: nimirum in *L. Proculus, 67. D. de iure dot.* vbi deficit epistolica quæstio, aut quæstoria epistola; sed à Proculo tamen ad epistolam amici Nepotis respondente quæstio explicatur. Atque hanc quidem castigationem esse vt perspicuam, ita non aspernandam arbitror. Sic *Popillij*, non *Pillyj* nomen apud Plutarchum in vita Ciceronis exaudiendum, docente Seneca & Valerio <sup>e</sup> dudum animaduerti: & item *C. Popillij*, vel *Popilyj*, non *C. Octauij* apud Plinij

a l. editum, 8. de quæst.

b Lib. 55. sub finem.

c l. 47. in ipso initio.

d l. Attilicinus, 7. D. de pact. do. quæ est ex lib. 11. epist. Proculi, & l. Licinius, 43. de legat. 2. quæ ex lib. 8.

e Lib. 5. cap. 3. de ingrati.

nium lib. 34. natur. histor. <sup>a</sup> Apud Valerium Maximum *Pub. Seruilij* non *Marci*: quam & item alteram eius loci castigationem olim à me in commentario ad iuris Regulas animaduertam, <sup>b</sup> alij <sup>c</sup> deinde in suis ad Valerium notis sibi tribuere ausi sunt. Sic apud B. Cyrellum initio lib. 6. aduersus Iulianum, *Elpinicen* agnosco, non *Ephimicem*: vbi de Cimone Athen. Nam Ephimicem (inquit) eodem sanguine & semine ortam pro vxore habuit. Plutarchus ipsam disertè, itèmq; *Emilius Probus Elpinicen* in Cimonis vita nominant; sed & *Dio Chryostomus* in libro *περὶ πλεονεκειῶν*. Sic apud Memnonem <sup>d</sup> λέγουσιν ὀρτυνισίον, pro λέκωνισίον. Sic apud Plutarchum duobus locis, <sup>e</sup> vnoque <sup>f</sup> apud Themistium *ἀρτυωνίδω*, pro *ἀρτυοντιδω*. Apud Macrobium lib. 2. Saturnalium, <sup>g</sup> pro *Decimo Valerio*. reponendum *Decimo Lauerio*, siue *Laberio*; cuius Laberij, non modò Suetonius in Iulio cap. 39. sed ipse quoque Macrobius eodem libro, <sup>h</sup> paulò post meminit; sic ferè, vt *Laberium non Valerium se antea scripsisse manifestum faciat: sed quia & paulò antè Aurelius Symmachus* (ait) *& ego nunc Laberij fecimus mentionem*, &c. Idem vbi <sup>i</sup> sententias Philosophorum de anima recitat, non *Heraclitum Ponticum* sed *Heraclidem*, qui lucem esse dixit, nominauerat: quod & Cic. facit lib. 1. de Natura deorum, & *Minutius Octauio*; atque ita is locus emendandus est. Sic denique apud Capitolinum in Maximinis, pro *Valeriano*, restituendum, *Vitaliano* apparet, ex eodem ipso Capitolino in Gordianis, & *Herodiano* lib. 7.

Nam quid ego innumeros apud Appianum Græcum Latinæ historia scriptorem in propriis Romanorum nominibus errores, quos ex vitiosa Græculorū Librariorum (dum in peregrina sibi & ignota vocabula incidunt) pronunciatione ortos in meis ad illum auctorem scholiis alij scriptioni dicatis, & (si otium suppetet) aliquando edendis in publicum diu est cum adnotauim; huc congeram: qui selectiora quæpiam, & melioris, vt videtur, notæ proponere, in animo habeo: In horum numero nempe istud est, quod in præfatione legum naualium Rhodiis adscriptarum quas ante annos 30. & quod excurrit <sup>k</sup> cum exemplo Vaticano Romæ contuleram exaratas manu, ac non ita multò post, *Simonis Schardij* Iuriconsulti cura editas Basileæ comperi. De *Lauro & Agrippino Coss.* Hoc igitur mendosum scito, vt eos consules non ordinarios, sed suffectos, vel honorarios fuisse ille perperam in suis ad eas leges notis indicauerit. Verum fuere ordinarij *Lucius Quinctius Crispinus* iterum, & *Mar. Statilius Taurus* sub *Tiberio Claudio Nerone* anno eius imperij tertio, qui fuit conditæ urbis DCCXCVI. Nam & quod Antoninū clarissimum, siue splendidissimū Consulem *φαιδρότατον ὑπατῶν* ibi appellatum legimus: ad *Q. Haterium Antoninum* referendum *ἢ πρὸ δὲ λημ* esse animaduerti; qui vtique posterius, hoc est, elapso toto decennio cum *D. Iunio Syllano* Consulatum gessit. Quamobrem satis manifestum lectori non obtusæ aur quassæ mentis arbitror, in ea legum præfatione sic legi debere; *ἐπὶ ἐπείτων Τάυρης ἢ Κερασίνης*, pro *Λάυρης καὶ Ἀγριπίνης*: quæ nomina in factis Consularibus minimè vsquam reperias

a Cap. 6.

b Ad l. 2. de regul. iur. in edit. Lugd. anni 1565. c Pighius.

d Fol. 97. ἐν τῷ τῷ μέμονος. e In Lylandri vita, & apophth. Laonicis. f Orat. 1. g In fin. cap. 6.

h Initio cap. 7.

i Lib. 1. in Somnium Scip.

k Ad annum reparata. salutis 1560.

T. Vitrasium T. filium Pollionem, qui Consul cum Seruilio Pudete iterum sub M. Antonino Philosopho anno vrbis DCCCLXXVIII. fuerat, & a quo forsitan Vitrasianum Senatusconsultum nuncupatum, cuius mentio in l. cum quasi, §. si plures, D. de fideicom. liberr. eundem praefectum Praetorio fuisse sub eodem illo Imperatore ostendimus horum Semestrium lib. 1. cap. 2. is mendose Βυράσιου πολλῶν πραγμάτων ἕξῃσι ἐπι ἀλιανῶ τὸρε, ὁ ἢ ἀμὴρ ἔστῃ πάλιν ἢ ἀπολλωνίῃ ἡρα. extrema epistola Marci principis nominatus, qua Apologia B. Iustini martyr is secunda adiuncta est, pro quo Βυράσιου, vel Βυράσιου restitue. Hoc animaduertendum esse duci; propterea quod ab Antonio Augustino elegantissimo inter Hispanos Iuriconsulto ac religiosissimo Episcopo, in eo quem de legibus & Senatusconsultis non ita pridem edidit Fulvius Ursinus libro, minimè exprimitur, quo tempore id factum Senatusconsultum fuerit: laudo modestum silentium hominis ingenui: alterius autem è nostratibus cuiuspiam, suo alioquin merito laudatissimi Iuriconsulti, probare opinionem nequeo; cum in ipsius Lexico pridem edito Senatusconsultum, quo de agimus, tempore Titi Vespasiani principis factum, anno nimirum ipsius Imperij altero & ultimo reperiam: quo Pollio quidem Vitrasius cum Sulpitio Galba ex Kalend. Iul. Consul fuit infectus vterque in Mar. Plautij Syluani locum, & M. Annij Veri. Meam verò sententiã spero doctissimis quibusque probatum iri; minimè dubitaturis quin rescriptum D. Pij, quod Vitrasiano Senatusconsulto adiungitur apud Iuriconsultum Antonino Philosopho tribui debeat, qui Pius quoque ipse alio Pandectarum forsitan loco (quamuis ad Caracallam referre ipsum Ruardo Burg. Iuriconsf. potius placuerit b) non minùs quàm qui eam adoptauerat Antoninus in fastis ipsis consularibus appellatur: sicut Pius ipse Adrianus propter adoptionem in iure non minùs quàm in ipsa Romana principum historia: vt Pij rescriptum ad eundem Vitrasium Pollionem legatum Lygdonensem siue Lugdunensem esse arbitret; quod sub Adriani nomine Modestinus noster Excusationu lib. 6. attulit c. Sub illo ipso Marco Imperatore anno vrbis DCCCLXXIIX. rursus idē ille Pollio Consul fuit, cum Mar. Flauio M. F. Apro iteru. Sed puto esse cur illius potius quàm istius anni Consulibus id Senatusconsultum tribui debeat. Vt sit, Marci certè potius quàm Vespasiani vel Titi temporibus; cum & circa libertates, ad quas id Senatusconsultum pertinet, orationis cuiusdam à D. Marco habitæ ac alterius Senatusconsulti secundum ipsam facti Alexand. Imperator d & Paulus mentionem habeant. Quod enim cuiusdam decreti circa easdem à Vespasiano facti Modestinus aliquo Pandectarum loco meminit; e ab omni mendo vacuum in principis nomine ipse praestare nolim, cum ita nostro quoque Cuiacio f placere videam.

Sub Traiano quaestorem fuisse Candidatum Caesaris Plinium, praetorio autem praefectum Licinium Suram; ex ipso Plinij Panegyrico, quem Traiano dixit, & ex Dionis abbreviatoribus Xiphilino & Zonara constat; quorum verba cap. 3. lib. 1. attulimus. Traianus verò Suræ, quem ad pratorianam praefecturam promouebat,

a I. Antoninus, de fideicommiss. liberr.  
 b Cap. 10. lib. 3. Variar.  
 c l. spadonem. rs. alias est l. si quis inter, §. vlt. D. de excusat. tutor. de qua re, videto Cuiaciu doctissimum extremo commentario ad illum titu.  
 d l. C. qui manumit. nō poss. l. si priuatus, D. qui & a quibus. ad quas vide Cuiac. c. 22. li. 2. Obseru. videto & l. 3. & 4. C. si mancip. ita fuerit alien. vt manumit. l. 1. & 3. l. si quis, l. penult. D. qui sine manu. ad liber. per. l. cum quasi, sub fin. versu. Diuus, D. de fideicom. liberr. l. 1. de manumif. que feru. ad vniuersi. pertinet. imp. l. Iulianus, D. de manumifis.  
 e l. D. Vespasianus, 7. D. de iur. patr.  
 f Cap. 26. lib. 5. Obseru. in fin.

nudum gladium tradens; dixisse fertur, *Accipe hunc gladium, vt eo si bene imperaero, pro me; sin malè, in me vtaris*; vt ibidem scripsimus. Ac de gladio quidem, ense, ferro, pugione praefecti praetorio; praeter locos à nobis ibi tum allatos insuper hos annotare libet. De Aliano Caspiero quem sub Domitiano, Nerua, & Traiano praefecturam administrasse docuimus, agens Philostratus; a τὸ μὲν δὲ βασιλεὺς ἔσθῃ ἐπὶ ἀλιανῶ τὸρε, ὁ ἢ ἀμὴρ ἔστῃ πάλιν ἢ ἀπολλωνίῃ ἡρα. De Opilio Macrino qui sub Antonino Caracalla praefecturam gessit, ad illud quod de Traiano & Suræ dicebamus alludēs Ausonius b nisi potius ἀλλὰ μνημόνικον ἐμάσθημα doctissimis quibusque per occupationes, aut ex varia lectionis causa non insolitum; quod illorum fuit hisce tribuit: quamquam in promotione praefectorum, porrectum ipsis ensem principis salute iuxta formulam & morem, ad quem adpexerit Poëta; non absurdè quispiam existimarit. c

*Principis hic custos, sumptum pro Casare ferrum  
 Vertit in auctorem caede Macrinus iners.  
 Mox cum prole vnit grauidus pulsare querelis  
 Cesset perfidiam, qua patitur meruit.*

a Lib. 7. de vita Apollo. Tyan.

b In Casaribus.

c Pro hac coniectura facit Victoris locus, quē statim adfero, vbi mentio huic iuse moris.

Quid quod ἄλλῃ πρὸς δὲ μὴ quādam de Achilla praecipua penes Proloauiam dignitatis viro, sic locutus est Lucanus d qui sub Nerone floruit; tanquam de praefecto Praetorij, qui in ipsum principem fegnius imperantem ius gladij sibi ab ipso concessi, exercere posset?

*Quem puer imbellis cunctis praefecerat armis,  
 Et dederat ferrum, nullo sibi iure retento,  
 In cunctos, in seque simul.—*

d Lib. 10. de bello Phari.

Ad illud quidem Vlpij Traiani dictum ad Suram, de gladio praefecti; vtique referendum, quod Sidonius Apollinaris ad Maiorianum Augustum, e sic ferè scribit:

*Si praefectura quantus moderetur honorem  
 Vir queras; tendit patulos quā Gallia fines:  
 Vix habuit mores similes, cui teste Senatu  
 In se etiam tractum commiserat Vlpius ensem.*

e In Panegyri. car. 5. vbi vetus Cluniac. codex, qui penes me est docti alicuius manu verè adnotatum habet de Traiano Sidonij loqui. f vbi de Traiano.

Suræ loco per errorem Librariorum Saburani nomen, in Victoris Aurelij de Caesaribus Epitomen irreplebat; quo loco, f *Vsq̄ue eò innocentia fidens, vt praefectū praetorio Saburanum nomine, cum in signe potestatis, vi mos est, pugionem daret, crebrò monuerit, Tibi istum ad munimentum mei committo, si rectè agam; sin aliter in me magis: quod moderatorem omnium vel errare minus fas sit, vbi cum illa (Saburanum nomine) Schottus Scholiastes eruditissimus g expungat, ipse malim Surarum Licinium substituere: fuit cum Licinij, quoque nomen pro Plinij, & pro Dictationem, Pugionem, ob eam quæ antè à nobis enarrata est, historiam apud Cassiodorum in Athalarici ad Ambrosium Quaestorem epistola h reponerem; quo loco, *Bonus princeps ille est (ait) cui licet pro iustitia loqui; & contra tyrannicæ feritatis indicium, audire nolle constituta veterum sanctionum: renouamus certè dictum illud celeberrimum Traiani; Sume dictationem si bonus fuero, pro republica & me; si malus, pro republica in me.* At paulò antè di-*

g In suis ad Victoris notis, fol. 106.

h Quæ est lib. 8. Variar.

xerat; *Ecce iterum ad quaesturam cum immenso venit ingenio, redde nunc Plinium, & sume Traianum.* Nam dictum illud celeberrimum ex iis ipsis quæ subiiciuntur collatis cum enarrata superius historia, locisq; ad eam pertinentibus quos protuli; de præfecto Licinio Sura debere accipi sentiebam. Verumtamen cum Plinius Quæstor sub Traiano fuerit, qui idem Candidatus Principis antequam ad Præfecturam culmen ascenderet; inque eo Quæsturæ munere cum libris ac epistolis principalibus legendis & orationibus pro principe recitandis in Senatu, <sup>a</sup> tum ipsis earum dictationibus vacauerit, quarum & antea <sup>b</sup> Cæsiodorus sub Athalarici nomine ad Quæstorem scribens (vti diximus) mentionem fecerat; præstat, vt ex iis quæ attuli verbis nihil immutetur: ac tantum intelligamus vel memoria lapsum (qua grauioribus Reipublicæ muneribus quotidianis occupati, sicuti iam semel isto ipso sermone admomui, laborare solent) Cæsiodorum de Quæstore Plinio accepisse quod Licinio Suræ, cum ceteris tribuendum historicis fuerit; vel potius ad illud Traiani ad Suram dictum velut *παράδειγμα* alludentem. Cæsiodorum cum Pugione Præfecti prætorio, Quæstoris dictationes; cum Licinio Sura contulisse, licet putidius paulò Plinium. Et ita sentio; reliqua sequenti capite perfequar.

## S V M M A.

Bipertitus iste sermo qui Pœcilomorphus totus: Grammaticus nempe siue Criticus, physicoethicus, historicus; idemque politicus, mythethicus ac Theologicus: eximiis & ipse castigacionibus illustris.

*Elissa (quod Didoni proprium & patrium nomen) historia. Nominis utriusque origo & ratio aduersus Schottum ac Drusium, Eustathius, Solinus, ac Tertullianus circa vocabulum istud emendati: sed & Appianus circa proprium alterum nomen. Iustini locus agitatissimus asserta vulgata lectione. De naturali filiorum & pullorum erga parentes pietate in illis vicissim educandis. Avriπαρογία. De Ciconia, Meropis, Leonis in parentes pietate; purgato interem Suida, quem Germani cubare in morbo non viderunt. Solino etiam castigato. Generi appellatio apud Iustinum. De pietate qua circa mortuorum sepulturam & exequiarum officium impenditur: à qua commendati ex ethnicis Græcis Cimon & Pisistratus. Clerici curabant sepulturas martyrum antiquitus: vt & vasa sacra Diaconi distrabere. In isto officio mos regionis cuiusque obseruandus. Triginta dierum luctus apud Iudeos olim legitimus. Grandis in suos pietas circa funera, impietas in Deum. Insignis Chrysothomi locus de antiquorum Christianorum carimonis in luctu defunctorum; qua & hodie in Ecclesia Catholica obseruantur. Cura sepultura non negligenda Christiano, nisi qua ambitiosa est. Delphinum & formicarum studium circa sepulturam & honorem funeris. Item elephatorum & hieracum sine accipitrinum. Historia de leonibus terram egerentibus ad humanandum D. Pauli eremitæ corpus. Curatam olim cadauerum etiam hostilium sepulturam ab ethnicis: reprobos duces qui neglecti habuissent. Excursio breuis, sed pia in recentes Gallicorum procerum & principum clades; atrociam quæpiam, quorum pœnas postea luant, patramium. De mansuetudine principem decente apud exemplo; imò vesparum etiam, quarum regem partim aculeo carere, partim habere, sed ipso non vti veteres produunt: Eliano castigato. Vt iracundia, ita ira ob acceptam iniuriam dissimulatio in principe vitiosa, ita emque iniuriarum vindicatio aduersus subditos. Emendato*

<sup>a</sup> Vide l. vnic. s. ex quaestoribus, & s. vlti. de offi. quaest. <sup>b</sup> Quo loco, Dictationibus enim probatis adhibitis.

*Emendato interim Claudiano. Fera natura qua meticulosa, immites; qua generosa ad mansuetudinem promptiores. Patientia in principe laudabilis: vitanda ipsi superbia. Hostilium corporum sepulture cura Philippi & Alexandri, Demetrii & Antigoni exemplis excitata. Emendato Polybio & illustrato. Ius in peremptos victoria iudicium. De Gallis vetustis suorum in acie casorum sepulturam aspernari contrario Atheniensibus more; captiuos autem post victoriam necare solitis. Achillem in funere Patroeli duodecim Troianos iuuenes interemisse. Hasdrubalem Romanis ad sepulturam suorum cadauera concessisse. Iulianum casos in acie humari iussisse; Mithridatis corpus ad se à Pharnace missum olim Pompeium curasse, Bruti Antonium. Qui accipiendū istud In bello nulla clementia. Tyrannorum proiecta insepulta cadauera: vt inter Græcos Alexandri Pherai & Phocionis. Commendatam sepultura hostilium corporum curam in Hercule: scuitiam in hostile Hecforis cadauer apud Homerum inuisam Ioui, cuius iussu postea Themis redditionem illius ad sepulturam ab Achille impetrauerit; iustaque filio extincto Priamus fecerit. Preces Ecclesiasticae pro defunctis ab antiquo. Votum; & ad infestorum in Gallia exercituum duces pro patria communi exhortatio.*

## CAPVT XIII.



**O**PERTVM de mendis circa nomina hominum propria olim à me animaduertis, in veterum libris sermonem, hoc capite concludam; in quo Didonis & Elissæ nomen duobus apud Tertullianum, & Solinum locis ex coniectura (quod præfiscinè dixerim) non inerudita nec absona restituendum, ostendere in animo habeo. Arque hoc vt faciam, ex iis ansam arripio, quæ sunt à me tractata plenius de Didone; <sup>a</sup> cum de Astarta Phœnicia atque Carthaginis Diua; ceterisque ab Vlpiano memoratis ex testamento ciuium Rom. capacibus gentium Diis differerem. Nam Elissam Agenoris seu Beli Tyriorum Regis filiam, fratris Pygmalionis metu, qui Sichæum, siue Sicharbam Phœnicem auunculum, & maritum suum Herculis sacerdotem (quem secundum à Rege honorem fuisse docui) eius opibus magnis, at dissimulatis, terræque non tecto concreditus inhians; iure naturali ac humano ipsis postposito, interfecerat; in Libyam cum Anna sorore, ac fugæ comitibus quibusdam Tyriis asportato thesauro aufugisse, vetus narrat historia postmodum comparato & impetrato denique ab Hiarba Mauritanorum & Numidarum Rege locis reficiendis loco, qui corio bonis tegi posset; arcem quæ byrsa ex rei euentu dicta sit, adificasse: circumscripto Rege; quod in tenuissimas partes secati iusso corio, ita maius loci spatium quam petierat, per sophisma quoddam occupasset. Qua de re tota præter Virgilium, <sup>b</sup> & Silium Italicum, <sup>c</sup> Iustinus lib. 18. Solinus Polyhistoris cap. 29. & Eustathius ad Dionysium de situ orbis <sup>d</sup> diligenter & accuratè satis; quos videndos moneo. Hic etiam addit, scriptor scilicet classicus assiduusque (vt Fronto apud Agellium <sup>e</sup> loquebatur) non proletarius; Elissam ab indigenis erga ipsam, vt simile vero est, ob Regem deceptum malè affectis, inuidis atque obtrectatoribus, patria voce Didonem; qua virum ab ipsa suum interfectum ostenderetur; esse contumeliæ causa nominatam: quasi quæ Sichæi coniugis à fratre interfecti cadem vltro non esset.

<sup>a</sup> Initio cap. 2.

<sup>b</sup> r. Æneid. <sup>c</sup> Lib. 1. de bello Punico. <sup>d</sup> Ad illud, Καρπὸν ἔδωκεν ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ ποταμοῦ. <sup>e</sup> Ad extremum cap. 8. lib. 18.

fuisse, in eam quodammodo conspirasse, praesertim cum germano fratre; grauiissimo suspicionis, & propè indubitato indicio premeretur. Nam istius hæc omnino verba sunt; quæ ipsa, vt castigentur, excuscribenda duxi: διδὼ, ἢ τῷ πυγμαλίῳ ἀδελφῇ Ἀγνώστῃ θυγάτηρ, ἢ βίλα βασιλῆος τυράνη, ἢ ἢ ἔλαια καλκιδέην ἢ Ἄνα, Συγχάω γενόμεν γυνὴ, ἀνδρὶ φόνου τύραννός τε τῶν δὲ τῶν ἀνδρῶν ὁ πυγμαλίῳ σὺ αὐτῷ ἀποκηρύχῃ πρὸς δολοφονεῖ ἔρωτι χρημάτων, &c. vbi quid faciat illud ἢ Ἄνα non dispicio; qui Annam non eandem fuisse cum Elissa, sed eius sororem, iuuenis etiam tum didici; cuius & Virgilius in quarto Æneidos, & Ouidius in Didonis ad Æneam epistola meminere: hic quidem his versibus,

Anna soror, soror Anna meæ malè conscia culpa,  
Iam dabis in cineres vltima dona meos.

Vel igitur legendum addito similitudinis articulo; ita, ὧς vel ὡσπερ καὶ Ἄνα: vt, quemadmodum Annam sic Elissam Sichæo nuptam Agenoris filiam vtramque Tyrum incoluisse significet: vel ( nisi potius delendum alicui videbitur ) ita immutandum erit, ibi vt sit, καὶ ἄμα Συγχάω: ac simul cum Sichæo eius facta vxor Tyrum inhabitasse dicatur Dido: de qua statim, hoc quod antè dixi de isto ipsius nomine, Scholiastes optimus adiecit: καὶ ἔτιος ἢ Καρχηδῶν φωνικῶν ἀνέκασθεν ἕσα τῷ μετὰ τῆς διδῶς, νῦν λιβύων ἔστι. διδὼ ἢ ἐμάλασαν οἱ πολωνοκτιβήτες, τῶν τοιάτων γυναικῶν ἐπιχρησῶ φωνῆ, ὧς αὖ ἔπειτα τῆς ἀνδροφονοῦ, διαβέβλησθε ἐμὲν ὧς διδῶν ἔχουσαν τῷ ἀνδροφονοῦσαι διὰ τῷ ἢ ἀδελφῆ φόνου. Vnde intelligimus conditrici Carthaginis Elissam fuisse proprium, & vetustum, atque adeò Tyrium nomen, nempe tum temporis, cum Byrsæ condendæ facultatem impetrauit; a Didonem ascititium & Punicum, non Phœnicium, quod & Paterculus Velleius lib. 1. Histor. voluit; sic admodum scribens, vbi de Lycurgo Lacedæmoniorum legistore: Hoc tractu temporum ante annos v. & l. x. quàm vrbs Romana conderetur ab Elissa Tyria, quam quidam Didò aut uant, Carthago conditur. Et sanè Elissa Phœnicio, siue Syriaco ( quod ad Hebræum quamproximè accedere, huius libri capite primo demonstrauimus ) idiomate fortem, vel Dei fœminam ex El, & Issa compositum nomen significat: pro Dea quidem cultam fuisse Carthagini, quandiu hæc inuicta fuit, ipsius scilicet conditricem, à Iustino traditur; quod & à Silio Italico expressum his versibus,

Vrbe fuit mediæ sacram genitricis Elissæ  
Manibus, & patria Tyrijs formidine cultum:  
Hoc sese, vt perhibent, curis mortalibus olim  
Exuerat Regina loco.

Punica pleraque ( non enim omnia, vt ex Asdrubalis, Annibalis, & Amilcaris vocabulis apparet ) in o terminata nomina, etiam virilia; vt Carralo, Mago, Hanno, Gisgo, Amilco, & Sappio; quorum apud ipsum Iustinum, ac Liuium crebra mentio; & vrbis ipsius nomen Carthago, in Punicum morem versum, à Phœnicio, siue Syriaco Carthada. Qua de re Solinus à nobis castigandus ita loquitur, vbi de Carthagine: Vrbem istam, vt Cato in oratione Senarum au-

a Vide Aufoniu de claris vrbib<sup>9</sup> Epigram. 1. vbi de Byzantio & Carthagine; Constantino poli assurgit Carthago prioris, &c. -- fuit hæc, subis ista, nouisque Excellens meritū veterem perstrinxit honorem, Et Constantino cedere cogit Elissam. Et statim Augustus mutastu opes, & nomina: tu cum Byzantina Lygos, tu Iunica Byrsa fuisti. b Lib. 18. c Lib. 1. de bello Punico. d Lib. 18. & 19. e d. cap. 30. Polyhistor.

tumat, cum Rex Hierbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier extruxit, domo Phœnix; & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit ciuitatem nouam: mox sermone verso in morem Punicum & hæc Elissa, & illa Carthago dicta est, &c. quæ sequuntur. Quæ verba cum eruditissimus Drusius in suis rerum sacrarum obseruationibus nuperis attulerit, a & quæ Carthadæ nomen ore Phœnicio ciuitatem nouam exprimeret scite ac diligenter explicarit: miror ipsum non percepisse quàm non quadret illud; quæ prius Elissa fuerat Phœnicio nomine, ipso deinde verso in Punicum vt adhuc Elissa diceretur: ac de Didonis appellatione nulla fieret, sicut Carthaginis à Carthada deducti vocabuli mentio: cuius imponendi rationem vel à re ipsa cum Byrsam scilicet à fundamentis vsque totam condidisset, cuius ne imago quidem ibi vlladum fuisset, duxerit; vel à similitudine nominis; quod ei oppido fuisset in Tyri & Sidonis finibus, Charitæ nimirum, vnde Didonis originem Cedrinus in annalibus b excitat: cum ita scribit, τὸ ἢ διδὼ ἐν μινῶς πόλεως χαρτινῆς τῷ φωνικῆς παραλλήλων μεταξὺ τῷ δέλωρ Tyris ἢ Sidῶν: qua de re fidem penes ipsum esse volo, præstare non debeo. Mihi constat posterius Elissa istud condendum, expungendum, obliterandum esse; ipsiusque loco Didonis vocabulū ex indubitato & certissimo Eustathij testimonio ( quod antè protuli ) exponi oportere: atque adeò apud ipsum quoque Isidorum lib. 5. originum; c vbi cætera quidem omnia quæ apud Solinum esse diximus, itidem legas; exceptis illis, in morem Punicum: quæ magnum Drusio ipsi d negotium facessunt; mihi non item, sic nimirum accipienti simpliciter, atque adeò insubriliter, vt cum τὸ Carthago dicimus, ista sit Punica terminatio. Nam quæ gentes ab aliis prius inditum vocabulum vsurpant; ea suo more sic pronunciant, vt etymi aut significationis vera nullam prorsus rationem habere soleant: quod adeò literatis, & literatoribus quoque ipsis notum esse arbitror, vt nulla cuiusquam ( nedum mea ) explicatione opus esse intelligam. Eundem memoriæ lapsum in quodam Appiani loco, e siue ipsi, siue Librario potius imputandum; vt pro Menecrate Timocrates nomen ascriberetur, olim deprehendere visus sum: vbi Cæsarem à Menodoro post mortē Menecratis colliberti & inimici sui grauiissimi, naualemque Pompeij de Casare victoriam, relictum refert. Quod natura Menodorus ille seu Menā ( de quo pluribus libro superiore f locuti sumus ) proditor foret, ac à reliquis Pompeij libertis perfidiam in dominum exprobrantibus ad defectionem sollicitaretur. Idèd cum septem nauibus ad Pompeium denuò transfugisse, inscio Sabino Caluissio classis Præfecto: cui propterea successorem Augustus Agrippam dederit. μινῶν τῶν ἢ ἢ τῆς ὧν φύσῃ παραμπερδύτης, εἴτε δέσπας τῶν ποτε ἀπειλιῶ ἀτιώϊα ἀπάξεν αὐτῶν ἐπίτορ ὧς ἀνδρῶν πολεμοποιῶν, εἴτε ἐλασσῶν ἀξίδια, νόμιζω παρ' ἢ προσεδέκασεν, εἴτε τ' ἄλλων αὐτῶν ἐξελισθῆναι τῷ πομπῆς συνεχῶσαι ἀνδρῶν ἢ ἀπίστῶν δειπῶν ἢ παρακαλεῖν ἐπαυλῆν Τιμ. κρῆτες ἀποθανῆναι. πρὸς αὐτῶν ἢ δάδων ἢ το μάλιστε πρὸς πομπῆς σὺν ἐπὶ ναυσι, Καρσίσιου τ' ναυαρχοῦ τ' Κάλιστῳ διαλαθῶν. ἐπ' ἢ τ' Καρσίσιου ὁ Κάλιστῳ ἀπέλυσε τῆς ναυαρχίας, καὶ

a Cap. 8. lib. 7. Obseruat. b In cōpendio histor. fol. 115. c Cap. 1. de ciuitati. d Cap. 9. lib 7. e Lib. 5. ciuif. pag. 378. f Cap. 6. lib. 2. Semest ex Dion. lib. 48. & aliis ad explicandum carmen Horati in Menam.

ἀντιματίσμοσιν Ἀγρίωπαρ. Hoc igitur loco pro Τιμωγάρτῳ reponendum esse Μωυζάρτῳ admonet; cum & in propriis nominibus frequentissimū esse memoria lapsū Cuiacius doctissimus, & Doctor olim meus iam pridem obseruauerit locis cōpluribus indicatis. <sup>a</sup> Et quoniam de Menodoro insigni desertore, atque proditore iniecta mentio; qui sapius ad utrasque partes vltro citroque commeauerit; hoc quoque addam, quod idem Appianus paulō post narrat; cum esset ad Agrippam à Caluissio Præfectum classis translata; rursum à Pompeio Menodorum istum defecisse; atque ad Augusti partes remeasse, ac ab ipso veniam salutemque post datam fidem impetrasse: cuius rei Dio <sup>b</sup> quoque mentionem facit.

<sup>a</sup> Cap. 26. lib. 5. Obseruat.

<sup>b</sup> Lib. 49. sub initium.

<sup>c</sup> Apologet. ad ueri. gent. c. 45.

Porro autem quemadmodum Didonis apud Solinum reposui, sic Elissæ nomen apud Tertullianum <sup>c</sup> restitui debere cenfeo; ubi ad finem Apologetici, sic scriptum vulgò legitur; *Mutius dextram suam libens in ara reliquit; ò sublimitas animi! Empedocles totum sese Catanensium Ætnæ incendijs donauit; ò vigor mentis! aliqua Carthaginis condurix rogo se secundum matrimonium dedit; ò præconium castitatis! Regulus ne vnus pro multis hostibus viueret, & Anarchus cum in exitium ptisanæ pilo conuideretur, &c.* Nam (per hominum fidem) quid hoc loco valet istud, *Aliqua*? Non ignoro interdum nomen alicuius proprium ab isto auctore, quasi per contemptum extranearum ac gentiliū historiārum, suppressi; quas etiam seueriores è Christianis pastoribus nonnulli legendas non esse pijs veraque religionis amatoribus existimabant: quam obrem sub initium libri de testimonio animæ, *Aliqui* (ait) *Chryssippi assentator inludit ea, & esse se, & abominationem sustinere execrationes tuæ respondent, &c.* At tamen illo certè loco, istud (*Aliqua*) non ita vnquam stomacho meo facere possit, vt concoquam. Didonis enim, aut Elissæ nomen, cur hæc potissimum subiceret præstantissimus Theologus, nihil fuisse pronuncio; qui Didonem hac ipsa de re agens non semel in libro ad Martyres, & in exhortatione ad castitatem nominatim appellauerat. Quod autem ad extremum libri de Monogamia idem ipsum argumentum persecutus, non expresso nomine scripsit; *Exurget Regina Carthaginis, & decernet in Christianos*; sicuti eum imitatus hoc exemplo & cæteris referendis Hieronymus, <sup>d</sup> illud ipsum de Monogamia persecutus argumentum; quo loco, *Stringam breuiter* (ait) *Reginam Carthaginis, quæ magis ardere voluit, quam Hiarba Regi nubere*; hoc aliam rationem habet: imprimis enim non additur istud (*Aliqua*) quod mihi displicere dixi, quia scilicet non sequitur *Regina, sed condurix*: *Aliqua*, est quædā de pluribus; vna verò conditrix. Tum verò quid profuit nomen suppressi, cum in cæteris exemplis, & præcedentibus, & sequentibus, quæ vtique illustriora non sunt, proprium exprimat nomen? Postremo ad contemptum pertinet, sicubi subicitur nomen, eiusque vice *Aliquis*, aut *Aliqua* ponitur; idque Donatus in Terentium <sup>e</sup> obseruauit: quemadmodum è contrario, nomine suo quempiam appellare beneuolentiæ ac familiaritatis est; qua de re ex Antiphonte, Virgilio, Plinio, Claudiano,

<sup>d</sup> Epist. 11. de monogamia ad Ageruchiam.

<sup>e</sup> In Eunuchis, Hecyra, & Adelphis actū 2. scena 2. & actū 5. scena 6.

ac D. ipso Chryostomo in homilia septima ad populum Antiochenum & aliis vetustis auctoribus alibi commodius differetur. De Didone autem quam pagani olim Africani, apud Carthaginensem certè suam, pro Dea coluere; ita præclarè sentit Africanus homo Tertullianus noster, vt ipsi nomini Epitheton illud eximium integræ femine, alicubi <sup>a</sup> tanquā Virgilianam de Æneæ stupro fabulā mendacij cum Aufonio coarguēs adiunxerit: sic admodū scribens, *Quod animal indues viro iusto de loco, quam bestiam integræ femina Didoni? quam volucrum patientia, quā pecudem sanctimonia, quem piscem innocentia sortientur?* Censeo igitur, vt pro (*Aliqua*) reponatur (*Elisa*): quod primum in *Elisa* (vt c. Latinum, pro sigmate Græcè exarato perperam acciperetur) deinde in *Alisa*, & tandem in (*Aliqua*) per incuriam, inertiam, atque ineptiam Librariorū degenerauerit. In eodem Tertulliani loco, non possum prætermittere mancum & mutilum videri; quod ait, *Rogo se secundum matrimonium dedit*, nec vt τὸ secundum per figuram (quod alij notant) Græcam scriptum sit, fero: malle ita legere, *ante secundum*, aut *verita secundum*, aut *auerfata*; hoc est, ne secundas nuptias experiretur, vt idem auctor loquitur: <sup>b</sup> maluit enim Dido vri atque ardere in media (vt Silius ait) aut in vltima (sicuti apud Iustinum est) parte vr̄bis, pyra extructa; velut placatura viri manes, inferiasque ante nuptias missura: quàm Hiarbæ, (qui nuptias eius sub belli denūciatione per decem Pœnorum principes petierat) coacta nubere; quemadmodum ipse post Iustinum Tertullianus illis, quos prius indicaui locis, itēque Hieronymus libro primo in Iouinianum, & ad Ageruchiam <sup>c</sup> memorat. Apud Iustinum quoque (vbi eandem Elissæ, quam hoc plurimum sermone celebrauimus) historiam diligenter enarratam videre est; illud me offendit, quod ita scriptum <sup>d</sup> lego: *Pygmalion oblitus iuris humani auunculum suum eundemque generum suum sine respectu pietatis occidit*. De Sichæo, vel Sicharba Didonis marito loquitur: Didonis verò non pater, sed frater Pygmalion fuit: Dido & Pygmalion ex sorore nepotes Sichæo, huic eorum altera vxor, alter fororius fuit. Ergo vel pro *generum suum*, *Germanæ virum*, vel etiam leuiore immutatione *Germanum* ἑμπατριῶς, & ἡ] ἑξοχλῶ, vel ἡ] δὲ δὲ γένει, hoc est, aucta per vocabuli significationem atrocitate facti (vt si non *Germanæ virum*, sed *Germanum ipse suum occidisset*) ab optimo historico ibi scriptum fuisse, aufim dicere: nisi quod si quis generum malitè retinere, tanquam qui sororem atate forsitan frater, atque Rex, in filiarum loco debuerat habere, ac pro sua quoque olim educauerat; is talis filiarum virum eundemque suum & sororis auunculum, nō aliter quàm pro genero ducere debuerat; de ipso agens Iustinus producta etiam vocabuli significatione, generum illum vocare maluerit: quod nempe facinus grauius atque indignius lectorum oculis obiiceret. Quam obrem & illud, *Sine respectu pietatis*, addidit: cum tamen germanè ac propriè pietas erga Deum, ac deinde aduersum parentes & liberos intercedat; tum denique ad cæteras quoque cognationum, vel affinitatum necessitudines, figuratè scilicet per auxerim aut hyperbo-

<sup>a</sup> In lib. de animalia cap. 15. vbi de metempsychosi.

<sup>b</sup> In exhortat. ad castitatem, & in de monogamia.

<sup>c</sup> Epist. 2. quæ est de monogamia.

<sup>d</sup> Lib. 18.

<sup>e</sup> Cum Cuiacio doctis. lib. 17. cap. 6. Obseruat. vbi gener satis nouè à Iustino, inquit, dū Pygmalionē Sichæi generum vocat, cui nupsit soror Elissa, & Æmilio Probo in Pausania. Videtis & Bongarsij eruditiss. notas in hunc Iustini locum nuperas: quæ veteriscent nunquam vt eundem sentio.

a Vide que scri-  
pti superioris li.  
ca. 1. & inferius  
hoc ipso libro,  
cap. 5. ad extre-  
mum, & cap. 16.  
17. 18. que 18.  
b In somnio  
Scipionis.

c Cap. 43. vide  
& S. Epiphaniū  
in Physiologo, c.  
25. & ultimo vbi  
τὸ γὰρ ἐρευνῆσαι  
τὴν πατρίδα καὶ  
τὴν μητέρα ἀνά-  
γκη ἐστὶν θανάτω-  
σι. ἢ ἐβουλήθη  
vbi eruditiss.  
Scholiastes ē  
duobus Basilij  
locis, ex Am-  
brofio & Petro-  
nio Arbitro qui  
pietatis culti. ē  
propterea Cico-  
niam nuncupa-  
uit.

d Cap. 30. lib. 1.  
de animalibus.  
e Cap. 13. & si  
militer Plinius  
natural. histor.  
lib. 10. cap. 33.  
Merops vocatur,  
genitoris suos re-  
conditos pascens,  
p. 112. i. i. i. col-  
te pennarum: &  
cetera quæ mu-  
tuatus ex Arist.  
f In ἀντιπελα-  
γέει.

g Lib. 9. de ani-  
malibus. cap. 1.  
h Lib. 2. Semest.  
i Lib. 4. ad Ec-  
cles. Cathol. vbi  
addit, Ante vsum  
enim a. munifi-  
entiam liberalitatis  
aliena, liber est  
quifiam, benefi-  
cium fenore nō  
grauatur: cogatur  
autem omnes ipfa  
conscientia sua ad  
reparationem vi-  
cissitudinis, post-  
quam esse cōpe-  
tunt debito.

lem (quod genus Græci dicunt) produci soleat. a Vnde M. Tullius lib. 6. de Republica. b Sed sic Scipio ut auus hic tuus (inquit) ut ego, qui te genui, iustitiam cole & pietatem; quæ cum sit magna in parentibus & propinquis, tum in patria maxima est. S. nē pietas non ortus est procreationis tantum; sed etiam educationis & alimentorū impensorum habita ratione consideratur, vt curare atque obseruare illos à quibus educati sumus; paræque gratiam exhibitionis atque nutritionis rependere; pietatis & cuiusdam in reamunendo iustitiæ, naturalis esse non dubitemus: qui ἀντιπελαγία istam (quæ à Græcis dicitur) communem homini cum animalibus quibusdam rationis expertibus esse intelligimus: vt putā cum Ciconiis, quarum tamen ipsarum feram naturam esse nemo dubitat. Solinus quidem de illis agens in Polynistore, c Eximia illis inest pietas (inquit) etenim quan: um temporis impendunt foetibus educandis, tantum & ipsæ à pul- lis suis inuicem aluntur. Ita enim impense nidos fouent, vt incubitus as- siduitate plumas exuant. Ciconiis verò tameris à pietate huiusmodi apud Hebræos nomen Chafidith ipsas inuenisse constet: Meropem auem hac, siue iustitia, siue pietate longè prastare, scribit Ælianus; d quod parentum senium minimè expectet, sed statim atque volare occeperit, ipsis alimoniam beneficiū reponat: δ μέγιστος ὄφελος τῶν τοι δοκῶν δικαιοσύνη εἶναι τῆς πελαργῶν. & ἡ ἀναμύθη γυναικῶντας ἐκτρέφει τὸς πατέρας: ἀλλὰ ἅμα τῶ φῶσαι ἀνέστη ἴσα τὸτο ὄργαζέ. ἢ ἔστι δικαιοσύνη ἢ ἄστυχία τῶ ὄργαζοι: quod ipsum Aristoteles lib. 9. de Histor. animal. e antea prodiderat his admodum verbis, φασὶ δὲ τιν εἰ τὸς ἀγροπῶνας ταυτο τὸτο ποιῆν ἢ ἀντιπέρεδθ ἔποδ τῆ δικόωρ & μόνον γυναικῶν- τας ἀλλὰ ἢ ἰθὺς ὄταν αἰοί τ' αἰοί. τὸν ἢ πατέρα ἢ τὴν μητέρα μὲν ἔτιδου: & reliqua. Quo potissimū ex loco citans Aristotelem Suidas f emen- dandus est, quod Vvolsum & Camerarium duo sua Germaniæ circa literas Græcas lumina in isto auctore castigando, illustrando, l ari- nōque faciendo non vidisse, mirari satis non possum. Suidæ verba sunt de ciconia & aëropode, immò de merope: φασὶν ἀριστοτέλης ἀλλήθῃ εἶναι τὸν περὶ τῆς πελαργῶν λόγῳ. δημοσίως ἢ ἀποτῆς ποιῆν φασὶ ἢ τὸς ἀεροπόδας. Non enim dubium (mihi quidem) quin pro μέρονας perperam libra- rius Græculus illud ἀεροπόδας expretterit; lapsu circa imperitos & aliud agentes facili; cuius originem aut occasionem apertius expli- care, non est operæ nunc quidem me r. Ad res vt reuertar, qui de ferarum ipsarum naturali erga parentes pietate cōpi differere; à leo- nibus quoque ipsis sentes parentes ad potiundam prædam inuitari, Ælianus idem alio loco g præclare antea tradiderat, sic ferè; vt na- turali lege quæ mutationem non recipit; non illa solonia, quam su- periore libro, h præstitutam filiis ostendimus, istud comparatum as- lereret: ὡς πὸρ οὖν ἐπανῶν τῆς σὺνθελάς ἔχεται τῆ δειπνοῦ ἢ οὖν τοῖς ἕ- σον γτραυται: cogatur autem omnes ipfa conscientia sua ad reparationem vicissitudinis, postquam esse cōpetunt debito.

quibus aliquid liberalitatis accepimus, plus eis gratiæ debeamus; ar- detque nos ad retributionem dati, accepta largitio: Ex pietate illud est inter homines, vt non propinquos modò, nedum liberos; sed etiam ex- traneos, alimentorum vicem rependere, à quibus olim acceperint, prorsus oporteat. Ac de naturali quidem liberorū in parentes, charitate siue pietate; cum superioris libri capite primo, torquati exemplum pro- tulerim: addere hoc loco alterum non minus illustre iuuat, è Solini verbis in Polyhistore: a vt quoniam castigationibus hæc opera pri- mum dicata est; ei, quo laborare illa videntur, vitio simul medeat. Pietatis documentum (inquit) nobilius quidem in Metellorum domo refulsi: sed eminentissimum in plebeia puerpera reperitur. Humilis hæc atque adeò fama obscurioris, cum ad parentem quæ supplicij causa clau- sis pœnalibus continebatur, agrè obtinuisset ingressus; exquisita sapius à ianitoribus, ne fortè parenti cibum ministraret; alere eam vberibus suis deprehensa est. Quæ res & factum (ait Solinus) & locum consecra- uit: nam quæ morti destinabatur, donata filix in memoriam tanti præco- nij reseruata locus dicatus suo nomini (sic in veteri scriptum notat An- ton. Delrio Scholiastes; quod malo, quàm, vt vulgò, numini) pietatis sacellum est. Hactenus ille: in cuius verbis (vt obiter, sicuti mos mihi vetustus est, moneam) istud & factum, nullius rei esse, spurium in- mō, & à g offemate Scholiastis, ad illud (& res) apposito desumptū, si quis non videt; ei nihil vnquam in hoc literarum genere satis allu- cebit. Nam neque factum, vt à re consecratum Solinus dixerit, repe- rite possis; & quem locum à re, hunc à facto vel ob illud factum scilicet quod rei nomine significatur; consecratum fuisse, intelligas necesse est. Vt ut sit, ad iustitiam vt redeam, possis commodè gene- rum ex Græcanica loquendi ratione dictum illum accipere, quod alij non animaduertunt, eum quem frater nata maior sorori maritum dederit: qualem Græci quoque κνηστῶν (quod verbum ad pleraque affinitatum nomina produci, & affinem significare interim scio) id est, generum nuncupant. Andocides Γουορ τῶ κνηστῶν δὲ ἔχθ σὲ μόνω τῶ ἀδελφῶ: sed & γαμβρῶν, quod nomen etsi propriè generum so- nat (οἱ ἀνδρες τῆς θυγατρῶν ἔρω ἔγω λέγομαι; inquit Eustathius ad Home- rum) attamen vt omittam quod ipso interdum locer designatur; eo quidem non modò à nuptæ patre, sed & ab aliis ipsius domesticis ac propinquis, atque adeò à germano maritum eius compellari; à ve- tustis Grammaticis traditum: sic ferè, γαμβρὸς καλεῖται ὁ γίμνας ἔποδ τῆ ἀνείω τῆς γαμβρῆος. Iulius quidem Pollux b γαμβρὸς ἢ (inquit) δι ὄν τῆ γίμνασι τῆς οἰκίας, & c. σακρῶ μὲν δὲ ἢ τὸν ἀνδρῶ ἀντῆ γαμβρῶ καλεῖται. Rur- sum quod ab aliis Grammaticis dixi; adeò verum est, vt frater soror- is maritum ab Aleandro Imperat. c nominatum vocet γαμβρῶν ἐπ' ἀδελφῆ: sic vt apud Annam Alexij filiam in Alexiade, d vbi κατ' ἐκάνο ἢ γαμβρῶ τετρίω ἢ ὁ παρῶντος ἢ γαμβρῶ ἢ ἐπ' ἀδελφῆ τῆ βασιλέως πρώτο- σῆατος τε ἢ πρώτοβραχίον, & c. Atque ita equidem existimo: qui à recepta librorum scriptura (si quo hæc modo fulciri queat) nisi ve- tustarum membranarum auctoritate permotus, aut ipsis probata hi- storie testimoniis, philosophiæ argumentis, solidis denique Iuris

a Cap. 7. ad fin.  
Vide Plin. lib. 7.  
cap. 36. & Valer.  
Max. lib. 5. ca. 4.  
vbi de amore fi-  
liæ erga matrē.

b Onomastici  
lib. 3. cap. 3.  
col. 152.

c I. si maritus, s.  
C. manda.  
d Eius codicis  
qui manuscri-  
ptus penes me  
est lib. 3. cap. 18.



regularum & rationum viribus, tanquam machinis oppugnatus, ac penè superatus, nolim discedere.

Verum enimvero quoniam pietatem aduersus eos qui inter homines degunt è iure gentium & naturali esse; hinc quoque, vt superiore libro factum à nobis fuerat, aliis tamen adhibitis veterum testimoniiis ostendimus; quid vetat, quando

— amphora cœpit

Institui corrente rota —

a In arte.

b De varia curandorum cadauerum apud gentes ratione plurima cōgesta legas apud Alexandrum ab Alexandro lib. 3. Genialium dierum, c. 2 & ibi Tiraq.

c Epistol. 135. ad Snuam & Fretelam, col. 137.

d In homil. in Marc. de resurrectione Domini.

e Vide lib. 2. Regum cap. 2. & apud B. Augustinum in de cura pro mort. gerenda ad Paulinum cap. 9. tomo 4. fol. 291. vbi propterea misericordiam fecisse dicuntur, & ob hoc à Rege pio benedicuntur (ait) quia bene afficiuntur cor da miserantium quando ea dolent in mortuorum corp. ribus alienis, quæ illo affectu quo nemo vnquã carnem suam odio habet, nolunt fieri post mortem suam corporibus suis: & quod sibi exhiberi volunt quando sensuri non sunt, aliis nō sentientibus curam exhibere dum ipsi sentiant.

f In eius vita in extremo.

g Ad finē Iliad. ad illud βίμνα δὲ σῆμα ἐπέειπε.

ne, sicuti apud Horatium, a vrceus exeat; producendi sermonis huius gratia, qui alioqui breuior ceteris futurus sit; de illius quæ in mortuos eorumque sepulturam exeritur pietatis origine, b hinc itidem, illa quæ ibi fuerant prætermittenda depromere? præsertim cum non iniucundam eorum narrationem futuram arbitrer: quorum recordationem, vel iste communis bonorum piorumque ciuium luctus, in publico & fatali, cum nobiliorum quorumque infestis aciebus occumbentium exitio; tum verò ipsius siue Regis Henrici Valesiorum vltimi, siue potius Galliarum casu excitauerit: & mihi nunc quidem, tranquillum adhuc in isto secessu otium, interea dum alij turbant, agunt feruntque omnia; non tam ingratum, quam pauci aliquot homines fortasse velint, suppetat ad retractatum (vt cum Hieronymo c loquar) ac veluti *Γραδομύρ* quendam, cogitationum veterum mearum? Vltimum sepulturæ ac exequiarum in defunctos officium iurigentium tribui debere, olim ostendimus: ita quidem, vt quos viuentes dilexerimus, iis etiam mortuis (sicuti Gregorius d de sanctis mulieribus, quæ ad Christi Domini monumentum cum aromatibus venerant, loquitur) studio humanitatis obsequamur. A quo studio valde commendatum in sacrosancta vetustis fœderis historia, Tobiam legimus: quinetiam virorum illorum Iabes Galaad, qui Saulem sepelierant, cum primis celebratam e à Dauide misericordiam, nunciis ad illos transmissis qui dicerent, *Benedicti vos à Domino qui fecistis misericordiam hæc cum Domino Saul, & sepelivistis eum*: sed inter Ethnicos quoque ab ipsis eorum historicis Græcum Cimonem ob eam rem summopere laudatum: de quo A. milij Probi f hæc omninò verba sunt; vt illa mittam quæ ad ceteram eius in omni genere liberalitatem pertinent. *Complures pauperes mortuos, qui vnde efferrerentur non reliquissent suo sumptu extulit: sic se gerendo minimè est mirandum, si & vita eius fuerit secura, & mors acerba.* Hactenus & probè Probus. A quo non alienum Pifistrati factum ab historicis commendatum: sicuti apud Homerum narrat Eustathius; quo loco, *ἢ ἡ ἰστορία ἐπαυεῖ τὸν πωσιπτατον πειδὴν περιμύγγο ἀὲ νεκροῦς δὴο ἢ τρεῖς ἐχοντας κέρματα. δὲ ὡρ δὴδὲ εἰσέφερε τι καὶ εἰς ταφῶν.* Ipsum quidem Cimonem (de quo antè dixi) semper pedisequos cum nummis secutos, vt si quis opis eius indigeret, haberet quod statim daret; ne differendo videretur negare: ab A. milio Probo traditum; quod de Pifistrato ab Eustathio expressum Græcis verbis, atque à me relatū est. De erogatione pro mortuis eorumque sepultura, vt cætera persequar; nihil hoc officio præstâtius, ei conferre qui tibi iam non possit

reddere

reddere ait Ambrosius: a vindicare à volatilibus, vindicare à bestiis a In lib. de Tobia sub initium. confortem naturæ. Fera hanc humanitatem defunctis corporibus derulisse produntur, homines denegabunt? Clericorum quidem antiquitus cum Christi Ecclesiam Tyranni persequerentur, hoc fuisse munus, vt punitorum quoque cadauera mandari terræ curarent; Diuus Hieronymus b locupletissimus testis est de muliere septies icta, scribens ad Innocentium; sic ferè, *Semel percussa concutitur, iterum repetita quassatur, tertio vulnerata prostermitur: ò diuinæ potentie sublimanda maiestas: quæ prius fuerat quarto percussa nec lesa, idè post paululum visa est mori, ne pro ea periret innoxius. Clerici quibus id officij erat, cruentum linteum cadauer obuoluunt, & fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parant, &c.* Recens à clericis cespes ostenditur, & dudum superiecta humus cum his vocibus ingeritur flagitanti; *Erue scilicet ossa iam condita. Quin & in sepulturam Christianorum licuisse olim diaconis vasa sacra distrahere; ille ipse alio loco Ambrosius c docet: Nemo potest indignari, quia humanis fidelium reliquijs spatia laxata sunt; nemo potest dolere, quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est.* In his generibus vasa Ecclesiarum etiam iniuncta confringere, conflare, vendere licet. Id pietatis in mortuos officium qualiter exhibeatur, dum nihil tamen contra sacros Ecclesiarum Christianarum ritus fiat, parum refert: sequendam enim regionis cuiusque consuetudinem, Diuus ipse Augustinus d præcipit; satis hoc ostendens scilicet, sepulturam esse à iure gentium: quo loco illud Euangelistæ verbum explicans, *Acceperunt ergo corpus Iesu & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Non mihi videtur Euangelistæ (inquit ille) frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudæis sepelire: ita quippe (nisi fallor) admonuit, in huiusmodi officijs quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum.* A quo, non abest, quod statim de facultate ab Alexandro concessa matri Darij, vt suorum cæsorum in acie cadauera, patrio more sepeliret; auctore Quinto Curtio proferemus: itèmq; quod B. Ambrosius e de luctus defunctorum tempore agens; vtraque obseruatio (ait) habet auctoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium: luctus quidem legitimus & idoneus fuisse tempus triginta dierum apud Iudæos ex Moisaicis legibus Iosephus f tradit; vbi de captiuæ nuptiis *καὶ πρῶτον θύετω ὄνους ἀπτεῖθι καὶ κωνίας πρὸς ἑραμύλλω ἀπὸ τῶ καὶ πένθιμον σχίμα ἀναλαβῆσαι ἀποθνήσκουσι συνθεῖς καὶ φιλς, &c. τριάνοντα δὲ ἡμερῶν ἐπὶ τῷ πένθι διελεθῆσα. (ἀντίμας γ, inquit, ἐπὶ τοῖς δακτύλοις αὐτῶν φιλτάτων τοῖς πρῶτοις) τότε χαρῆν ἐπὶ τὸν γάμον.* Virum Dei, cuius cadauer in patrum suorum sepulchrum inferri Deus, quod sibi dicto audiens non fuisset, noluit: alter Propheta interfectum à Leone, ac proiectum in via cum reperisset; iumento simul cum illa immanifera (vt D. Augustinus g ait) intrepida præsentia ad sui Domini funus astante; in ciuitatem perlatum planxisset, ac in suo sepulchro posuisse dicitur: h Moyse quoque & Aarone, ceterisque Sanctorum solemnem luctum exhibitum, sicuti & Iosepho filio à Iacobo, & Abisalon à Dauide, Srephano quia etiã Hierosolymæ fratres planctum

a In lib. de Tobia sub initium.

b Epistol. 49. col. 312.

c Lib. 2. Officiorum, cap. 28.

d Traæt. 120. super caput 20. Ioannis.

e Initio orationis de obitu Theodosij.

f Cap. 8. lib. 4. de captiuitate, fol. 110.

g In lib. de cura pro mortuis gerenda ad Paulinum, cap. 7. fol. 290. tom. 4. quo mirabili signo apparere scribit ibidem hominẽ Dei exercitum potius temporaliter vsque ad mortem quàm punitū esse post mortem.

h Vide 3. Regum lib. cap. 13.

magnum

a A. Paulam fu- per obitu Ble- fillæ filia, epist. 23. col. 205. & 206.

b 1. ad Theſſal. 4. cap. vide & Hiero. epist. 41. ad Ruſſinum.

c In vita Pauli eremite, col. 118.

d Illud. I. statim in ipſo initio; ubi Achilles & 2. Προβλεπον κη. αὐτοῦ ὅτι ὅδ' ἴσπερ ἴσῃ φαίνεται.

e Homil. 70. vi. de & 69. ad pu- pulum Antioch.

f In Poplicola, fol. 85. exem- plaris Græci à Stephano excu- si. Latiniaorem fol. 164.

magnum fecisse, auctoritate scripturarū allata narrat Hieronymus: a verum ita, ut planctum magnum, non plangentium exanimatione, longique lacrymis ac diuturnis, sed in pompa ornatoq; funeris, exequiarum frequentia intelligendum, admoneat: nobis verò qui Christum induimus, & facti sumus iuxta Apostolum genus Regium & Sacerdotale; super mortuos non esse contristandum præcipiat: hoc addito elogio scilicet; quod, *grandis in suos pietas, impietas in Deum sit.* De dormientibus cōtristari, Apostoli b voce prohibemur. Itaque sicuti obuoluto & prolato foras Pauli eremita corpore Hymnos quoque & Psalmos de Christiana traditione decantasse Antonium; hoc scilicet contristatum, quod sarculum quo terram foderet non haberet; ab illo ipso Hieronymo c memoratur: similiter pro defunctis non lugendum: sicut Ethnicis (dum τὸ το γέρας τας ὄντω, εἶναι, iuxta illud Homericum d existimant) facere soliti; ad ostentationem potius quam misericordiam conductis præficiis, euulsis capillis, laniatis aut rasis genis: sed orandum, erogatis etiam elemosynis, populum Antiochenū docebat Chrysoſtomus: e hoc addito, quo de Christianorum antiquis in luctu caeremoniis, quas hodiēque Catholica retinet Ecclesia, si rectē intelligantur, minimè aspiciendis, vtiliter aduersus prophanas gnosticorum nouationes adimonemur. *Quid enim, quaso, ardentes lampades sibi volunt & nōne tanquam abieceris eos committamur? quid autem Hymni & nōne glorificamus Deum, & illi gratias agimus, quia iam defunctum coronauit, absouit à laboribus. & ab incertitudine sublatum penes se retinet? nōne Hymni propterea? nōne propterea Psalmodia & hæc omnia sunt gaudientium.* Et postea: *Quid psallas cogita, cum ad illum perueneris locum, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi* Et iterum: *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et rursum: *Tu es refugium meum à tribulatione mea, quæ circumdedit me, &c.* Nōne fabulosa est representatio? nōne simulatio? Nam si verè quæ profers credis, otiosè luges: si verò ludis & simulas, & fabulas hæc esse putas; cur & tu psallis, & adnientes toleras? quare psallentes non abigis? sed hoc est furenum; verum & multò magis illud, &c. Et postea: *Qua namque de causa (quaso) presbyterosque vocas & psallentes? nōne quò te consolentur? nōne quò defunctum honorent? cur igitur ipsum affuis contumelia? quare publica prosequeris ignominia?* Quibus verbis luctum equidem nimium, non ipsum funeris memoriæ in Christo mortui debitum obsequium, damnatum apparet: neque verò defuncti laudationem atque commendationem habita publicè quidem in principum & magnatum exequiis; sed & in funestis quoque nobilium, atque honoratorum adibus, oratione apud nos hodiēque vsurpatam: quam apud Romanos iam tum à Poplicolæ funere (quod Valerius in Consulatu collega, oratione in eius laudes composita celebrauit) inuictam esse consuetudinem Plutarchus f refert; vt Græcorum etiam funebribus orationibus vetustiorē illam Poplicolæ laudationem quosdam perhibere scribat: nisi quod Anaximenes orator huius instituti auctorem fuisse Solonem, literis prodidit; aded autem illam Poplicolæ,

colæ, placuisse populo Romano, vt hoc exemplo deinceps præclari & insignes viri omnes vita functi à præstantissimis laudati fuerint. Igitur vt ambitio inter luctus lacrymalque cessare debet (nuncquid enim diutum cadauera nisi in serico putrescere nesciunt, ait Hieronymus a) cum exequias ambiciosas ipse quoque Seneca b damnauerit: ne dum, vt Christiana humilitas, simplicitas, atque frugalitas probare possit: sic etiam Diogenianum est, atque adeo Cynicum, c certè Samaritanum & Iudæum; qui corpora mortuorum pro immundis habent (vt ait Hieronymus d) non Christiani hominis: mortem atque sepulturam suam non curare, sed pro nihilo ducere: & è contrario moderatum, cum aliqua defuncti commendatione, à grauiſsimis atque doctissimis quibusque Christianæ religionis assertoribus e Græcis Latinisque vsurpata, planctum atque obsequium funeris, homini Christiano deesse minimè oportet: quamuis enim omnia ista, id est, curationem funeris, conditionem sepulturae, pompam exequiarum, magis viuorum solatia esse scribat Augustinus alicubi, f quàm subsidia mortuorū: & Christianos in confitendo Christum dum contemnunt hanc vitam, multò magis debere contemnere sepulturam: humanum tamen istud officium, vt sibi quisque vult exhiberi, affectu illo scilicet quo carnem suam naturaliter diligit; ita & alteri præstare debet: quod licet defunctis non opituletur (de sepultura, non de precibus aut elemosynis loquor; quas prodesse credit Ecclesia, cum impendat) culpanda tamen in religioſitate negligitur: tantumque abest, vt à vera pietate abhorreat; vt à iure Diuino ipsum esse dici possit, quemadmodum superiore libro g comprobauius: certè à naturali; cuius peritiam cenſeri bruta quoque animalia, ex ea de Delphinibus historia, quam Aelianus retulit, manifestum esse arbitror. Is enim vbi de quibusdam loquitur, qui apud veteres honore sepulturae caruerint; in quibus de Phocione Olympiade, ac Pompeio Magno: damnata circa hoc ipsum eius temporis hominum culpa; qui tam facilè memoriæ sibi defunctorum eripi sinant; sic ferè scripsit, h ἦσαν ἡ ἀρα δειφίνες ἢ νεκρῶν μνήμονες ἢ τῶν σιωπῶν ἀπειθήντων ἢ βίαις ἐδάμων προδοταί. τὸν γοῦν ἑαυτῶν τεινεῶτα ὑποδύτες εἶτα μὲντοι κοίλῃσι φοράδω ἐς τὴν γῆν τοῖς ἀνθρώποις πειθεύοντες θάλασσαν ἢ ἀερίσιν μαρτυρεῖ τὸτο. Illud de cura sepulturae, istud de honore funeris quod sequitur. ἐπεὶ αὖ ἐπὶ τὸν εἶδος οἰονὰ τιμῶντες ἢ καὶ νη δὲ ἄλλὰ ὑπόδραχούμετες μὴ τι ἄλλο κἄτ' ἐπιδράμε, ἢ τὸν νεκρὸν ἀπέσαι κατὰ δάσιναι. Tale quippiam de solerti Formicarum genere narratum à Plutarcho alicubi: i nam praterquàm quod cauernula suæ tertiam quandam ciuitatem vita functis, & elatis reponendis habent separatam: ἐς ἣ τὴν τρίτην κοιδοτῆα ἀποτίθεσται τὰς θνήσκουσας: addit insuper ex obseruatione Cleanthis qui eiusmodi spectaculo interfuerit; egressas è cauernula formicas venisse aliis obuiam, ferentibus mortuam; pro qua post varios vltro citroque com meatus, verme tanquam redempti mortui pretio desuper elato ac dependo acceptum mortuum intro abstulerint; quæ aded mihi festiua visa semper fabula; vt teneri non possim, quin ipsis Plutarchi Græcis appositis,

a In fine libri de vita Pauli eremite.

b De tranquillitate animi, in fine.

c Vide quæ de Diogene Sino-pensi scribit Aelianus varia historiae lib. 7. cap. 14. Diogenes Laërtius in eius vita, fol. 227. in interpretatione Latina ex editione Stephani ca fol. 202. *Atium quidem illud dum moueretur madaſe in sepulchrum proijci cadaver, & omnes bestiae participant ipsius essent, siue in se u à superſello modico puluere ingerent.* Vide foliū 217. Græci textus.

d Ad Riparium aduersus Vigilantium, epist. 53. fol. 154. libri Parisiis excusū anno 79.

e Vide orationes Gregorij Nazianzeni & Ambrosij.

f Cap. 2. lib. de cura. pro mort. gerenda, ad Paulinum, fol. 289. romo 4. & cap. 6. & 7. ad finem, fol. 291. & cap. 9. ad finem vbi videtur. & cap. 10. & 18. & lib. 1. de ciuit. Dei, c. 12.

g Cap. 1.

h Lib. 12. de animalibus, cap. 6.

i In libello vtra animalia plus rationis habeant terrest. an aqua. ex editione Stephanica Græca.

eam iterum enarrem: δ μὲν οὖν κλεάνθης (ait) ἔλεγε, καίπερ δ φάσκων, μετέχων λόγος τὰ ζῶα, τὰ αὐτὰ θεῶν παρὰ τυχεῖν. μύρμηκας ἐλθεῖν ἐπὶ μύρμηκας, ἔτερον μύρμηκα νεκρῶν φέροντας: ἀνοίγας οὖν ἐκ τῆς μύρμηκας ἐτέρας, οἷον ζυγυγάνων αὐτοῖς ἢ πάλιν κατέρχεται. ἢ τὸτο δὲ τῆς γονέας: τὸ δὲ τὸς μὲν κάτωθεν ἀνοίγειν ὡς ἂν λύτρα ἢ νεκρῶ σκόληκα, τὸς ἢ ὀκνητοῦ ἀνοίγειν, ἀποδόντας ἢ τὸν νεκρῶ οἴχεσθαι. Atque hanc quidem historiam pluribus verbis, eodem tamen sensu expressam ab Aeliano libro sexto de animalibus a reperio: ex qua exponendum scilicet, quod idem ille auctor alio loco b in hæc verba scribit: πάλιν μύρμηκων: ἢ ὀκνητοῖς ἀφορᾶς νεκρῶν μέλειν (ait) ἢ κατέρχων τὸς σπερτέρας χιραμῖς, ἢ σοφωτάτη φησὶς ἔδωκεν. ἐπὶ ἢ τὸτο ἰδίῳ ἢ ἀλλοῦ, τὸ δὲ ὁμογενῆ τε ἢ ὁμοφυῆ τῶν ζῶων ὀρθοκλήων ἀπορέων δ᾿ αὐτῶν. Et superioribus commodè possis adiungere, quod tum de cætera omni formicarum diligentia (de qua Plutarchus illo ipso & Aelianus alio loco c admiranda complura memorant) tum verò de lectu ac funeris elatione, comitatuque quo de agimus, apud D. Hieronymum, d Malchus monachus hoc modo differit: *Adspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora quàm corpora, &c. Illæ venturæ hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea verteret, illata semina præcidebant, hæ lucem celebri corpora defuncta deportabant: quòdque magis mirum est, in tanto agmine egrediens non obstabat inivanti.* Aelianus e autem hoc insuper addit, de prudentia formicarum, circa mortuas contubernales accepisse se; proinde in granorum folliculis ipsas condere, vt homines in tumulis, vris, loculisve parentes aut amicos soleant: σοφοὶ ἢ ὀκνητοὶ πρὸς ἀσκήσια; ὅτι ἀρα τὸς τῶν ζῶων μύρμηκας εἰ προσήκουσιν ἐν ταῖς ἢ πύρρων κηδεύουσι θυλακίῳ, ὡς πατέρας ἢ πατρὸς φίλιον ἐν τοῖς σαρφῶσι οἱ ἀνθρώπων. De elephante itidem scribit alio loco f idem auctor, si alterum perspexerit mortuum, ab ipso non præteriri, quin terrā manu, siue proboscide haustam aut ramum; iustis veluti quibusdam mysticis pro natura communi peractis, iniiciat: criminis scilicet piacularis euitandi gratia; quale à se committi, eo deserto officio, credunt belluæ huiusmodi: de quibus hæc ipsius Aeliani verba sunt, ex Æthiopum sermonibus Græcanico (vt ipse ait) fastu carentibus: ὅτι ἀρα ἐλφάντα θεασάμενοι ἔλεφας νεκρῶν, ἐκ ἀνὸν παρέλθοι μὴ τῆς προσοκιδίῳ γλῶσσῳ ἀρσάμεν ἢ ἐπιβαλέμεν. δόσιον τινα ἀπόρρητον ἔπερ τῆς κοινῆς φύσεως τελέων, ἢ φύλων ἄλλο. εἶναι γὰρ τὸ μὴ δεῖσθαι τὸτο, ἢ ἀποχρῆν ἢ οἱ ἢ κλάδων ἐπιβαλέμεν. καὶ ἀπεισι, τὸ κοινὸν ἀπάντων τίλει μὴ ἀτιμάσας. Accipitrem denique siue hieracem idem auctor alibi g memorat, si cadaver hominis inssepultum aspexerit, ei, vt ferunt, omni ex parte terrā iniicere; quamuis non hoc ipsi faciendum, sicut Atheniensibus Solon præceperit: νεκρῶν ἢ ἀνθρώπων ἰδρῶς (inquit) ἰδῶν ὡς λόγῳ πάντως ἐπιβάλλει γῆς ἢ ἀτάφῳ. ἢ τὸτο μὲν ἢ κελύς αὐτῶ δὲ Σόλων ὡς ἀθλιώδεις ἐκέλευσε δεῖσθαι. Ad Cætrani quidem funus celebrandum, olim conuenisse Delphinum vim magnam; & ad litus, vbi cadaver pia propinquoꝝ defuncti cura & officia cremabatur; expectasse, donec ipsa funeris iusta consummarentur, Plutarchus h fabella Cætrani tota exposita, sic admōdum tradit: ἐπὶ ἢ ὑψέρων ἀποδείκνυται αὐτῶ τὸ σῆμα πλοκίῳ τῆς θαλάσσης

a Cap. 50.

b Cap. 49. lib. 5. de animalibus.

c Cap. 43. eiusdem lib. 6. & lib. 2. de animalibus. cap. 25.

d In lib. de vita Malchi captivi monachi.

e Ad extremum cap. 43. lib. 6. de animalibus. Piumi lib. 2. cap. 30. de fornicis. Sepeliatur inter se uiuentium sola, præter hominem.

f Cap. 49. lib. 5. de animalibus.

g lib. 2. de animalibus. cap. 42. vbi quod Solonis mentionem facit, illi profus assimile, quod de leonibus agēs protulit, lib. 5. de animalibus. c. 1. vnde verba superius hoc ipso sermone à nobis expressa legere est.

h In fine libri vtra animalia plus rationis habent, fol. 1513.

εἰ προσήκουσιν ἑκαὶ, ἐπεφάνοντο πολλοὶ δεικνύειν παρὰ τῶν ἀγίων: ὡς ἂν ἐπιβαλέμενοι ἐαυτοῖς ἑκόντως ἐπὶ τὰς τὰς, ἢ παρὰ μέναιτες ἀχρῆς δὲ σιωπῆσαν. Ad miraculū quidem pertinet; memoria sancti eremita in conspectu Domini pretiosa; omnipotentia diuina impensum à leonibus, immanissimis omnium feris, Pauli corpori (quod vt in terram infoderet Antonius, deficiente sarculo, non habebat) humanitatis officium: sed tamen documento Christianis certissimo futurum, quòd opere id ab ipsis præstari Deus velit Optimus Maximus: qua de re historia sic ab Hieronymo a enarratur: *Et illi quidem (de leonibus loquitur) directo cursu ad cadaver Beati senis substituerunt, adulantibusque candidis circa eius pedes accubere fremitu ingenti rugientes, profus vt intelligeret eos plangere, quomodo poterant: deinde haud procul ceperunt humum pedibus scalpere; arenamque certatim egredientes; vniū hominis capacem locum foderunt: ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium, cernice deuicta, ad Antonium pertexerunt; manus eius pedesque lingentes: at ille animaduertit benedictionem eos à se precari, &c. Cumque illi recessissent, sancti corporis operi, seniles curuauit humeros; & deposito eq in fossam, desuper humum congregans, tumultum ex more composuit.* Antiquorum denique iustorum futera; officiosa pietate curata fuisse, & exequias celebratas, & sepulturam prouisam: ipsosque cum viuerent de sepeliendis vel etiam transferendis suis corporibus mandasse filiis certum est: quibus & aliis sacrosancti nomini Testamenti auctoritatibus significari B. Augustinus b admonet, ad Dei prouidentiam: (cui placet etiam talia pietatis officia) corpora quoque mortuorum pertinere; propter fidem resurrectionis adstruendam: vbi & illud salubriter dicitur, quanta possit esse remuneratio pro elemosynis, quas uiuentibus & sentientibus exhibemus; si neque hoc apud Deum petit, quod ex animis hominum membris, officij diligentiaque perfoluntur. Hactenus ille.

a In de vita Pauli eremita, ad finē in col. 318.

b Cap. 3. de curat. pro mortuorum gerenda. fo. 289. tomo 4. & lib. primo de ciuit. Dei, cap. 13.

Ex pietate quidem ac humanitate præcipua illud olim existimatum; vt qui se pro communi ciuium salute tanquam deuouerant, præsentique obiecerant belli periculo; eorum ibi casorum corpora, qui earundem erant partium, ad sepulturam conquirerent; redimerentque ab hostibus (si opus foret) honorèque tumuli ac funeris dignarentur: qui verò fuissent, aut adhuc tum essent hostium numero, iidem illa vel petentibus ad humationem nõ denegarent; vel potius eodem lectus, funeris, tumuli honore dignarentur. Atque hoc quidem quòd dico, tum ex iis colligitur; quæ superioris libri sermone primo attuli, veterum testimoniis: tum verò ex illis, quæ ad manus habeo, lubensque profero; vt conquirendi labore lectorè, nostrarum (cuicuiusmodi sunt) vigiliarum studiosum liberem. Miedos ab Atheniensibus sepulturae honore olim affectos; quod cadaver hominis mādare humo & occultare tanquam in communis omnium matris sinum deponere, fas piūque profus esset, ex Pausania c cognoscimus: cuius hæc verba sunt, vbi de Marathone pago; τὸς ἢ μιδος ἀθλιώτοι μὲν δ᾿ ἀλαλέσσι, ὡς πάντως ὀσιον ἀνθρώπων νεκρῶν γῆ κελύσαι.

c Atticis & lib. 3. de ira, cap. 23.

a Lib. 5. varic  
historia. cap. 14.  
b Bœoticis.  
c Vide Polybiū  
lib. 5. fol. 135.  
d Delphinus qui  
dem Carolus,  
Caroli 6. patris  
temporibus ad  
annū 1419. euo-  
cato ad se apud  
Monasteriū, si-  
ue Monasteriū  
oppidum Ioanni  
Burgundie duci  
aduersus foede-  
ra, se coram in-  
ferri eadem per  
Tanquidū Cha-  
staleum vel ius-  
sit vel passus est;  
nonnullis inui-  
tū spectasse scri-  
bentibus. Vide  
Gaguinū li. 9.  
Bein. Girard. li.  
21. histor. Franc.  
Nam cui Ludo-  
uici 11. facta illa  
obscura sunt, nō  
est cur hic per-  
ceuseam. Notū  
etiam vetus il-  
lud Arati : qui  
cū post propi-  
natum sibi iussu  
Philippi princi-  
pis venenū, in-  
de cōtracto mor-  
bo sanguinē ex-  
crearet, amico  
Cephaloni cau-  
sam exquirenti,  
hæc esse amici-  
tia Regie aucto-  
rameta, siue sa-  
laria dixitē fer-  
tur: sic enim Piu-  
tarchus Arato,  
folio 192. πλὴν  
ἐνός γε τῶ συνή-  
θων ἐν τῷ θλω-  
ματι. παρὶν τῆς  
ἀνατίστοις ἑλλί-  
μων ἰδύστος ἐνεί-  
νε. ἢ θωμυατα-  
τος: πάλιν εἰπερ,  
ἢ νεφελων, ἐπι-  
χόου τῆς βασι-  
λεως φίλιος.  
e ὅτι ὁ φινεύς ἀν-  
πρωσέλει ( in-  
quit Theophy-  
lastus) ad c. 26.  
Euangelij secun-  
dum Mattheum,  
fol. 119. & vide  
Genes. cap. 9.

f Cap. 6. iudicium ἵς qui præsumt durissimum factum iri, potentes tormenta passuros, fortioribus fortiorum inflare eru-  
ditorem. g Vide Ælianum lib. 1. de animalibus, cap. vlt. & lib. 5. cap. 15. h Lib. 1. de Clementia, cap. 10.

Apud ipsos quidem Athenienses hoc fuisse ius, siue lege constitu-  
tum, siue moribus receptum, narrat Ælianus; a vt insepulto cuius-  
libet hominis cadaueri terram iniicerent; atque ad occasum spectans  
tumularent: *νεμῶσι καὶ ἔτι ἀτλῆκος* (ait) *ὅς ἀν ἀτάρω περὶ τὴν σῶματι*  
*ἀναβῶπις, πάντως ἐπιβάλλειν αὐτῶ γλῶ, δάπνην ἢ πρὸς δισμὸς βλέποντας.*  
Ex diuerso reprehensus à Paulania b Lyfander; quòd captum Phi-  
loclem Atheniensium ducem cum quatuor millibus militum, non  
modò cædi iusserit, verum etiam inhumari passus non fuerit: quam-  
uis id illi aduersus Medos apud Marathonem; sed & Lacedæmonij  
quoque ipsi apud Thermopylas præstitissent: *ἀρχμαλώτος ὄντας ἀπέ-  
κλειψεν ὁ λυσάνδρος* (ait) *καὶ σφισίρ ἑδὲ ἀποθανῶσι ἐπὶνεγμε γλῶ, ὃ ἢ μίδω*  
*τοῖς ἀποδάτιρ ἐς μαρathonα ἐπὶρξε παρ ἀθηνάων ἢ αὐτῶν λακεδαιμονίω τοῖς*  
*πρωσέσιρ ἢ δ Ἰρμωπίδωσι ἐν βασιλείωσι ἔξέξω.* Reprehensus iridem aut no-  
tatus ab historicis c Antiochus, qui vbi Molo deuietus sese peremif-  
set, cadauer ipsius in excelso Mediæ loco suspendi iussit: qualiter no-  
stra memoria in hoc orbe Gallico patrata multa cōtra fas contraque  
ipsam humanitatem à principibus atque magnatibus; quæ vel tradi-  
dère iam vel aliquando tradent historici: quibus in tanta malorum  
nostrorum quæ intuemur, patimur, expectamus, segete; scribendi nō  
deficiente aut occasione aut materia; defuturum animum nequa-  
quam existimo. Equidem hoc tantum dicam; non satis bono, atque  
laudabili more, quamuis non inaudito utique aut nostris quondam  
principibus insolito exemplo; d talia tamque atrocía tentari atque  
perpetrari: sed quæ priuatis publicisque (quod certè miserandum)  
calamitatibus, Adrastara monente e aut ferente, statim expiari soleant.  
Saltem hoc considerare principes nonnunquam inducerent animū,  
atque à suis elemosynariis & concionatoribus, & confessionum au-  
ditoribus admonerentur, vt oportet; hoc est, seuerè, rigidè, atque  
Ambrosiano more illo integerrimo: quod Sapietia Salomonis quo-  
dam loco f è plurimis eodem pertinentibus traditur; *ὅτι κελίος ἀπό-  
τομῶ ἢ τοῖς ἐπὶ δρέχσι γίνετα,* &c. & *διωατὶ ἢ διωατῶς ἐτασδίσσηται.*  
Itémque, *τοῖς ἢ νεατάοις ἰσχυρὰ ἐφίσταται ἔξονα.* Præterea quod ab hi-  
storiciæ animalium naturalis auctoribus s traditum; non apum modò,  
sed vesparum quoque Reges, licet maius ac robustius altero tanto  
corpus habeant, mansuetos esse ac imites; quin etiam aculeo carere,  
vt neque volentes nec inuiti lādere valeant: exque eo intelligi, sub  
Regia non sub Tyrannica dominatione illos degere. Quamobrem  
Seneca h ille; apum Regi cubile amplissimum mediòque ac tutissi-  
mo loco exornatum habenti, formam insigniam caterisque dissimi-  
lem ait esse, tum magnitudine tum nitore: hoc tamen maximè distin-  
gui, quod cū iracundissima ac pro corporis captu pugnacissima  
sint apes, & aculeos in vulnere relinquunt; *Rex ipse sine aculeo est*  
(inquit.) Nōluit illum natura nec sauum esse, nec vltionem magno  
conitaturam petere; telumque detraxit, & iram eius inermem reli-  
quit.

quit. Atque vt sint, a qui contendant ipsis quoque apum Regibus  
pracacutos illos & validos aculeos inesse (quamobrem per speciem  
apis mella conficientis Ægyptios Hieroglyphicis suis Regē indicare,  
moderatori cum iucunditate aculeos quoque innasci debere osten-  
dentes, ab Ammiano Marcellino b traditur) illos tamen aculeis hu-  
iusmodi suis neque aduersus homines, neque apes in ipsas vti, quod  
imprimis admirère; verentes scilicet ne cui forsitan aculeos exer-  
cendo noceant: quoniam nefas sit Regem (quem propterea *αἰδῶσι*  
nomine à veteribus Poëtis honestatum alibi c doceo) tantarum re-  
rum inspectione, atque gubernatione occupatum, vlli homini ma-  
lum aliquod hoc est damnum, iniuriamve quamlibet inferre. Quod  
præclare ab Æliano d traditum, nec satis ab interprete perceptum  
sentio: vbi legitur, *ἔτε δ' ἐπ' ἀνδρείω ποτε χρεῶν αὐτοῖς, ἔτε ἐπὶ τὰς με-  
λίφαις, ἀλλὰ ἢ ἢ πρὸς πλάσθω φόβω ἀλλως* (istud autem ἀλλως delendum  
è scholio, alteram lectionem f *συμπεπλάσθω* adnotante desumptum,  
vt arbitror) *μηδ' ἔμεν εἶναι τὸν ἀρχοντα ἢ τὸν τοσέτω ἐφορῶν κακῶν ἔργα-  
σαθω.* Atque vt non debere subditos in Regem rebelles animos ge-  
rere, quod eadem animalcula illa suo satis exemplo admonent; quæ  
auctores iidem (illo ipso teste) referūt, in sui Regis conspectu acu-  
leos veluti fasces quosdam summittere, potestatiue ac imperio ip-  
sius cedere: *ἢ ἢ ἢ ἀρχόντων τ' σφετέρων ἀποκλίνετ' ἀ κόντρα, εἰσὲν τῆς*  
*ἔστῆς ἀφισαμύλλας καὶ παραχωρέσας* (quod vellem ab iis magnatibus  
pro eo ac dignum est considerari, qui ab his 25. annis, atque etiam  
hodie tantas turbas tragœdiæque in hoc orbe Gallico, calum terræ  
miscentes, magno populorum damno, nec minore ipsius religionis,  
reique publicæ totius discrimine, incommodo, ruina excitant) ita  
verè dictum ac superioribus conuenienter à Seneca; e *Sauam &*  
*inexorabilem iram Regem non decere.* Non multum enim supra eum  
eminet, cui se irascendo exæquat.

Porro autem esse vt fatui atque imprudentis, iram statim indica-  
re suam; ita callidi ac versuti (quemadmodum à Salomone f illo,  
id est, ab homine omnium sapientissimo admonemur) dissimulare  
iniuriam; quo eius iniuria scilicet in tempus quod sibi quis oppor-  
tunum ducat (cū ipsa prorsus alioqui remitti è Christiana chari-  
tate; aut iudicibus certè pendenda iure legitimo committi de-  
buerit) vltro differatur: sicuti à Ioabo & Absalone factum, è sacris  
litteris intelligimus; & à nostris Galliæ Regibus s non semel vsurpa-  
tum nimio Reipublicæ malo, non semel experti sumus. Præterea ti-  
miditatem in Tyrannide funestissimam, maximèque cadibus gau-  
dentem; & ex diuerso placidum & mansuetum liberumque suspi-  
cione animum, fortem esse; sicuti Plutarchus Artaxerxe scribit: quo  
loco, h ἢ δ' ἀεὶ δακλῆ φρονιμάτῳ ἔστιν ἢ τὰς τυραννίσιμ. ἴλεος ἢ ἢ πρὸς καὶ

a Citat Basilium  
homil. 8. & Eu-  
sebiū 2. de præ-  
paratione Euā-  
gelica diuersa  
sentientes Bro-  
dæus c. 10. li. 4.  
Miscell. Aristot.  
quidem lib. 5. de  
histor. animal. c.  
22. ait quia non  
vtantur, ideò e-  
xistimari apum  
Reges aculeis  
carere. *λεπτόν  
δὲ αὐτῶν μέλιται  
ἐχουσι* (ait) *οἱ δὲ  
κινεθῆναι ἐχουσι.  
οἱ δὲ βασιλεῖς ἢ  
ἢ ἐρῶνες ἐχουσι  
μὲν, ἀλλ' ἢ τὸ πῆ-  
σι. διὸ ἐνίοι μὲν  
ἢ οἰσται ἔχου ἀν-  
σῆς.*  
b Lib. 17. histor.  
c In tractat. de  
vera Philoso-  
phia (vbi Plutar-  
chi emendatur  
locus) & in c. 18.  
vbi *καὶ τῆς αἰ-  
δῆς*, & nonni-  
hil cap. 17.  
d d. cap. vlti.  
e Cap. 1. lib. 5. de  
Clementia.  
f Prouerb. c. 12.  
versic. 17.

g Videtis qua  
memorantur de  
Philippi Pulchri  
in seditiosos è  
Parisiensibus ali-  
quot post disti-  
mulatione ani-  
maduersione a-  
pud Gaguinū,  
lib. 7. folio 128.  
verso. & Girardū  
lib. 14. notum il-  
lud Regis Ludo-  
uici nomine xi.  
*Qui nescit disti-  
mulari, nescit re-  
gnare:* quod di-  
ctum commen-  
dare ausus in ip-  
so supremæ curiæ  
confessu è  
*αρχοσθονότος Πα-  
ρισίνῳ* protopra-  
ses, publicæ il-  
lius curiæ nomi-  
ne Regem affa-  
tus Carolum de  
concede hugue-

notorum Parisina; veluti non minus improuisa quàm tumultuaria excusantem, ab emunctæ naris aulicis  
magnopere notatus inpolitia ac derisus est: propterea quòd Rege coram, alia omnia sentire se de ipsius  
animò, quàm quæ ille prædixerat, profiteretur: valdeque simpliciter de fuco à Rege factò ipsiusque dis-  
simulatione ac mendacio simul, in tanto confessu, cui exterorum principum legati, & oratores plerique  
omnes intererant loqui non erubisset. h Circa finem in fol. 1872.

ἀνὸς πλῆρ ἢ θάρραλεός τις. Magni inquam animi proprium (quod Seneca ipse inibi dicebat) placidum esse tranquillum, & iniurias atque offensiones semper despiciere: sicuti ferarum, ne generosarum quidem, premordere & vrgerē proiectos; cūm elephantes leonésque transeant, quæ impulerunt: vnde ad Sriliconem Claudianus, a

a Panegy. 2. sub initium.

Obuia prosternas, prostratæque more leonum

Despicias, atacres audent qui frangere tauros.

(sic habet vetustus, quem à sodalibus Archiepiscopalis Ecclesiæ Nouempopularis siue Auscitanis habeo; vbi vulgò est, cūm sternere) transfiliunt prædas humiles:—

b Nam contrarium eadem est.

eadem illa ratione scilicet, b qua immites & ad mansuetudinem indociles, ipsæ simul meticulosæ sunt, ac ad leues quoque strepitus & fonos pauidæ: cūm è contrario generosæ ex audacia sint confidentes, ideòque hominum consuetudinem atque attractationem non defugiant: quod ipsum Plutarchus in hæc omninò verba superioribus adiectum voluit; δὴ δὴ τῶν θηρίων τὰ ἀτιθάσσοντα ἢ διεξήμερῶτα ἡσπιδεῖν ἢ δελά. τὰ ἢ γυνῆα πειθεύοντα μάλλον, δὴ τὸ θάρρειν ἢ φεύγει τὰς φιλοφροσύνας. Igitur exemplo animosiorum (vt ita loquar) ferarum; quibus insitum à natura, vt in id quod obstitit incurrant, ab eo quod cessit fractumque est abstineant; victis non esse irascendum, oppressis proiectisque non insultandum, aut lapsorum ca de gaudendum: sed ex veteri sermone communique omnium gentium iure peræquè laudabili, ac per consuetudinem recepto, ipsos tanquam supplicibus (miserationis & pietatis intuitu) cūm aliqua veluti numinis reuerentia parcendum, captisque manum porrigendam; B. Isidorus Pelusiotæ Paulo tribuno, his admodum verbis in quadam epistola scripsit: παλαιὸς λόγος διαγορευτὴ ἢ θεομὸς εἶ ἔχειν ἅπαντι ἀνθρώποις δεῖται, μὴ ἐπεμβαίνειν τοῖς πεπληρωμένοι. μὴ ἢ κήλασφάτην τὸς κειμένους. ἀλλ' ἀδείαθ ὡς ἰκέτας ἢ χεῖρα ἀρέγειν τοῖς ἐαλωμένοι. ἀνεὶ ἢ ὅτι τὰ θηρία ἔς μέτεσι φρονήματα, τὸ μὴ ἀνθεσνικὸς ἀμύνη, τὸ ἢ ἀπειρηκὸς ἀδέεται. εἰ τόνω ἢ παρὰ ἀνθρώποις ἢ παρὰ θηρίων εἰσι ἐχθρας ἢ πολέμους ὄροι, ἔς ἢ χεῖρ ὑπερβαίνειν, μηδὲ αὐτὸς ὄργισ τὸς ἠτιμωμένοι, μηδὲ τοῖς χαμαὶ κειμένοις, ὡς ἀντιπάλοις ἐγκαί. Postremò ingens instrumentum ad tutelam regni esse, contumeliarum patientiam, quod idem ille Seneca sapienter alio loco c admonuit: quam ipsam, si quam aliã, in Philippo Macedone virtutem fuisse memorat. Atque huius equidem Regis imitatione, ceteri Reges & principes ita esse ab animo cõparati debent; illud Vlysis vt memoria repetant, ac exequantur; quod ab Homero Ælianus d retulit

c Lib. 3. de ira, cap. 23.

d Lib. 5. de animalibus, cap. 54. ad extremum.

Τέτραθ δὴ κγαδίν.

Nam & superbiam siue peruicaciam solitudinis (vt ait Plato) contubernalem, quam maximè deuitandam ei, qui manum Reipub. ad-mouere, atque inter homines versari velit; & amplectendam, quæ magnopere nonnullis deridiculo est, tolerantiã: sed & libramento moderationeque (sic τὸ ἐμβύθες apud Plutarchum malo, quàm gratuitatem interpretari) ac lenitate quæ plurimum inest in virtute politica condiendam; miscendamque rationis atque doctrinæ ministerio partem illam animæ, quæ irascibilis dicitur; victoriæque atque

aded

aded contentionis est cupida, eademque simul ferocitate spiritus, & animi magnitudine prædita. Quod quia non faceret Marcius Coriolanus, propterea reprehensus à Plutarcho a illo, in hæc omninò verba; quæ, vt à superiore nostra interpretatione illuminentur, cūm ab interprete secus videantur exposita; ideò lubenter hîc exscribam: præsertim verò quod ad Tolerantiã tantopere principibus necessaria commendationem, maiorem in modum faciunt; αὐτὸς δὲ αἰεὶ ἢ μίθῳ δδ' ἐπιπικῶς πρὸς τὸ συμβεβηκὸς (de repulsa in petitione Consulatus loquitur) ἄτε δὴ πλεῖστα τῶν θυμοειδῶν καὶ φιλονεικῶν μέρη τῆς ψυχῆς ὡς ἔχοντι φρόνημα ἢ μέγιστον κερκηνυμένον. τὸ δ' ἐμβύθες ἢ τὸ πλεῖστον ἀρετῆς πολιτικῆς ἢ ἔγκραμμυμένον, ἢ ἔχον ὑπὸ λόγῳ ἢ παυδίας ἢ τὴν ὀρηκτικὴν σὺννοπῶν (ὡς πλάτων ἐλεγε) ἀνθάσασιν, ἀθ' ὡς ὡς δ' εἰ μάστιγα διαφύγειν ἐπιχρηούτα πρῶτα κοινοῖς, ἢ ἀνθρώποις δμιλεῖν, ἢ γυνέσθ τῆς πολλῆς γελωμῆτος ὑπ' ἡνίων ἀνεξικανικῶς θρασυῖν. Sicut & ista eiusdem auctoris alibi b de Epaminonda loquentis; qui existimaret magnam partem virtutis, & magnanimitatis in Reipubl. mode ratione, ciuium tolerare iniurias: cūm esset Pelopidas iracundior & ad vlscendas iniurias propensior, quàm oporteret. τὸ ἢ συμπαύτημα καὶ τὴν πείραν ἐπαμινόνδ' ἠνεγκε πρῶτος: μέγα μέρθ ἀνδρείας ἢ μεγαλοφυχίας τὴν ἢ τοῖς πολιτικοῖς ἀνεξικανικῶν ποιέμενθ. πελοπίδ' ἢ ἢ φύσθ θυμοειδῆσθ ὡν, ἢ πᾶρθευόμενθ ὑπὸ τῶν φιλῶν ἀμύνησθ τὸς ἐχθρὸς ἐπελάβετο τοιάυτης ἀτίας.

a In Caio Mario Coriolano, fol. 401. videto & sub finem in fol. 427. τὰς δὲ Μαρ- κίων πρῶτας καὶ αἰετὰς τῶπο μὴ ἀφροσύνην ἐπιπικῶς ἐπιπικῶν αὐτῶν τῶν εὐ παυδίας τὸν ὄρηκτικὴν σὺννοπῶν (ὡς πλάτων ἐλεγε) ἀνθάσασιν καὶ ὑπομείνασιν.

b Pelopida fol. 530.

A patientia virtute Regia in Philippo commendata, cui hosce aliquot versus impendere libuit: ad illam alteram circa exequias, atque sepulturam hostilium cadauerum, humanitatem; vnde fueram digressus, redeo: atque hoc equidem lubentiùs, quòd ab illa ipsa cūm alios principes, tum illum quoque Imperatorem & magnum profectò, & magni cognomento principis Alexandri patrem, celebratum ab historicis reperio. Singulari etenim humanitate ac prudètia vsūm erga superatos ad Cheroneam Athenienses, auctor Polybius: vt sine vilo redemptionis pretio, captiuos dimitteret; peremptorum sepul- cram curaret, ossibus Antipatro commendatis: eosque qui ab ipso defecerant, modico sumptu exacto liberaret. Ita enim ista c inter- pretor χρεῖς λυτῶν ἀποπέλας τὸς ἀρχικλῶτες ἢ κινέσας ἀθλιώων τὸς τῆλεθηνικῶτας: ἐπὶ ἢ σωθῆς ἀντιπάθῳ, τὰ τέτωρ ὄσα ἢ τῶ ἀπαλαττομῶων τὸς πλεῖστος ἀπίσας μινεῖσθ διαπῶν δὴ τὴν ἀρχικλῶων τὴν μεγίστω πρῶτῳ καταργάσασθ. Sic omninò pro ἀμύνης ibi iam dudum lego; minimè adnotatum ab Vrsino doctissimo in suis ad Polybium notis, quas eclogis Polybij de legationibus adiunctas voluit; sed ita lego, vt ista interim quæ illi verbo propinqua sunt (μινεῖσθ διαπῶν) cum iis connecti posse intelligam: tanquam historici grauissimi mens ista sit, dimissos ac liberatos à Philippo eorum plurimos, qui ab ipso defecerant, atque in contrariis partibus steterant; qua ratione, modica impensa, rem maximam solerter ac prudenter confecerit. Philippi filium Alexandrum patre dignum, verèque magnum, non nudo nomine Imperatorem; post superatum Darium sepultis cum cura militibus, quorum corpora inuenerat; Persarum quoque nobilissimis eundem honorem haberi iussisse, matrisque Darij permisisse, quos

c Ex lib. 5. pag. 140 ad quã paginam alia mē- da hoc prater- misso quod nota- mus, Vrsinus Fulvius curauit.

veller

a Lib.3.histor. vellet patrio more sepeliret, à Q. Curtio a proditum recordor. Eius fuit permitttere, qui victor esset:quin etiam certissimum victoria iudicium ac testimonium olim existimatum; ius & potestas in cadauera peremptorum in acie. Quamobrem ita de Eumene scriptum apud Diodorum Siculum; b Eιμενης μὲν οὐ ἐπιχειρῆσαι ἀναλίσσειν ἐπὶ τῶν νεκρῶν, ἀποδείξαι κρατὲρ τῆς τέτταρ ἀμιγρέσεως; καὶ τὴν νίκην ἀναμφοδότησιν περιποιήσασθαι. Et de Antigono paulò post, ἐβιάσατο μὲν τὸ πλοῦθ' ἐπὶ τῶν νεκρῶν στρατοπέδωσαι. κέρει δὲ γονύμενον τῆς τέτταρ ταφῆς, ἀμφοδότησιν τῆς νίκης ἀποφονεύμενον προσημύδατον ἐν ταῖς μέγαις εἶναι, τὸ τῶν πεσόντων κτερίσσειν. Eumenem profectò mortuum iste propinquis eius sepeliendum tradidit, teste Probo Æmilio. c Iam verò Philippus ille, de quo dixi, suorum cadauera olim in prælio casorum à Romanis ad eum Thessaliæ locum qui κινὸς κεφαλῆ nuncupatur, insepulta reliquerat: igitur vt ipsum infamaret inuisumque Macedonibus redderet Antiochus, quorum captabat gratiam; ossa & reliquias casorum, quæ ad eam vsque diem honore sepulchri caruerant, legi; ac magnificè tumulari iussit: qua de re sic ferè Appianus, d ὁ δὲ Ἀντίοχος Ἰλλυριοῦ ἐπὶ δεξιᾶς καὶ γονύμενον ἐν κινὸς κεφαλῆς; εἶθα τὸ πᾶσιμα τοῖς μακεδόνων ἐπὶ Ῥωμαίων γεγένητο: τὰ λείψανα δὲ τότε πεσόντων ἀταραχῆ ἄντα, μεγαλοπρεπῶς ἐθαψέ, Δημοσποῶν ἐς μινύνας; καὶ φίλων διαβάλλων ἐ δάξαι τὴν τῆς ἑπὶ αὐτῷ πλοῦθας. Antigoni filius Demetrius ille Poliorcetes post fugatum suum Ptolomaum ad Salamina prælio nauali, cum Menelaus quoque manus dedisset, ipsamque Salamina naues ac pedestres copias ei tradidisset, ac equitatum maximum: hæc victoriam adedò claram & insignem, multò magis facilitate illa sua, & humanitate decorauit (sicuti Plutarcho e narrante didicimus) hostes qui ceciderant magnificè funerando, captiuos missos faciendo; & insuper Atheniensibus tantum è spoliis armorum numerum denudando, quantus mille ac ducentis militibus exornandis sufficeret. στῶ δὲ λαμπρῶν καὶ καλῶν τῶν νικῶν γονύμενον ἐπὶ μᾶλλον (ait ille) ἑπικουρῶν δὲ ἀμιγρέσει ἀγνωμοσύνη καὶ φιλανθρωπία τῶν νεκρῶν δὲ πολέμιων ἐθαψέ μεγαλοπρεπῶς, καὶ τῶν ἀρχικαλῶν ἀφίκεν. Ἀθιναίους δὲ χιλίας καὶ διακοσίας ἀπὸ τῶν λαφύρων ἐδώκεν αἰσίο πλοῦθας. Demetrii filius Antigonus, cum ipsi filius Alcyoneus caput Pyrrhi hostis à Zopyro milite abscissum attulisset, atque ad pedes confidentis cum amicis abiecisset: tum filium nefarium & barbarum vocans incusso baculo abiecisset, tum chlamyde oculis admotam illacrymasse; auti Antigoni, & patris Demetrii domesticorum exemplorum, ad fortunæ vices recordatus, truncumque Pyrrhi corpus, cum capite ipso exornatum cremauisse dicitur: cuius historia Plutarchum f eundem auctorem habeo: ex qua visum est, pauca hæc verba isti loco inferere: δεασάμενον δὲ καὶ γὰρ δὲ Ἀντίγονον τὴν μὲν ἢ ἀπίλασε τῆ βασιλείᾳ πῶσαι καὶ καλῶν ζῆσθαι καὶ βαρβαρῶν. αὐτὸς δὲ τὴν χλαμύδα προσδέμενον τοῖς δέμασιν ἐδάκρυσεν. Ἀντίγονος δὲ ἄππυ μισθῶν, καὶ Διμητρίους πᾶσι οἰκείων παραδεδωκέντων ἐς τύχης μεταβολῆν. τὴν μὲν οὐκ κεφαλῆν καὶ τὸ σῶμα δὲ πῶθ' ἀμφοδότησιν ἐκασεν. Hoc factò tantum sibi ex humanitate decus Antigonus atque Demetrius ad suas de hostibus victorias asciscere, quatum illo simili ad Cheronæam Philippus olim

b lib.19.Bibliotheca.

c In Eumenis vita, in princip.

d Lib.4.de bello ciuili.

e In Demetrio, fol. 1641. lib. à Stephano impressi.

f In Pyrrho ad finem in fo. 741. & 742.

erga superatos Athenienses: & quantum ex diuerso dedecus ille alter Antigonus cum Alcetæ hostis cadauer per triduum caderet, insepultum denique iacere sineret: sicuti Diodorus a in hæc verba scribit, δὲ ἂν τῶν παραλαβῶν τὸ σῶμα καὶ καίτοι αἰσίο μὲν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς σῆμα λάβοντες ἀπέρις αὐτῶν ἀταραχῆ ἀνέβησαν ἐν τῆς πεσόντων: quantum illo altero quod memorabam modò, Barbarorum mores imitatus scilicet: cum superatus à Romanis suorum cadauera neglectui haberet, nec ad sepulturam à victoribus petere dignatus esset: quod ipsum Gallis quoque ad Thermopylas vsu venisse (de quibus Græci victoriam reportarant, multisque vtriusque caesis ipsi suos sepelierant) nihil vt referre arbitrarentur: vtrum humarentur corpora, vel canes ac fera ipsi saginarentur, rapacisque alites pascerentur: quo scilicet, ne mortuorum quidem vlla se misericordia duci solitos demonstrarent, ipsosque hostes ita metu percellerent, à Pausania. b literis proditum in hæc verba: τότε δὲ ἐν ταῖς θερμοπύλαις οἱ μὲν Ἕλληες μὴ τὴν μάχην τὰς τε αὐτῶν ἐθαψῶν καὶ ἐσοκύντων τῶν βαρβαρῶν: οἱ γὰρ αἱ τοῖς ἑπὶ ἑπὶ ἀμφοδότησιν τῶν νεκρῶν ἐπιμνησκύνοντο ἐποιοῦντο τε ἐπὶ τῶν σπῆς τυχῆρ δὲ θνήσκει τε αὐτῶν ἐμφορῶν καὶ ὅσον τεθνεώτων πολέμιον ἑστῆν ὄντων. ἀλλὰ ὡς ἂν αὐτὸς ἐς τῶν ἀπογομολίων ἔχειν τὰς ταφῆς, δίδο μοι δόκειν τὰ ἀντιθέθηα ἰδῶν, πολεμίας τε ἀνδρῶν ἐπιπλάσσειν καὶ ὅτι ἐστὶ τεθνεώτων ἕδ' ἐθὺς οἰκῆται αὐτοῖς. A barbaris istis atque belluinis moribus alienissimi Athenienses olim decem Pratores siue Imperatores suos è pulcherrima victoria (naturalis scilicet apud Arginusas vbi Lacedæmoniam classem deleuerant vt ex illo Diodori loco apparet: quem extremo capite primo libri superioris, cum de sepulturis agerem, attulit) venientes capitali iudicio exceptos necarunt: quod militum corpora scuitia maris interpellante, sepulturæ mandare non potuissent, à Valerio c Maximo alicubi proditum: quod ipsum curante potissimum Callixenoita decretum, ab Atheniensibus, me docuit Eustathius: ad extremum Iliados Homericæ sic admodum scribens: μνηστῆρ δὲ ἐνταῦθα καὶ καλλίβητος δὲ ἀπίλασε, ἐς ἐπιμύσατο θανάτῳ στρατηγὸς ἀθλῆς εὐάνης οἱ χερσῶν ἐπιμνησκύνοντες, σφιδρῆ ἀποδείξασθαι ταφῆς τῶν ἐν ναυμαχίᾳ πεσόντων. Hunc quoque barbarorum non minus, atque adedò veterum Gallorum (dum belluino ritu, vitam sine vilo religionis cuiusquam, ne dum Christiana mitissimæ sensu agerent) fuisse morem; idem alibi Eustathius refert: cum superiores in prælio extitissent, captiuos si quos haberet, mactare ac perimere; velut cuiusdam sacrificij loco: Minus malum minusque reprehendum, quam id Achillis factum fuerit; qui in Patrocli amici funere, duodecim lectissimos è Troianorum captiuorum numero iuuenes interemerit lethoque dederit; non calore iracundia, sed consulto consilio, & prameditato apud se tam impio facinore. Quamobrem ab Homero d ipso (cuius verba, ita vt dixi, præter alios expono) non obscurè carpitur: quo loco, δίδουα δὲ τρεῶν μεγαθύμων ἡέας σθλῆς χαλκῶ δνύων. κακὴ δὲ φρεσὶ μίσητο ἔργα. Ad quem Eustathius, illud de Gallis, quod monebam modò, rerulit sic ferè: e ἀλλὰ καὶ τὸν ἀχλὴν ἐμέμλετο, ἐπὶ τῶν

a Diodorus Siculus lib. 18. Bibliotheca, folio 652.

b Phocicis. Fuisse tamen moris Galatarum, vt defundi familiares & affines inscriptas epistolas ad rogum coniceret, tanquam eas mortui mox apud inferos lecturi essent: ex Diodori Siculi li. 6. Bibliotheca, ca. 9. intelligitur.

c Lib.3. cap.8. de constant. in exemplo de Socrate; & lib. 2. cap.8. de temeritate, in fine.

d Iliad. 4.

e Fol. 1224.

καὶ ἡ φρέσι μίδοτο ἔργα

κρίνω μὴ ἀγαθὸν εἶναι τῶν τοιούτων ἢ Ἀχιλλέως πρῶτον, ἀλλὰ θεοῦ δὴ ἢ ὄντι βαρβαρικῶν. εἴτις ἔδιδυμῆτο τῶν λέγσασιν ἰσοείων ὅτι γαλάταις ἔθ' ὠϊνὰ πρῶτον μὲν τι ἦν τοῖς πολέμοις λάβωσι θύσας τὸς ἀρχμαλάτους. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἔτι λόγος. ἢ γὰρ τις ἀπαρχὴ πρὸς τὸ θεῖον ἢ θυσία. τὸ ἢ ἢ Ἀχιλλέως πάντη ἀλλοῖον ἦν. Haecenus ille. Utinam sedato propediem hoc tumultu, siue incendio potius quo miseram Galliam conflagrare non sine lacrymis intuemur, cum tantum iam Gallici sanguinis utrinque fufum sit, cum etiam victis victoribusque finis aequè maturus imminet; quieti potius pacatiquè quantulumcunque superest exigamus, ut monet Seneca: <sup>a</sup> dum inter homines fumus colamus humanitatem, non timori cuiquam, non periculo sumus; nulli cadaver nostrum iaceat inuisum: certè quidem id Francogallis nostris ne accidat, ut eos qui secum in partibus steterint, & in acie ceciderint, insepultos (quod sicut olim Atheniensibus capite vindicatum scelus in suis licet alioqui victoribus, ita quoque in Gallis merito à Paulania reprehensum indicaui) ac ferarum laniatui expositos sinant; néve illos quos habuere hostium numero captiuos, illo altero Eustathiano Gallorū exemplo trucident, mutato in peius consilio; quos praelij discrimine liberatos parcente, non fortuna <sup>b</sup> belli, sed Deo seruaerint: aut ipsorum certè cadauera suis ad sepulturam postulantibus ne contra humanitatem, & commune ius gentium denegent; quod ne Pœnum quidem Hasdrubalem infensissimum Romanorum hostem fecisse legimus: de quo Appianus <sup>c</sup> refert, ipsum Tribunos Romanos, qui in pugna occubuerant, rogatu Scipionis eorum ducis tumulasse; siue quod rem humanam, & in bellis administrandis communem existimaret: siue Scipionis gloriam coleret, praclaramque hominum de ipso existimationem vereretur: εἴτε τὸ ἔργον (ait) ἀνθρώπων ἢ κενὸν ἦν τοῖς πολέμοις ἡγέμενον εἴτε τῶν συμπίων εἴτε ἄλλων ἢ δὲ δειδύσ τε ἢ δ' ἀραπειῶν. Iulianus profectò Caesar Martius iuuenis (Ammiano Marcellino <sup>d</sup> teste) post Argeroratensem pugnam sollicitus ne dira volucres consumerent corpora peremptorum, sine discretione cunctos humari mandauit: vbi τ' <sup>e</sup> sine discretione, sic accipio, siue suorum scilicet siue hostilium. Admodum piè Iulianus alioqui παρβατῆς, & humanè; quòd hostis cadaveri non insultauerit, sed iusta siue gentili, siue Christiano; à quo nondum defecerat, ritu peragenda curauerit; exemplum secutus Romanorum imperatorum ab hac pietate cum primis celebratorum apud historicos: Pompeij quidem magni, qui missum ad se Mithridatis cadaver à Pharnace nò humanum modò, sed Regis Sinopensium sepulchris sumptu etiam suo inferri iussit: quod Appianus <sup>e</sup> in hac verba memorat, Πομπήιος δ' εἰς μὲν τὸ σῶμα ἢ Μιθριδάτης χερσὶν ἔδωκε, ἢ δ' αὖτις βασιλεῶν τάφῳ τοῖς δευραυτοῖσιν αὐτῆ προσέταξε ἢ ἦν σὺν τῶν τοῖς βασιλεῶσι ἔθετο ἢ τὰφοῖς: ἡγάμενον αὐτὸν τῆς μεγαλουργίας, ὡς ἢ καὶ αὐτὸν βασιλεῶν ἀρίστην. Sed & Antonij triumuiiri Reipublicæ constituendæ; qui Brutum hostem occisum operiri optimo paludamento voluit, iustisque ipsi factis, cineres, reliquiasque matri Seruiliæ trāsmisit, quemadmodum idem Appianus <sup>f</sup>

a Ad finem lib. 3. de ira.

b Ennius apud Cic. lib. 1. Offic. Quorum virtuti boni fortuna perperit.

c Libyca.

d Lib. 7. histor.

e Mithridatica.

f Lib. 4. ciuil.

auclor

auclor est; quo loco, καὶ βροτῶν Ἀντωνίου ἀκροῦσιν περιέβαλε τε τῆ ἀρίστη φημιδὶ δὴ τῶν, ἢ κάσας τὰ λείψανα τῆ ματὲ Σερειλία ἐπεμψεν. Neque verò ista humanitas bellicosum rebûsque fortiter administrandis impigrum ac strenuum Imperatorem dedecet: quamuis enim in bello, id est (ut quidem ipse accipiendum censeo) donec dubius belli Mars in pugna ipsa & praelio, antequàm de victoria certum quid Imperator habeat, nullum clementiæ locum esse debere; vtiliter fortasse ac prudenter veteres pronunciauerint; sic ferè, *In bello nulla clementia*: vnde citato in testimonium versu Homericò Pausanias quoque alii cubi, <sup>a</sup> ἀνδρὶ χερὶ πολέμου κατασάλα ἐς μάχην ἔδδεν ἔτι ἔχων ἦπιον: καθὰ δὴ ἢ Οὐμῶν περὶ Ἀχιλλέως ποσειδῆα, λέων δ' ὡς ἄγρια αἶδα.

nihilominus tamen vbi res in tuto esse cœperint, Partha (inquam) victoria, nihil præstantissimo duci atque adeò Regi laudabilius, honestius, aut etiam conducibilius; quàm vel hostem fufum atque superatum tantisper insequi, donec victoria constabilita fuerit, deinde se statim recipere (cum Græcicum non esse immò barbarum potius, Plutarcho <sup>b</sup> teste, Lycurgus assereret, cedentes interficere; hostes verò si scirent cedentibus parci, repugnantes occidi: fugam pugna vtiliorem sibi arbitratos.) vel etiam subiectis qui debellabantur dum superbi forent, postea fractis parcere; Deique Regum Regis omniumque patris exemplo clemèter ignoscere: sicuti tum superioris libri secundo capite diximus, tum verò huius lib. 16. & sequentibus sermonibus (quibus de pietate principum ex professo disceptabitur) demonstrare certum est. Ac multò magis domesticorū perduellium, qui arma tulerint còtrà in partibus; non modò extraneorum iustorumque (immò iniustissimorū, cum vtiq;e omnes Christiani sumus) hostium, præsertim autem Catholicorum, post interuentionem cadauera curate, humòque aggesta tumulare ac iusta facere; quin pium Deoque gratum sit; idque operam dare militares duces, Regem aut si quem alium principem, cuius auspiciis bellum geritur, exemplo ipsius Davidis <sup>c</sup> & sehu, <sup>d</sup> oporteat; nemo qui homo sit ynquam dubitauerit. Ex diuerso autem etsi non nego, quin Tyrannorum occisorum corpora contumeliosè non Romani modò habuerint, qui perduelliones & monstra illa crudelium atque voluptuorum Imperatorum obruncata vnco per urbem in Gemonias Tyberimque pertrahi curabant (qua de re libri superioris nono capite affatim diximus) verum ipsi etiam Græci: sicuti de Alexandro Pheræo primo Tyrannorum omnium à propria vxore Thebe sublato, Plutarchus <sup>e</sup> narrat; cadaver ipsius cum contumelia proiectum à Pheræis, & conculcatum, visumque esse dignum facinoribus suis exitum inuenisse: τῆ μετὰ θάνατον αἰκία ἢ σώματι ἢ ῥήματι ἔπι τῶν φεράων ἄξια σπενθῆναι δόξαντα ἢ παρὰ ἠρημάτων. Sicuti de Phocione itidem (ut omittam interim ea quæ de proditoribus Atheniensium extra terram Atticam post necem proiici iussis, in eclogis ad Diodorum Siculum adnotare memini) Plutarchus <sup>f</sup> ipse memorat; post haustam in carcere cicutam inimicis visum dare insuper operam; ut

a Laconicis. b In Agraphi. Lacon. pag. 405. & in Lycurg. vita, fol. 9. lib. à Stephan. excusi: εἴτε ἐλλειπόν φωνῶν τὸς παρὰ κεραιώτας φωνῶν ἀλλὰ ἢ γρησμεν. εἰδύτας γδ τὸς μαχημένους τὸς αὐτῶν ὅτι φερόντων μὲν ἔθ' ἐν δὴ δόντων ἀκροῦσιν δὲ τῶν μένων τὸ φεύγοντων ἀφελίμων τεσσὼν ἢ ἰσασαῖ. c Qui Saulis filiorumq; ac nepotū eius à Gabaonitis caforū ossa legit, & in paterno is in sepulchro tumulauit, ut est lib. 2. Reg. cap. 21. d Qui maledictam Iezabel quāuis Dei iussu castram: nihilominus quòd filia Regis esset, sepeliri mandauerat: ut est lib. 4. Reg. cap. 9. ad finem. e In Pelopida ad extremū in fol. 543. ὁρῶντων τῶν ἐγγύων ἐπὶ τῶν νεκρῶν ἰδίας δόματα δέσσει, &c. f In Phocione ad finem, eòdem pertinet quæ de Hyperide atque Antiphonte Atheniensibus Oratoribus illustribus ob perduellionis crimen insepuitis, & iuxta leges ossibus eorum proiectis ex Atticæ atque Macedonia finibus perperua ipso- rum & posterorum memoria inuista infamiae nota idem Plutarchus tradit in vitis decè Rhetorum, fol. 1560. Stephanici libri 1331. & 1333 vnde scripti non nihil ad cap. 8. supra in marg.





a D. Augustinus sub-initium lib. de curat. pro mor. gerend. ad Paulinum, folio 288. in Machabæorū libris legimus oblatum pro mortuis sacrificiū. Sed et si nusquam in scripturis veteribus omnino legatur, non parua tamen est vniuersæ Ecclesiæ, quæ in hac consuetudine claret, auctoritas: vbi in precibus sacerdotes quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locū suum habet etiā cōmēdatio mortuorum. Vide & in cap. 4. nō sunt prætremittendæ sūplicationes pro spiritibus mortuorū, quas faciendas pro omnib⁹ in Christiana & Catholica societate defunctis etiam tacitis nominibus quotūmq; sub generali cōmemoratione suscepit Ecclesiā, &c. quæ videtis, & cap. 8. & vlti. itē in quæstionibus, siue traditionibus Hebraicis in Genesis in col. 346. videatur.

c Viao adhuc Henrico iij. Vallesiorum vltimo Francorū Rege. d Lib. 6. natural. quæstionū, c. 32. e Lib. 1. de tranquillitate animi, cap. 4.

miserationem denegare perspicuum feci: precum denique sacrarum publicum, quod vtraque Latinorum & Græcorum Ecclesia vetus adhibuit semper officium; a velim equidem ne ciuib⁹, ne Christianis, ne Catholicis plerisque, post illatam necem infestarum acierum duces, siue archimagiros b appellare malis; quod factum faciant ex hostibus, vt Plautus loquitur ( quos cum hæc scribo, c quando iam sunt in Parisiensī agro arma contraria disposita vexillis; & in mutuam perniciem, quod ait Seneca, d multorū millium par furor: vel dare iam, vel propediem ad concursum daturus signum vereor) impio atque inhumano animo inuideant; neq; mortem insepultam (quam Theodoro Philosopho minatum olim Tyrannum, idem ille auctor est Seneca e) contumeliosè inferant: quando seruare ad bonam fortasse frugem aut mentem ipsos, cum Deus volet, redituros, æquius ac verius fuit; quàm odio internecino, quàm intestino & bello prosequi: quàm furialibus & propemodum Gallie funestis præliis, interimere; ipsamque simul optimam omnium parentem suis iam ruentem viribus, extraneorū insuper atque communium hostium depredationi miseram permittere. Quod Deus Optimus Maximus omen vt auertat, exposco, & quantū potest efflagito.

S V M M A.

Communis locus de his quæ fœmineo sexui vetitæ: nomicus atque historicus, obseruationibus aliquot ac emendationibus pellucidus.

Ad l. cum prator, 12. §. non autem, D. de iudic. cuius circa seruorum & fœminarum à iudicando prohibitionem ratio indagatur. De iure gentium ex quo præstantiores ac prudentiores imperant ac decernunt. Vir menti, fœmina sensui comparatur à Philone. De Debora fœmina iudice ac duce, immò prophetissa. De sexu fœmineo ex Tacito & Iosepho: apud quem à testimonio etiam repulsus cum seruili statu iura Mosaico: quatenus à docendo ex Evangelica lege; Tertulliani loco exposito. Hypatia Theonis filia eruditio. Quatenus à testimonio repellantur fœmina iure constituto aut canonico; quatenus forensi usu in causis criminalibus in testamento, atque codicillis: quatenus vetusto civili iure. Pœna fœminarum ad spectacula in scio munio. I hilo castigatus Afrania & Amestia Sentia impudentiam ab ipso notatam videri: cum quo comparatus Clemens Alexandrinus. Telà non concionibus occupandas fœminas: quæ iidem vt Musca Pisana, sedēdebant à conuentu Olympico, vitanda hominum frequentia; ex Æliano duobus locis: quorum altero iuru vetusti meminit ipsas accessu Olympicorum spectaculorum, prohibentis: cuius facta sit Phœnica gratia, sicut etiam Philo. Fœminas apud Olympiam decertasse non antiqui, sed sub Romanis Imperatoribus videri, nisi forsitan priuato mulierum inter ipsas spectaculo: nec nisi altero humero nudatas, & nisi antisitas. Cateris quidem apud Olympiam, Diana verò Pythicis agonibus. Quibus fœminas ludos spectandi ius antiquitus fuerit, & Phœnica alterum nomen. Spartanarum virginum in exercitationibus denudatio publica Taciti locum obiter emendatus. Athenensium iure quæ ex causa fœminis adire magistratus fas fuerit, cum alioqui more ab ipsis ad Romanos prolato in ius iudiciumve procedere vetarentur. Explicata l. 1. C. Th. de rapt. virg. de iure Romano vetustissimo, cui contraria consuetudine cum esset derogatum id restitutum fuisse denique. De isto circa postulationem quidem aut accusatoris loci aliquot in iure minime vulgares indicati. expostia l. 3. C. Theod. de accusa

accusatio. Quadam iure scripto non illicita, populū tamen Romanū moribus illicita, exemplis aliquot ostenditur: in quibus de fœminarum testimonio; cuius prohibitio iuris controuersi circa crimina, certis circa legis actiones & vltimas voluntates: Harmenopoli loco illustrato. Circa contractus quid à Leone Philosopho aut qua ratione constitutum; quid usu apud nos receptum. Iudicandi officium an fœminis conueniret, antiquitus dubitatum. Muliebrem sexum plerumque masculino cedere; sed nonnullas tamen præstantiores viris fœminas fuisse, quarum allata nomina. Silentium decere mulierem. De fœminis iudicibus à Strabone insignis locus.

CAPVT XIV.



V o d ait Paulus, a quosdam lege impediri ne iudicent iudicēse dari possint, vt qui Senatu morus est: quosdam natura, vt surdum mutum, vtroque nimirum sensu carentem; itēmq; furiosum (scilicet perpetuò, non per interualla dilucida; ob id quod traditur à Papiniano b alicubi) ac impubērem denique: quod omnes hi iudicio careant. Moribus postremò seruos, & fœminas: non quia non habeant iudicium, sed quia receptū est vt ciuilibus officiis non fungantur. Certum non scio, vtrum quod satis est à vulgaribus interpretibus expensum adhuc fuerit. Atque (vt verè dicam) postremum istud, Moribus prohiberi ne iudicent, seruos & fœminas, quoniam id receptum ita est, &c. et si hanc idoneam habere sententiā videatur, argumento deducto velut à toto ad partem, aut ab vniuerso ad speciem; vt qui ab omnibus ciuilibus officiis remoti sunt (ex quorum numero & iudicandi munus esse ostendimus, in commentario c ad iuris antiqui regulas) ij munere isto fungi non queant: mallem tamen, quibus gentiumne omnium siue plerarumque, an solius populi Rom. moribus; & quamobrem, à iudicando fœminæ seruique prohibeantur, esset à Iuriconsulto expositum. Equidem etsi non nego, quin apud nostros quod moribus receptum dicitur, de populi Rom. moribus exponi debeat: d hoc tamen aio, iuris gentium illud interdum, immò vt plurimum esse; quod ipsis Romanorum moribus fuerit comprobatum. Quo ex genere, iudicationis in fœminis ac seruis prohibitionem esse censeo. e Nam cum superioribus atque præstantioribus alioqui cedere, subiicique, certa quadam natura lege (de qua superioris libri f quodam sermone verba fecisse me recordor) inferiora omnia soleant; ipsaque obedientiæ atque subiectionis lex terrestria omnia atque cœlestia cōtineat: quamobrem, cui sine periculo sequi fas sit, is vt præcedat imperetque aliis minime debeat eniti: iuxta verus illud ex Antonij collectaneis, g desumptum, h τῆς τῶν ἀνωτέρων ἐπιταγῆς, ἀρχαῖν ἐπιταγῶν ἐπιθυμῶν. καὶ ἰδὲ τῆς ὑποταγῆς ἡμῶν καὶ ἀνωτέρων, ἢ καὶ τῆς ἐπιταγῆς οὐκ ἐστὶν ἡ ἐπιταγῆς: cum sit honestissimū, vt præstantioribus inferiores pareant atque obsequantur; καὶ ἰδὲ τῶ ὑπερήφανον (ait Philo Iudæus h alicubi) τὸ χεῖρον ἀνομιῶν ἢ τὸ βαλῶντος ἐλπίδα: sicut è contrario durissimum, difficillimum ac minime ferendum, vt Sus (quod est in prouerbio) Mineruam doceat: vt ve stultiores prudentioribus, deteriores melioribus impe

a l. cum Prator, 12. D. de iudic. §. non autem.

b l. cum furiosus, 29. cod. tit.

c Ad l. 2. D. de reg. iur.

d Vt iis locis qui citantur à Brissō, & aliis Lexicorum iuris authoribus in verbo, Mores.

e Cur moribus serui vel fœminæ à iudicando prohibeantur, vide Aristot. Politic. 1. cap. 8. Robert lib 3. Sent. cap. 23. quem & alios citat Medius in notis ad d. l. cum Prator. f Cap. 2. lib. 2. Semestr. vbi Polybij, Plutarchi, Aristidis & Iosephi testimonia protulimus.

g Locor. comm. ferm. 149.

h τῆς τῶν ἀνωτέρων ἐπιταγῆς, ἀρχαῖν ἐπιταγῶν ἐπιθυμῶν. καὶ ἰδὲ τῆς ὑποταγῆς ἡμῶν καὶ ἀνωτέρων, ἢ καὶ τῆς ἐπιταγῆς οὐκ ἐστὶν ἡ ἐπιταγῆς: cum sit honestissimū, vt præstantioribus inferiores pareant atque obsequantur; καὶ ἰδὲ τῶ ὑπερήφανον (ait Philo Iudæus h alicubi) τὸ χεῖρον ἀνομιῶν ἢ τὸ βαλῶντος ἐλπίδα: sicut è contrario durissimum, difficillimum ac minime ferendum, vt Sus (quod est in prouerbio) Mineruam doceat: vt ve stultiores prudentioribus, deteriores melioribus impe

impèrent: quod ex illis Antonij collectaneis ita relatum Græcis ver-  
bis memini, *ἀλλ' οὐ καὶ χαλεπότερον τὸς χεῖρας ἢ βελτιόνων ἀρχεῖν, ἢ τὸς ἀνοσιτέτους τοῖς προσηγοτέροις πρῶτον ἄρχειν.* Iudex verò non minus quàm  
qui docet, immò verò multò etiam magis, quadam inter eos ac pra-  
tis qui coram ipso litigant, quorumque ipse controuersis decidendis  
& finiendis est additus, auctoritate dignitatèque polleat ac praestet:  
propterea quòd maior à minore iudicari non possit: <sup>a</sup> absurdum pro-  
fectò, & ab omni ratione naturali alienum foret, si serui liberorum  
hominum, fœminarum virorum diiudicarent controuersias: quoniam  
seruorum qui statum nò habent (etsi ex eo numero Phædonem Me-  
nippum Pompolum, Pèrseum Myem Epictetum non incelebres  
olim Philosophos fuisse constat: <sup>b</sup> vt de Diogene Cynico, qui ex li-  
bertate in seruitutem venerat, sileam) vilissima deterrimàque con-  
ditio; <sup>c</sup> fœminarum imbecillior sexus, iudiciùmque animi & confi-  
lium infirmius plerunque sit, atque habeatur: menti denique scienti-  
arum capaci viri: sensui verò quem rationis experientem & inferiorem ob-  
temperare menti vt praestantiori oporteat, fœmina comparatur. Nam  
Philo causam afferens, quam obrem deus non Enam, sed Adamum  
à peccato ad se vocauerit; *συγκληθὲν ἔμ (inquit <sup>d</sup>) ἔμ Ἀδὰμ ἔμ νό, ἢ  
ἢ γυνὴ ἀνοσιτέτος. ἰδία δὲ αὐτὴν ἔμαλτι. ἀλλὰ τί; ὅτι ἀλογῶ. ἔσα ἀλεγχου ἢ  
ἔαυτῆς λαμβάνειν ἔδιδύκται, &c. μόνων γὰρ σομάτων διακρίτων ἔργαστο ἀν-  
τὴν ὁ ἔργαστο μόνων. ὃ ἢ νῆς ὁ ἀνοσιτέτους ἔστιν, &c. & postea, ἀνοσιτέτους  
τὸν ἔστιν ἀνοσιτέτους νοῦν, ἀλλὰ μὴ ἀνοσιτέτους νῆ. ἀλλὰ γὰρ τὸ κρείττον ἀρχεῖν, τὸ  
ἢ χεῖρον ἀρχεῖν ἀλλὰ: νῆς ἢ κρείττον ἀνοσιτέτους.* Ac parum mouet, quod de  
Deborâ Israelitarum iudice fœmina primaria ex Iudicium 4. cap. profer-  
ri exemplum potest. Docuit hæc quidem non solum viri auxilio vi-  
duas non egere (vt B. Ambrosius <sup>e</sup> tradit) verum etiam viris posse ef-  
se subsidio; quæ nec sexus infirmitate reuocata, munia virorum ob-  
eunda suscepit, & suscepta cumulauit: vnde Beatus ille Doctor, ideò  
lectum Deboræ iudicium, gestaque descripta esse arbitrat: ne mu-  
lieres à virtutis officio, muliebris sexus infirmitate reuocentur, ad pro-  
uocandos denique fœminarum animos: hoc etiam addito Epiphone-  
mate, *Vidua populos regit, vidua ducit exercitus, vidua duces eligit, vi-  
dua bella disponit, mandat triumphos: non ergo natura rea est culpa, nec  
infirmitati obnoxia. Strenuos enim non sexus, sed virius facit.* Et postea:  
*Non ergo habetis quod per naturam vos excusetis fœminæ, non habetis  
viduæ, &c.* Satis vnique praesidij est, si virtus animi non desit. Ve-  
rum enim verò facilis responsio est: nam & istam fuisse Prophetissam  
certum est; nec tam iudicasse, quàm diuina oracula populo reddi-  
disse possit inde intelligi: praesertim cum vox Hebraica *נָחַם*  
*sophia, Iudicare, non, Ius dicere, significet; sed vindicare in liberta-*  
*tem, vt quibusdam placuit, illud ex I. Regum, siue Samuelis <sup>f</sup> expo-*  
*nentibus, Iudicauitque Samuel filios Israel in Misphab.* Vt sit, ipsi cer-  
tè munus à Deo iniunctum fuisse (vt sic loquar) extraordinarium &  
ex quadam prerogatiua, non ex comuni & recepta æconomia, eam-  
que supra sexum virtutibus huic iudicatus (vt Gelliano <sup>h</sup> & Cicero-  
miano etiam verbo vtar) id est, iudicationis ac Imperij siue Ducatus  
muneri

a c. in sancta, 2. quaest. 7.

b vide Ansum Gellium, ca. 18. lib. 2. c. Gellius cap. 22. lib. 1.

d Lib. 2. Allego. fol. 47.

e In lib. de vi-  
duis.

f Cap. 7. vers. 6.  
g Sic propheta quædam ordina-  
ria, quadam ex-  
traordinaria:  
hæc nò illa mu-  
lieribus compe-  
tit. Vix aliter co-  
ciliabitur quod  
à D. Paulo tra-  
ditur cap. 2. epi-  
1. ad Cor. cum  
eo quod est cap.  
14.  
h Extremo cap.  
3. lib. 4.

muneri apprimè necessariis ornatam omninò verum est: quando  
(eodem ipso Ambrosio teste) *Multi iudices in Israël, sed nulla antè  
iudex fœmina, &c. Et in pace quidem nulla querimonia, nullus error  
muliebris inuenitur; cum plerique non mediocrium peccatorum aucto-  
res populo suo iudices extitissent, &c.* Quanta verò istius fœminæ vir-  
tus, in cuius manu summam fuisse victoriæ, sacra testatur historia?  
cui dux exercitus Barach filius dicebat, *Nisi tu veneris mecum, non  
ibo?* quæ ipsa filium à periculis nec materno reuocat affectu, immò  
ad victoriam filium studio matris hortatur? Verum non à parte mi-  
nima, id est, de consideratione paucorum (inquit Abbas Ioannes  
apud <sup>a</sup> Cassianum) sed de his quæ multorum immò omnium subia-  
cent facultati, vniuersalis regula est proponenda. Si qua verò rarissi-  
mè atque à paucissimis obtinentur, ac possibilitatem communis vir-  
tutis excedunt; velut supra conditionem humanæ fragilitatis, natu-  
ramque concessa, à præceptis sunt generalibus sequestranda: nec tam  
pro exemplo, quàm pro miraculo proferenda. Vnde sicuti quod ius  
ciuile legibus sancitum est, ad ea referri & aptari quæ frequenter &  
facile eueniunt; & generaliter constitui solet: <sup>b</sup> ita quod vnus po-  
puli vel complurium gentium moribus receptum dicimus, non ex iis  
quæ vno aliquo casu, perrarè aut singulis personis accidere potue-  
runt, æstimandum est. Adde quòd, nihil adeò spei fuisse in ducibus  
Hebræorum, vt muliebri auxilio defenderentur, propterea Deus opti-  
mus maximus voluit: quò magis non propriis viribus, sed auxilio di-  
uino nitendum ac fidendum esse addiscerent: & simul, quò hæc in  
typum Ecclesiæ forma præmitteretur, cuius auxilio captiuitas est de-  
pulsâ; quòd ipsum à Sulpitio Seuero <sup>c</sup> traditur. Quod verò à Cel-  
tis olim fœminas in consilium belli pacisque adhibitas, ex Plutarchi  
auctoritate <sup>d</sup> aliquis à me alio loco <sup>e</sup> adnotatum afferat: iam satis ipse  
responsum sibi fuisse intelliget, si attentè illa considerauerit quæ  
modò scripsimus.

Ac de illa quidem infirmitate sexus, quam nec ipse abnuat Am-  
brosius, vt ex superioribus apparet: cum ex aliis auctoribus eodem  
in loco <sup>f</sup> multa scripserim, nihil hîc adiciam: nisi quod Seuerus Cæ-  
cinna quondam in Senatu sententiæ loco dixisse traditur apud Cor-  
nelium Tacitum; <sup>g</sup> non imbecilem tantum & imparem laboribus  
sexum, sed si licentia adsit, factum, ambitiosum, potestatis auidum.  
Leue profectò ac temerarium nominat Moses in illa Iudæis tradita  
legum sanctione, apud Flau. Iosephum <sup>h</sup> ( nisi Iosephus ipse potius  
sub Mosis nomine loquutus: in sacrosancto namque Mosis Penta-  
teucho cum perquisierim, nondum inuenire fas fuit) qua genus om-  
ne fœminarum idcirco repelli à testimoniis voluit: *γυναικῶν ἢ μὴ ἔσω  
μαρτυρία διὰ κερσύνῃα ἢ θράσος ἢ γένος αὐτῶν.* Vbi de seruis quoque,  
quod eos à testimonio repellit, quoniam animos degeneres habeant,  
vel propter animæ vilitatem & imminens falsi à metu lucròve peri-  
culum, subditur à Mose, perplacet: hoc magis, quod ea confirmat,  
quæ coniunctim de fœminis ac seruis à iudicatione prohibitis supè-  
rius à me prolata sunt. *μαρτυρήσωσιν ἢ μὴτε δέλοι διὰ τὴν τῆς ψυχῆς*  
B b

a Collat. 19. c. 8.

b l. 2. & seq. D. de legibus.

c Lib. 1. sacr. histor.

d In τῷ γυναι-  
κῶν ἀποστόλῃ.  
e Ad l. 2. D. de  
reg. iur. sub init.

f Ad d. l. 2.

g Lib. 3. Annales.

h Lib. 4. ἰουδαϊ-  
κῆς ἀρχαιολογίας,  
cap. 8.

ἀγενεῖαν. Ἔς ἢ διὰ κέρδιον ἢ διὰ φόβον μὴ τὰ ληθῆ μαρτυροῦσαι. Quibus  
 convenienter de fœmina B. Augustinus alicubi, a postquam consta-  
 re dixit, eam dominio viri subiectam, & nullā auctoritatem habere;  
 hoc subdit quod ferè ipsum Terrullianus antea scripserat. b Nec do-  
 cere enim potest, nec testis esse: neque fidem dicere (aliàs dare: quo-  
 rum vtrumque ad fideiussionem, siue intercessionem à fœminis alie-  
 nam pertinere videtur: de qua itidem suo loco c abundè actum est)  
 nec iudicare: quantò magis non potest imperare? Vbi quod ait do-  
 cere fœminas non posse; sic accipe, inter Christianos ex lege Evan-  
 gelica, & docere non posse religionem in ipsa Ecclesia & conuentu  
 populi: vel domi præfente viro, à quo debet discere cum omni subie-  
 ctione, nec aliqua in ipsum auctoritate vti: quod B. Paulus d ad  
 Timotheum scribens, prudenter admonet, iuxta illud Philemonis  
 carmen, quod ab aliis animaduersum video:

ἀγαθὸς γυναικὸς ἕστιν ὡς κἀσὴρ  
 μὴ κερδέσθω ἐν αὐτῇ ὡς ἀνδρὸς ἀλλ' Ἐπίκουρον.  
 γυνὴ ὡς κἀσὸς ἀνδρὸς ἕστιν κληρὸν μέγα.

d Epist. 1. cap. 2.  
 versu 12.

e Lib. 2. de Ec-  
 clesiasticis offic.  
 cap. 17. ad extre-  
 mum.

f Histor. Eccles.  
 Tripart. Epipha-  
 nio interprete  
 cap. 12. lib. 11.

g l. serui, 7. & l.  
 ex eo, 18. D. de  
 testib.  
 h Nouel. 90. de  
 testib. s. si verò  
 dicatur.

Nam Isidorus quoque e quaestioni huic respondens, cur fœminæ vir-  
 gines in benedictione velentur. *In gradibus enim* ( inquit ) *vel officijs*  
*Ecclesiasticis fœmina nullatenus præscribuntur: nam neque permittuntur*  
*eis in Ecclesia loqui, vel docere; sed nec contingere nec vllius virilis mu-*  
*neris aut sacerdotalis officij sortem sibi vendicare, &c.* quæ sequuntur.  
 Sanè alioqui nulla lex vetat ( vt arbitror ) quin alias literas alibi quā  
 in Ecclesia Christiana doceant fœminæ; quæ ipsarum eximiam ali-  
 quam peritiam adeptæ fuerint: aut domi alios, quàm viros. Ergo de  
 Hypatia Theonis Philosophi filia Honorij & Theodosij Iunioris  
 Romanorum Imperatorum temporibus, in Ecclesiastica historia f  
 scriptum legimus; cùm adeò esset erudita, vt supra Philosophos eius  
 temporis emereret: atque Platonicæ Plotini sectæ successione acce-  
 pta, Philosophicas omnes lectiones exponeret: quapropter omnibus  
 ad eam propter honestam doctrinæ fiduciam venientibus ipsa quo-  
 que commeabat ad iudices: nec vllam vetercundiam viris publicè  
 permixta, quā cuncti pro ipsius castitate venerarentur, habuit: quan-  
 quam suæ apud Orestem ( siue is Alexandriæ Iuridicus, siue Præfe-  
 ctus Augustalis fuit ) frequentè populo Ecclesiastico pœnas dedif-  
 se; vt de vehiculo deposita vestibusque exuta, lapidibus deinde per-  
 empta sit: magnamque Cyrillo Episcopo & Alexandrinæ toti eius  
 Ecclesiæ inuidiā conflatam, Ecclesiastica historia comprehensum est.

Ad testimonium quidem fœminarum quod attinet, lege Mosaica  
 tam seruis quàm fœminis interdictum; placuisse hoc ipsum magno  
 Leonij principi ac Philosopho video, duabus cōstitutionibus XLVIII.  
 & XLIX. quibus duæ Pandectarum Iustiniani s leges abrogatæ tit.  
 de testibus: sancitum & confirmatum Nouellæ ipsius constitutionis  
 caput h de reiecto serui testimonio: nisi quod circa mulierum testi-  
 monium Leo eius prohibitionem in contractibus scilicet locum ha-  
 bere præcipit; cùm lex Mosaica generaliter concepta, nec distinctio-  
 nem vllam præferens, tantò magis in criminalibus causis, quantò ista  
 grauio

grauiores maiorisque momenti sunt, obtinere debuit secundum  
 quam postremo & iuri Pontificio conuenienter in eclogis quibus-  
 dam iuris Orientalis ipsius ( vt videtur ) Leonis Philosophi & prin-  
 cipis ( quem modò nominaui ) iussu confectis a non recipi fœmina-  
 rum testimonia sit proditum, nisi circa partum ventrisque inspectio-  
 nem, & similia, ad quæ solæ fœminæ; non item mares ( pudore scili-  
 cet vetante ) adhereri solent. Etenim in illis ita scriptum reperio,  
 γυναικὲς κἀν ἢ σεμνότητι, ἢ διοσεβείᾳ γνωρίζονται ἐπὶ μὲν ἄλλοις κεραιδαίοις &  
 μαρτυροῦσι: αἰς ἀπέριον κινδὲ διδόνειν, ἀλλ' ἢ τῆ ἱεροσωμνίᾳ τὰς κα-  
 θέσται. ἐπὶ μὲν τοῖ γε τοκέσιν, αἰ τὸν ἑρημολίον τῆ σεμνότητι τρέπον φυλάττουσαι,  
 διώται μαρτυροῦσι. Nam ex lege quidem Mosaica non adhibitas in cri-  
 minalibus ad testimonium fœminas quod dixi: ei vel maximum ( ni  
 fallor ) argumentum præbet, quod subdita illic superioribus à Iose-  
 pho Mosaica legis capita duo proxima, similiter ad crimina perti-  
 nent: ad falsum nempe testimonium eiusque pœnam: itémque ad car-  
 dem, cuius author ignoratur. Præcedens autem caput de non reci-  
 piendo vnus testimonio, ita conceptum; εἰς ἣ μὴ πηροδέσθω μαρτυρῶ  
 ἀλλὰ τρεῖς ἢ τὸ τελευταῖον δύο, ὅν τῆ μαρτυρίᾳ ἀληθῆ ποιήσῃ τὰ προβε-  
 βιωμένα, haud dubiè criminalium, immò capitalium causarum esse  
 propriū, ipsi Numerorum b ac Deuteronomij loci c ( vnde id sum-  
 ptum est ) fidem clarissimam atque certissimam faciant. Huc acce-  
 dat, quod Canonem d de prohibito fœminis testimonio loquentem  
 ( quem à Mosaica, siue illa Iosippi est historici, lege processisse,  
 suspicetur non absque ratione quispiam ) Canonistæ plerique om-  
 nes e in criminalibus modò litibus obtinere definiunt: quanquam  
 hoc in vsu forensi non obseruari constat; præsertim aduersus laicos:  
 cùm de criminibus quoque capitalibus fœminarum testimonia pas-  
 sim admittantur, & rata firmaque habeantur. Immo aduersus ipsos  
 interdum clericos, eorum scilicet criminum, siue delictorum reos:  
 quæ priuilegiata, quod eorum delati Regium quam libet seculare fo-  
 rum, ipsi declinandi non sit potestas, vulgò nominantur. In codicil-  
 lis quidem ac testamentis inter liberos, piæve ad causas, vel militiæ,  
 aut pestis latè grassantis tempore confectis: quia non ciuilibus, sed gen-  
 tium iuris inspicuntur regulæ; in testimonium vtiliter adhereri fœ-  
 minas, hodie receptum est. f Porro vtrum apud Iudæos vel Hebræos  
 olim testimonia fœminarum in aliis quàm criminalibus negotiis li-  
 tibúsque admittantur, necne: adfirmare nihil ausim: sed cùm pro-  
 hibita fuisse nondum legerim, pronior in eam opinionè esse debeo,  
 vt apud illos recepta pronūciem. Apud Romanos verò qui ius quod  
 vel scripto vel moribus constaret, à Græcis acceperant; huc labor,  
 vt sentiam, antiquitus non fuisse vel postulationem vel testimonij  
 dictionem lege vlla prohibitam, sed moribus: vt quas pudor & vere-

B b 2

77. fol. 204. quod ne iure quidem Cuiacio ad perhibendum in testamentis testimonium admitti debeant. Vide Couarru. ad cap. cum esses, in fine de testamentis, folio 23. verso nu. 14. & Alex. consil. 2. lib. 1. nu. 6. f Vide Guid. Pap. decisio. Gratian. 538. c. cum esses, & c. relatum, de testamentis apud Greg. & Andr. Tiraq. de priuilegiis piæ causæ. videto & Ioan. Franc. Ripam in tract. iuridico de peste ad hoc citatum, & à Ioan. Molano in nupero libello de piis testam. cap. 63.

a Lib. 1. tit. 10.  
 c. 20. eius libri qui  
 penes me manu  
 scriptus est ad  
 exemplar Sirof-  
 siana Bibliothecæ  
 ( quæ hodie  
 Regiæ matris  
 est apud Lutetiam ) olim à me  
 cōparatus cùm  
 esset Romæ. sanè  
 in c. 22. id ipsum  
 legitur quod ex  
 Harmenopulo  
 alij notarum de  
 differentia ἡδ  
 συστεικῶν καὶ  
 ἀποδεντυίων,  
 vt in his testi-  
 monium præbe-  
 re possint fœmi-  
 næ αἰσὸς συμβο-  
 λίων, iuxta Leo-  
 nis Philosophi  
 constitutionem  
 scilicet.  
 b Cap. 35. vers.  
 30.  
 c Cap. 17. vers.  
 6 & cap. 19. vers.  
 15.  
 d Can. mulierē,  
 33. q. 5. vide & c.  
 admonere, 33.  
 quæst. 2.  
 e Glos. in c. ex  
 eo, in verbo te-  
 stimonium, 15.  
 q. 3. & in d. c. mu-  
 lierem, glos. in  
 c. quoniam & fe-  
 rā literis, in ver-  
 bo fœminas, a-  
 pud Greg. & in  
 c. forus, §. vlt. &  
 de verb. signifi-  
 apud eund. Ang.  
 in tract. de ma-  
 lefic. in verbo  
 comparauerunt,  
 nu. 14. vbi Au-  
 gustinus in ad-  
 ditionib. sed vi-  
 de Alexā lib. 2.  
 consil. 24. num. 4.  
 & 2. quare nus  
 ex legibus Mo-  
 saicis, Piatoni-  
 cis, Romanis in  
 testimoniū ad-  
 hi beatur fœmi-  
 næ. vide Tiraqu.  
 in nonā l. con-  
 nub. num. 76. &

cundia ipsiusque pudicitia ratio , à iudiciis, theatris, aliisque hominum conuentibus ac cœtibus abstinere suadebat; eas testimonij quoque dicendi, vel postulandi, aut officiorum ciuilium munerumve vllorum virilium causa, in publicum prodire prohiberet, cum & conuiujs atque commestationibus virorum abstinere fœminæ; quarum cum illis consuetudo & familiaritas meretriciæ vilitatis argumentum etiam fuit: quod sanè ex Demosthenis aduersus Nearam & de falsa legatione: itémque Isai de Pyrrhi hæreditate, Ciceronis in

a Act. 3. Tum ille ut aliquid responderet negauit: motus esse Græcorum ut in uicini conuiuio acumerentur mulieres.

b Notat Muretus cap. 2. lib. 7. Var. lect. & citat Terentium Eunuchio, Act. 4. Scen. 2.

c l. confensu, C. de repud.

d Nouel. 117. vt lic. mat. vel auis & quia verò, sed Procopius lib. 7. de bello Persico, pag. 147. cum fœminæ aliàs in theatrum non venirent factio num tamen Circensium & scelerum que per illas admitteretur fœminas quoque fuisse participes memorat.

e l. optimam, pen. C. de contrah. & comm. stipul.

f Mitopogonæ, fol. 48. Vvechel. libri anno 1566, excusi Lutetiæ. g Cap. 19. lib. 5. h. lib. 2. p. 181. et eidem νόμων, fol. 550.

i In commentario Regularum iuris ciuilibus, ad l. 2. c. lica. fin.

Verrem orationibus a perspicuum esse arbitror. b Indèque sumptam esse rationem eius quod de ludos theatrales spectante post viri prohibitionem vxore, traditur à Theodos. & Valentin. Imperatoribus; c vt possit iuste vir ab ea diuertere ipsaque dissidij pœnis teneatur: quibus eandè obstringi Iustinianus d voluit, siue prohibente, siue ignorante viro ludis illis interfuisset: εαν τωπικούς (inquit) η δειάφοις η κωνγλοισ ταραγίνη) επί τω θεωρίσαι άγνοούντ & η κωλύσαι τ άνδρός. Mulieres quippe naturalis pudor ( vt ipse alibi e Iustinianus loquitur ) omnibus perperam sese manifestare non concedit ; non posse verò quemquam domi temperantem esse si foris dissolutus sit, theatrisque delectetur vel ab ipso Iuliano Casare, f in hæc verba proditum, ως εν ετη ιδία σωφρονει οικου η λάρθα τήν δημοσίαν η πανερως ακόλαστον ειναι δε λοντα η τερπόμενον τοις δειάφοις. Quamobrem & apud Romanos cum fœminis nulla comitorum communio erat antiquitus: vnde nec arrogare nec arrogari poterant, vt A. Gellius g memorat. De testimonijs quidem disertè non loquitur Philo: h sed cum fora, curias, iudicia, sodalitia, conuentusque concionesque hominum viris conuenire, fœminas verò intra domum se continere debere; vt ne pro Republica quidem depugnandi gratia in publicum prodeundi facultatem, immodò ne postulandi quidem pro viris in periculo aliquo versantibus ( id quod honestum est ) ipsis concedere scripserit: satis manifestè ( meo quidem iudicio ) colligitur ex eo, nec in testimonium solitas apud Iudæos aut Græcos adhiberi, vel citari fœminas: quanquam eò impudentiæ progressas quasdam non neget suis temporibus, vt non à lingua, sed ne à manibus quidem temperarent sibi; quin ea quæ Pancratiastis ac pugilibus solemnia, ipsæ quoque gestu corporis procaci & contumelioso vsurparent: άγορά η βαλυτεια η δικαστεια, η διατοι η σύλλογοι πολυανθρώπων δμολων η ο εν τπάθειρα βίη δια λόγων η τωράξια η τω πλέμης η κατ' εριβύλιον άνδράσιν εφαρμίζουσι δηλέαις δι' οικεία η κα είνδου μόνη. παρθ'νοις μόν' εἶσω κλισιάδων τών μεσάουλιον όρον πεπονημέναις. τελέαις η ηδη γυναιξί τών άουλιον, &c. & statim: μηδεν ουδ' έξω τ κατ' οικον μιαν πολυπραγμονείτω γυνή ζητῶσα μοναυλία, &c. αν μόν ται τίς και πυθολμήν υβρίσει τ άνδρα πάθη τω προς ακεινον η τ ηθεἶσα φιλανθείας ( hoc verbum tanquam glossema eius quod proximè sequitur nempe τ πάθης delendum censeo; minimè aptum illi quod præcedit πάθη ) επί τ παράταλ τ πάθης άγορῶσαι βιασθῆ, μη πλέω τῆς φύσεως άρρενέσθω θερασουμένη. μινέτω η αυθ εν οἷς βοηθει γυνή. Quibus verbis non tantum Afraniæ sexum egressæ abundans impudentia notatur: quæ inuicem foro latratibus assidue tribunalia exercebat, vt alibi i ex Valerio

Valerio diximus: verum etiam Amestis forsitan Sentia: quam, cum rea causam suam L. Titio Prætoris iudicium cogente, maximo concursu populi egisset, quia sub specie fœminæ virilem animum gereret, Androgynam appellatam idem Valerius Octani libri cap. 3. prodidit. Sequentibus verò improbos fœminarum sui temporis mores illos quos dixi perstrinxit: εν τω τωροάουκσι τινες ως μη μόνον γλωσσολογίας εν άνδράω άχλω γυναικας κωνγορησιν αλλά η τας χείρας επιφέρει, η τωροπληκίση, τας ύφασμασι, η ταλασίαις αλλά ε τωληγίαις, η ύβρεσι καθάπερ τωαγκρασιασθω η τωκίωρ ηνασκυμενάς. Euge, Philo doctissime; euge tu Clemens Alexandrine, qui eadem quæ ille in fœminis & laudas & reprehendis: a sic ferè, κάλλιστον έργον γυνή οικουτος, &c. επαναθεωτερον η στιμάσις, η τα σχήματα, η τα βλέμματα, η τα βασίσμοια, η τας φωνάς. & γ ως τινες τών επόκεισιν ηληθου τῆς κωμωδίας, η τας κατεαγίαις τ άρχησθω κινῶσας παραφυλάττειται παρὰ τας δμολίας κωνοβατῶσιν αυτοις τοις κινῆσασιν τοις άθροισ, η τοις ύγροισ βαδίσασιν, η φωναις ταις πεπλαμεναις κλαδασιν περιβλήπασαι, &c. quæ sequuntur. Euge (inquam) uterque vestrum: quando non concionibus sed telà occupari debere fœminas vetus verbum istud monebat; ετοι γυναικῶν έργα κ' εν' οικουσίαι. Legimus aliquo apud Ælianum loco b Pisatidas muscas festo tempore Olympiorum sponte velut factis inducijs ultra fluium Alpheum secedere, fœminas autem legis imperio sacro certamini dictæ, quò magis pudicitia ipsarum consulatur: peracta celebritate festorum ac ludorum Olympicorum veluti domum reuocatas decreto quodam exules utrasque Elidem reuerti. Sic enim optimi auctoris verba interpretor; τας η γ δ τας άγωνίας, η τῆς κατ' αυτῶ σωφροσύνης νόμου ελάουη τας γυναικας. αι μη η η άδουαι τοις ίδρῶις άφίσαι, &c. λυτο δι' άγων αι η επηδουσιν ώσσορ ουδ καθῶς τυχῶσαι λυφίσματι φυγάδες, εἶτα, επιρῶσιν ως τών ήλιω, αι μη α' αυθις ως αι γυναικας. Idem Ælianus alio loco c scribit, Græcas mulieres à religione ludorum & spectaculis vetusta quadam lege seu iure potius non scripto aliquo prohibitas: eiusque iuris gratiam ab Hellanodicis Pherenicæ, ad certamen Olympicum filium, vt ibi decertaret, adducenti, admodum agrè factam: cum tamen vt hoc impetraret facilius, & patrem illa & tres fratres Olympicas omnes se habuisse prædicaret: η καί θζονίνοση (ait) τόν δλίμον, η κα τόν εἶστογοντα νόμον τῆς θεας τας γυναικας, η εθεάσαστο τὰ όλυμπια. Hanc de Pherenice historiam à Valerio Maximo, d atque à Plinio enarratam e scio; ad ius autem illud aspexisse Statium alicubi f hoc hemistichio, *exclusaque expectant premia matres.* Quod ius quam optime ab ipso illo Philone g his verbis explicatum memoria repeto: άξιον επαινην, κατ' τας τ γυναικῶν άγωνων άδλοθῆτας οι τ' θεας άνήρεων γυναικας ήνα μη γυναιμεναις άνδράσι παρατυγχάνουσαι τὸ δλίμον αυθς νόμισμα παρακόπισωσι, άλογόσαι φύσεως θεσῶν, ως ώσειεν εκατέρω τμήματι τ γένος ήμῶν: εδ' εν άνδρας άποστειμενίω ενδῆτας γυναικῶν δι'ωρετες παρατυγχάνειν άλλ' εκατέρως τας τ' έτέρων όφεις εντρέπεισθ γυναιμενίω τοις ηλ φύσεως βολύμασιν επομύνας. Pugnare cum iis quæ diximus videbitur, quod Pausanias Eliacis h Olympico certamine solitas sub præmio fœminas

a Lib. 3. Pedag. cap. 11. b Lib. 5. de Animal. cap. 17. de muscis Pisatidibus & Αἰτωγίαις Ιουε, videbis Pausaniam Eliac. 1. fol. 125. Aldini exemplar. c Lib. 10. varia. histor. cap. 7. d Extremo cap. vit. lib. 8. e Lib. 7. cap. 41. f In 1. Thebaidos. g Lib. 2. p. 181. et eidem νόμων, fol. 550. h Lib. 1. Eliac. pag. 127. Aldini libri & sub finem lib. 2. pag. 159. Nam illic quidem vbi de pepio Iunonis contexto à 16. Virginibus ai δε άυται πῆθεσαι καί άγῶνα ηερίαι ο δε άγῶν εν τ άμιλλαις όρῶμασιν: θένεις, &c. τω δωπέται δε εἶστον ίσομ προσεβουταται ηδ' παρθῶν εἶσθ. εἶστο δε εἶστο, &c. Callipatira autem ius & lib. 2. Eliac. idem auctor meminit sub initium in pag. 144. Aristopatiram nominat Scholiastes Pindari ad cantionē 7. Olymp. Diagora Rhodio pugili dictū quod ipsum obiter à Cœlio Rhodig. cap. 14. li. 14. antiq. lect. obiter notatum postea reperi. vbi Menædrum Rhetorem laudat dicentem in quibusdam panegyricis conuentibus nō ferè mulieres adesse sicut in Olympia, virgines tamen ( factas forsitan ) Agonū spectaculis non exclusas quos & sacerdos, ipsa Ceteris Chamy-

ne ex aduerso Hellanodicarum spectaret è sella lapidea idem narrat, fol. 155.

decurrere: nisi sic explices, vt non antiquitus cum castioribus moribus viueretur; sed suo tempore, hoc est, sub Adriano id obtinuerit, in Græcia illa quidem antiqua (vt Agonistici nostri lib. 3. commodius explicabitur) sed moris iam tum minimè antiqui: verum nouitij, atque (vt ætas parentum peior auis) deprauati, & corrupti. Nam Romæ quoque in stadio certasse cursu virgines etiam, & certamini præfedis crepidatum, purpureâq; amictum toga Græcica principem; qui & auream coronam capite gestaret, à Suetonio in Domitiano a literis proditum: & à Xiphilino similiter ex Dione sub Imperatoribus illis, pleraque contra bonum & honestum, & contra fas, ex ipsorum libidine gerebantur. Itaque in Iuuenales ludos à Nerone institutos cum passim essent data nomina, non nobilitas cuiquam, non ætas aut acti honores impedimento, quominus Græci Latine histrionis artem exercebant, vsque ad gestus modosque (malim motusque) haud viriles quin & fœminas illustres deformia iam tum meditata Annalium 14. Tacitus memorat. Quid non in orbe Roma illas fecisse ac patrasse sceleris aut flagitij putes, ruente semper in peius seculo? Et adeo quidem, vt cum in stadio singulari pugna fœminæ inter se, magnæ athletarum & populi concursu, Romæ Seueri principis temporibus decertassent: quamobrem nobilioribus quibusque conuictum fieret: propterea lege tum caueri oportuerit, ne vlla in posterum fœmina certaminis gratia in publicum prodiret, sicuti Dio in Seuero scribit; quo loco, *ἐγένετο δὲ ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις καὶ ἀγῶν γυναικῶν ἐν ᾧ ποσῶτον πλεῖστον ἀθλητῶν ἀναγκασθῆναι συνίληθεν ὡς ἡμᾶς θαυμάσαι πῶς αὐτὸς τὸ σάδιον ἐχώρησε, καὶ γυναικῶν ἢ ἐν τοῦ ἀγῶνι τὸ πᾶν ἀγχιώτατα ἀλώμεναι ἐμαχέσαντο. ὡς καὶ ἐς τὰς ἄλλας πόλεις ἐπιφανοῖς ἀπ' αὐτῶν ἀποσκήπτεισθαι. καὶ διὰ τούτων ἐπαυλῆθη, μινέτι μινδερμαῖα γυναικῶν μινδερμαθῶν μονομαχίῃ.* Verumtamen, si locus ille Pausaniæ consideretur attentius; non recentem Olympiæ Iunonis honori dicatum aut Achilles muliebrem fuisse agonem, ipsius Pausaniæ temporibus, appareret: cuius origo ad vltima illa Hippodamiæ, ob Pelopis coniugium gratias Iunoni rependentis, tempora referatur. Etenim & solo inter se cursu decertasse virgines; simul quidem iuniores; tum, quæ robustioris ætatis forent: denique seniores, non quidem nudas ipsas, sed exerto utique dextro brachio, & nudato vsque ad pectus illo humero, tunica verò genu tenus extenta: & verò ita, ne integrum stadium Olympicum, sed excepta sexta ipsius parte decurrerent, verum est. Quod etsi negare nolim, in virorum aut iuuenum totius Græciæ illud consuetum conspectu forsitan factum (quanquam nihil huiusce rei certum habeo) minus tamen impudicum hoc, inter virgines quadamtenus velatas, certamen fuit à veteribus existimatum; quàm si Gymnicos illæ iuuenum agonas cum viris aspectaret: quod etsi Cereris sacerdotibus fœminis Olympiæ concedebatur (quamobrem ad Athletarum spectaculum) à quo muliebrem omnem sexum Augustus submouerat; b Nero & virgines Vestales inuitasse suo quinquenniali certamine dicitur: quod more Græco triplex nunc cum Gymnicum equestre instituit, & appellauit Neronia (vt author est

a Cap. 4. videto & Xiphilinum in Nerone, fol. 136.

b Suetonius O. cauiō 44.

est Suetonius a) etsi Pythicis agonibus Diana antistita patrio more athletas quilibet inuita spectare habuit necesse; sicuti de Chariclea Heliodorus Æthiopicis b in hæc verba festiuè memorat: *ἢ ξέκουσθαι ἢ χαρίσεια (inquit) κατ' ἀρετὴν τὸ σάδιον ἀθροῦν ὀξέλαμψον, ἀφ' ἧμερῶν καὶ ἀκροῦσθαι διὰ τὸ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀποκτείνεσθαι πρὸς τὸν θεόν. καὶ τὸν ἀγῶνα ἐπιπέσεια τῆς λαοῦ μὲν ἡμιθέου πυρροφῶσα λαμπρότατον. Πατέρα ἢ φοίνικα ἢ ὄρνιθον προβαλέμεν.* Aliis tamen fœminis turpe & inhonestum semper; ex eo autem (vt ille narrat) tempore haberi cœptum capitale: vt de Typæo monte præcipitaretur quæcunque mulier in Olympicum agonem spectandi causa procedere institisset; postquam Pherenice (de qua superius locuti sumus, siue illi Callipatira nomen fuit) habitu athleteæ, sexum euentita; cum inter eos qui decertaturi erant denudata fuisset, manifestò deprehensa est in spoliario: cui propter patrem, fratres, ac filium Olympionicas omnes, venia data sit: ipsa verò legi Olympiæ illi occasionem causamve præbuerit: qua lege vetitum, aliter athletas in ludum, nisi prius denudatos ingredi: qua de re Pausanias videndus; ex cuius Eliacōn primo, ista pauca huc trās sudimus, *ἰσομάχου ἢ τυπαίου τὸ ὄρνιθον, καὶ τὸς τὰς γυναικῶν ἡλείους ἐστὶν ἀθῶν νόμος ἢ παραθήσασιν ἐς τὸ ἀγῶνα ἐλθῶσιν τὸν Ὀλυμπιακόν* (de virili non de muliebri virginum agone, cuius ab ipso Pausania mentio fit eo ipso libro, c) accipe) *ἢ μὴν ἐδὲ ἑλῶναι λέγασιν ἐδερμαθῶν ὅτι μὴ καλλιπάτειρα μόνη. εἰσὶ ἢ αὐτῶν ταύτῃ φρενέικη καὶ καλλιπάτειρα καλῶσιν, &c. φωραθέσης ἢ ἐπὶ ἐν γυνή, ταύτῃ ἀφίχασιν ἀζήμιον, &c. quæ sequuntur. ἐποίησαν ἢ νόμον ἐς τὸ ἐπιπέσεια ἐπὶ τοῖς γυμνασίοις, γυναικῶν σφᾶς ἐς τὸν ἀγῶνα ἐστέρχεσθαι.* Et nihilominus equis curulibus suo sumptu exhibitis apud Elidem siue Olympiam, qui cæteris perniciores extitissent; fœminas absentes utique præmiis coronarum affectas, & pro Olympionicis habitas iam inde à Cynisca-Archidami filia, libro Agonisticōn 1. cap. 26. docui.

a Nerone c. 11.

b Initio lib. 4. Æthiop. fol. 73.

c Eliacōn 1. fol. 127. Aldini exēplaris.

Cum autem Lacedæmone nullam tam fuisse nobilem viduam, quæ non ad scenam iret mercede conducta, literis ab Emilio d Probo (siue is Cornelius Nepos est) proditum fuerit: cum puellæ ipsæ Spartanæ nudis femoribus, tunicisque solutis, curricula & palæstras cum iuuenibus inirent simul, & dibus propriis relictis; vt propterea mirum esse non debere Poëta verustus e dixerit, si ad castitatem non instituerentur apud Lacedæmonas fœminæ.

d De vita excellentium Imp. in præfat. ipsa.

e Euripides Andromacha.

— ἐδ' αὖ ἐ βέλαιτό τις  
 Σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη,  
 Αἰ ξυῖν νόστον ὀξέλαμψου δάμης  
 Γυμνοῖσι μινροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένους,  
 Δρόμους παλάστρας τ' ἐν ἀνασχέτους ἐμοὶ  
 Κωνὰς ἔχουσι. κατὰ θαυμάζειν χρεῖν  
 Εἰ μὴ γυναικῶν σίφρονος παυδέετε:

tametsi nudationem virginum illam in iuuenum conspectu quæ ad corpus cursu, lucta, disci telorumve iactu exercendum & laboribus durandum, ex instituto Lycurgi fieret, nihil habuisse turpe, cum adesset verecundia; petulantia verò abforet, Plutarchus in huius vita prodiderit: à cæteris quidem Græcis, præsertim Atheniensibus, ad Roma

a In sub init. in 3. postea ne diu- rini, D. de orig. iuris.

b In praefat. prioris lib. de vita excellent. Imperat.

c Hac de re Ci- cero in Verrem act. 3. Tum ille ut aliquid responderet negavit moris esse strictum, ut in conuicio virorum accumbent mu- licies: quod & Alex. ab Alexā. notat ca. 21. lib. 5. Genial. dierū. d In Alcibiade, fol. 356. libri à Siegl a. excussi.

e Epist. 7. sub initiam.

f l. r. C. Theod. de rapt. virg. g c. 7. lib. 6. vide & de Vrgulanis Tacitum lib. 2. quos locos etiā citat Fr. Hotom. cap. 14. lib. 3. Oblesuat.

Romanos tranſierat ille mos vetuſtus (vt opinor) iam inde ab eo tempore cum primū ab illis leges per legatos petitae ſunt (ſicuti noſter Pomponius tradit a) vt in forum, theatrum aliumve locum publicum ſcēminae, praefertim litium cauſa ne prodirent. Et quamvis pleraque Romanis moribus decora eſſe, quae apud Græcos turpia putentur, ab Æmilio Probo b ſit proditum: (quem enim Romano- rum pudet vxorem ducere in conuiuium, aut cuius materfamilias, inquit, non primū locum tenet ædium, atque in celebritate verſa- tur? quod multò ſit aliter in Græcia. Nam neque in conuiuium ad- hibetur, c niſi propinquorum; neque ſedet, niſi in interiore parte ædium, quae γυναικωνίτις appellatur; quò nemo accedit, niſi propin- qua cognitione coniunctus) hoc tamen dico, cum vna tantū de cauſa iudicem adire apud ipſos Athenienſes ſcēminis licuiſſe (docen- te Plutarcho d) intelligamus, ſi qua earum ſcilicet apud Archonta, diuortij monumenta deſignata eſſet: quod non per alios, ſed ipſam praefentem facere oportuit ex lege: quae propterea (ex Plutarchi opi- nione quidem) diuertentem ſcēminam in publicum produxit; quò congregandi cum ea retinendique commodior facultas eſſet, ipſius viro: qua facultate vſum Alcibiadem ſic ferè memorat, vbi de Hip- parere ipſius vxore: ἐδ᾿ αἶτο τῆς ἀπολείψεως γράμματᾶ παρὰ τῶ ἀρχοντι δέ- σθαι, μὴ δὲ ἑτέρω ἄλλ' αὐτῶ παρῶσα. ὡς ἔρ παρῶ τῶτο πράξιον αἰτῆ τῶ νόμου, ἐπεξελθῶν δ' Ἀλκιβιάδης καὶ σωμαπάσας αὐτῶ ἀπῆλθεν δι' ἀγορᾶς οἰκᾶς κομιζῶν, &c. αὐτῆ μὲν ἔρ ἡ παυτελῶς ἐδ᾿ ἔξεν ἡ βία παρανόμου, ἐδ᾿ ἀπα- θρωπῶ ἔναι· καὶ ἡ δὲ νόμου δοκᾶ διὰ τῶτο πράξιον τῶ ἀπολείψεω αὐτῶ τῶ ἀνόςτω αὐτῶν, ὅπως ἐγένετ' ἔρ ἀνδρὶ συμβῶναι ἢ καλᾶσχεῖν. Hoc, inquit, profiteor, exiſtimare me, illum à publica hominum celebritate, vi- putà forenſi atque theatrati abſtinendi morem in ſcēminis, ad Ro- manas à Græcis permeaſſe; ac diutina conſuetudine ita retentum, ab ipſo legum perceptarum tempore: vt in ius etiam non ſcriptum tranſiſſe videretur: ea ſcilicet ratione nixum atque ſuffultum; quòd nihil tam damnoſum ſit bonis moribus (vt Seneca quodam loco e epi- ſtolarum tradit) quàm in aliquo ſpectaculo reſideret: tunc enim per vo- luptatem faciliùs vitia ſubrepunt. Quid me exiſtimas dicere? Auarior redeo, ambitioſior, luxurioſior, immò verò crudelior & inhumanior, quia inter homines fui: & poſtea, Subducendus (inquit) eſt populo tener ani- mus, & parum tenax recti: facile tranſitur ad plures, &c. Vnum exem- plum luxuriæ aut auaritiæ multum mali facit. Conuictor delicatus pau- latim eneruat & emollit; vicinus diues cupiditatem irritat; malignus co- mes quamvis candido & ſimplici rubiginem ſuam affricuit. Quid tu ac- cidere his moribus credis, in quos publice factus eſt impetus? Haecenus ille. Atque hoc illud eſt, quod de iure vetuſtiſſimo agens Impera- tor, f mulierem à poſtulationibus & teſtimoniis omnibuſque rebus iudicialiſ antiquos penitus remouitſe ſcribit. Cuius tamen iuris gra- tiam Caiæ Terraciæ virgini Veſtali factam, quò ſcilicet ipſi honos haberetur, lege lata vt eſſet teſtabilis, auctor eſt Agellius. g Deinde accidit, in deſuetudinem ius illud paulatim vt abiret; ac tacito populi conſenſu, quaſi que conuentione fuerit abrogatum denique: adeò vt tam

tam poſtulationibus, quàm teſtimoniòrū officiis etiam ſcēminae Mar- ci Tullij a temporibus identidem vacarent; quibus temporibus cir- ca vrbiſ Romæ annum ſeptingentimum edicto Pratoris interdici ſcēminis cœptam pro aliis poſtulationem occaſione Afraniæ, b in commentario Regularum docui quò pertinere illud de Senatuſcon- ſulto circa legem Corneliam de falſis, facto (Liboniano forſitan, aut alio quopiam) reor: quod ab Alexandro Imp. traditur, c permiſſum eo non eſſe mulieri legis Cornelie crimine reum facere; niſi res ad eam pertineat. Secundum quae id etiam explicandum, quod in alio eiufdem Principis ad Fœlicem reſcripto, d de quapiam ſcēmina, quae criminis quod intenderat, cognitionem morabatur: itémque quod alio, e de illa, quae vltionem & mortem filiis perfequi allegabat, com- prehenſum eſt: & verò ita, vt nullo eas caſu, inſcriptionis vinculo al- ligari oporteat. f Quamobrem admoneri cauſarum patronos Con- ſtantine Imper. g voluerat, ne reſpectu compendij ſcēminas ſecuri- tate forſitan ſexus (ob id, vt puto ſcilicet, quod ſubſcriptionis in cri- men vlla neceſſitate non aſtringerentur) in actionem illicitam pro- ruentes temerè ſuſciperet. Denique quosdam propter ſexum ab ac- cuſatione prohiberi, vt mulierem, quod Macer h ait; è ſuperioribus explicandum eſt, vt tamen cetera ſolemnia accuſationis & libello- rum inſcriptionis, excepta vna ſubſcriptione, implere intra tempus à praefide praefinitum debuiſſe, auſt ore Modeſtino, i intelligatur: po- tae verò Senatuſconſulti Turpiliani minimè ſubiiciatur, eſi denun- ciationem iniuriæ propriae interpoſitam deſiſtens omiſerit (iuxta Pa- piniani k opinionem) niſi tamen pacto priùs habito & prauarica- tionis animo deſiſterit, ſicut ab Imp. l reſcriptum eſt. Erant apud Romanos plurima; quae, eſi mero iure licita eſſent, inſtitutis tamen maiorum conſuetudinèque ipſa & contrario fori vſu vetita cenſebantur, quale illud de ſeruorum ac libertinorū ado- ptione ab ingenuis apud Pratorem: quam poſſe iure fieri, plerofque iuris veteris auctores ſcripſiſſe Maſſurius Sabinus apud Agellium m ſcribit: ſed id neque permitti dicit, neque permittendum eſſe putat: vt homines libertini ordinis, per adoptionem in iura ingenuorum inuadant. Vetita igitur non fuit iure, libertinorum adoptio: ſed ta- men minimè permiſſa. Sic vetita non erat ante Afraniam ſcēminis poſtulatio vlla iure ſcripto, ſed moribus: deinde Prator prohibuit, niſi pro ſe ac ſuis, teſtimonij dictionem; vt non iuſſam laudatamve ſcripto aliquo iure apud Romanos, ita nec vetitam quidem: ſed tamè toleratam ac velut conuientibus oculis permiſſam. Quod ipſum tanquam iuris controuerſi nec ſatis explorati, aut aliquo vſu obtenti foret; Iuriſconſulti noſtri Paulus n atque Vulpianus o colligunt, ar- gumento d' ἀντιδιαβολῆς ducto à lege Iulia de adulteriis, quae dam- natam adulterij veritatem produci teſtem vel teſtimoniū dicere. Nam ex eo ſequi, vt aliàs poſſit, quae damnata non erit. Quod ſimiliter ex eo Calliſtrati p reſponſo concludi poterit; quo traditur, lege Iulia de vi caueri, ne hac lege in reum teſtimonium dicere liceret ei, quae palam quaſtum faciet feceritve: quod fruſtrà vtique fuiſſet legi

a Quem videtō Verina, de teſ- timonio à ſcē- minis in Verre dicto. b Ex l. 1. D. de poſtul. & Vaier. Max. c l. Senatuſcon- ſulto, 5. C. de his qui accuſari nō poſſunt. d l. ſi ea, 7. eod. titu. e l. non igno- rat, 9. eod. f l. de crimine, 12. eod. tit. g l. 3. C. Theod. de accuſat.

h l. qui accuſa- re, 8. D. de accu.

i l. cum Titia, 18. D. de accuſatio. iun. l. 3. & l. ſi cui, eod. tit. & l. ea quidem, & l. penul. C. eo. tit. k l. mulier, C. ad Turpilian. l. l. penult. C. eod. tit.

m Cap. 10. l. 3. no. & Att.

n l. ex eo quod, D. de teſtib. o l. qui teſta- mēto, 20. 5. mu- lier, D. de teſta- mentis. p l. 3. 6. lege Iu- lia, D. de teſtib.

a l. lege, 4. cod. titu.

b l. famosi, & l. in questionibus, D. ad leg. Iulia, maief. l. muliere, D. de accusat. l. 3. in fin. ad leg. Iuliam, de annona. c Sic loquitur Papin. l. scio, 14. D. de testib. d l. 2. D. de accusat. e d. s. muliere.

f Ad l. 2. de reg. iur in fin.

g Lib. 5. Prochiritu. 7.

h Sic loq. Papin. in l. scio, D. de testib.

caput appositum, si quævis fœmina esset à testimonio dicendo prohibita. Denique ex illo Pauli a ad leges; quo lege Iulia publicorum indiciorum cauere scribit, ne denuncietur testimonium inuitæ patronæ aduersus libertos: hoc est, ne aduersus eos patrona cogatur testimonium dicere. Nam si nec patrona, nec liberta etiam cogitur; sequitur vt aliæ possint, vel etiam cogantur. In quocunque igitur crimine, ac multò magis vbi lasa maiestatis erit quaestio, vel de annonæ quibus casibus, & infames, & serui, & mulieres quoque deferentes, hoc est, accusatores atque iudices audiuntur; b qui alioquin repelluntur ab accusatione solent, in catetis criminibus: in quibus potest tamen integræ famæ mulier testimonium dicere, tum quòd ea tantum ab officio isto c prohibeatur quæ infamis est; vt pote adulterij damnata: tum quòd inuitis aduersus certas personas ex lege publicorum non denunciantur testimonium; quarum si mortem exequantur, idè ipsas accusationem certis ex causis concessam, à Papiniano d definitum est. Sanè in testamentis, e aliisque actibus legitimis, siue legis actionibus ( quæ cum solemniter expediri soleant, ipsa lege cautum est; vt ciues, masculi ac puberes in illis testimonium perhibeant ) non interuenisse olim fœminas, ne temporibus quidem posteriorum Iurisconsultorum arbitror: qua de re itidem alibi, f à me dictum est. Et ita non generaliter ac in vniuersum; sed de vltimarum voluntatum subscriptionibus accipiendum arbitror, quod est apud Harmenopolium: s vbi dixit, non valere secretum siue in scriptis testamentum, nisi testator id subscriptione propria confirmauerit; ideòque nec literarum ignaros, nec fœminas ita testari posse: sequitur etenim, εοικεν δ νόμος γυναικα τω παλαιω θη ακολυθη, καθ' ου εδεδμησεν γυναικη μηδεν δόξαται ην ην γραμμου υπογραψεν, η δε βελονη χερτας δι υπογραφου βουλομεν: hoc est, videtur hîc vetustam consuetudinem sequi lex, iuxta quam nulli fœminæ licuit literis subscribere, illasve scripturas propriis signis atque subscriptionibus confirmare. Quæ verba ipse de fœminarum subscriptionibus veritatis ad contractus & iudicia minime referenda: sed de vltimis dumtaxat voluntatibus intelligenda, censeo. In quibus autem negotiis aduocari aut adesse masculi non solent; quia nec honestum est, vt cum de ventre inspiciendo ac de partu agitur: item in contractibus, testimonium præbere potuisse fœminas; cum & in causis criminalibus hoc ipsum licuisse Iurisconsultorum aetate, ipsi testentur ( vt antè admonui ) verius existimo: donec & à cõtractuum celebratione h arceri fœminas illis verecundia naturalis ( quæ vetet in virorum cõetum prodire fœminas, & virilia munera vsurpare ) itemque fragilitatis, ne dicam securitatis ac temeritatis sexus, aliisque permotus rationibus, Leo Philosophus præcepit: cuius constitutioni, cum à Iustiniano iure (quod vnum communiter in Occidente receptum est) eatenus recedat; apud nos locum esse nemo sanus existimauerit. Equidem in contractibus admitti fœminarum testimonium, non minus quam in delictis, a quibus ex comamuni iure gentium censeo: nec in controuersiam inter pragmaticos adductum esse, vnaquam intellexi: quamuis ex antiquo iure populi

populi Romani tentari possit, ad nullum omninò actus legitimi publici, priuati cuiusquam testimonium, adhiberi solitas fœminas: quando summi beneficij ac priuilegij loco, Tarquinia Vestalis cum iure nubendi ( quo vti noluit ) magnos insuper honores, in quibus testimonij dictionem, sola inter fœminas dicitur consecuta: qua de re Plutarchi a hæc prorsus verba sunt; η η Ταρκυνια παρθενος ην ιεραια μια η εραειδων ερχε η τιμας αντι της μεγαλας. ην αϊς ην η τινυ μαρτυειαν αυτης. Αλεξανδρ μόνος γυναικων. το η δεξεναι γραμματα Ιμπισαμλων, & προσεδεξατο.

a In Poplicola, fol. 183. libri à Steph. excusi.

Ad iudicandi munus redeo; quod à fœminarum ingenio, illas ob causas quæ superius adscriptæ sunt, alienum fuisse, pleræque gentes existimarunt: quanquam in fabulis, ex quorundam opinione Hyginus lib. II. Astronomicων Ποητικων, vbi de Lyra; recitat Venerem cum Proserpina ad iudicium Iouis venisse cui carum Adonin concederet: quibus Calliodem à Ioue datam iudicem, quæ Musa Orphei est mater. Itaque iudicasse vt mediam partem anni earum vnaquæque possideret. Vt mittam quod in Areopagitico illo capitali de Oreste iudicio, Palladem aliasque cum diis Diuas confedisse verusta enarrat historia: hoc scilicet significans, cum Dearum appellatione Reginas designari principisque ac primarias ex nobilitate omni fœminas intelligamus; minime absurdum esse, si reginæ item Augustæ, matræque Imperatorum aut regum; adde his etiam sorores, in consessu regum aut magnatibus adscitis in consiliu de grauissimis Reipublicæ negotiis cognoscant, iudicent, pronunciarique iubeant: de quo non nihil diximus ad l. fœmina, D. de diuersis reg. iur. antiqui. De ceteris verò mediocri fortunæ fœminis nusquam receptum, vt ex earum numero cuiquam homines, superioribus cõmoti rationibus, facultatem de suis controuersis diiudicandi permissam esse yellent. Quibus verò gentibus nota lex Domini; ob illam quoque rationem, quod cum propter virum fœmina, & posteriore loco creata sit: b inde apparet satis, maiorem esse ( quod noster Vlpianus quodam loco c dicebat ) in sexu virili dignitatem: nec propriis plerumque sed maritalibus ( vt est apud Imperat. d fulgere radiis, honore virorum erigi, genere nobilitari: denique quoniam Adamus non fuerit seductus, sed mulier ( vt inquit Apostolus e ) aut certè quòd hæc à serpente seducta virum, non hic illam, suggestionem sua tentauerit; & in aberrationem ab obedientia, veritate, ac iustitia pellexerit: f quod peccatum (inquam) à muliere initium duxerit, paruaque sit omnis malitia præ malitia mulieris, & per mulierem omnes morimur vt in Ecclesiastico g scriptum est. Ergo possunt quidem esse ( quod negare nonolim ) sapientes nonnullæ ac fortes inter ceteras fœminas; de quibus illud verusti cuiusdam Poëta apud M. Tullium, h

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem

Illaque virgo, vel ( vt est in quibusdam libris ) illa virago viri. — Et idem istud ( vt de Clæliæ virginis Romanæ fortitudine i viris præferenda lumine virtutis; vt de Porcia Catonis filia minime muliebri animi; vt de vxore Afrubalis interim taceam ) sed & Salomonis verbum istud, Mulier sapiens adificat domum suam: quoniam

b Ratio est D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 2. c l. 1. de Senator. d l. vt. C. de incol. l. 1. & l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. e Paul. epist. 1. ad Timoth. c. 2. f Cap. 3. Genes.

g Cap. 25. h Cap. Intelligendum, lib. 7. Offic. i vide Liviū lib. 2. Plin. lib. 34. c. 7. Val. Max. lib. 3. cap. 2. vbi & de sequentibus sicuti Tertullianus quoque in libro ad martyres.

a Cap.7. lib.2. Machab.

ctā viribus plerunque sexus ille deficiatur, prudens tamen & salutare consilium sēpenumerò, interdum etiam animus magnus elatūque ac res humanas despiciens ipsi non desit. Vnde rara illa & penē singularis, sed sacris tamen vetusti Testamenti monumentis consignata matris fortitudo, atque constantia; quæ vnus diei spatio septem filios pro fide ac religione crudeliter Tyranni iussu lanatos, mortēque lentam obeuntes intueri sustinuit; vt fortiter facerent, animūque minimè desponderent, plena generosi spiritus voce, fœmineamque cogitationem vi animi mascula suscitans hortari; spretis etiam Regis Antiochi pollicitationibus, ausa; nouissimè ipsa pro patriis legibus à Mose traditis, libenter & sanctè oppetita morte filios comitata est, aut potiùs præmisit: sed longè antè in Iudaico populo (si de consilio agimus) quæ domus ferè tota Nabalis culpa perierat eam, Abigail prudentia conseruauit sua. Ester quoque ac Debora (de qua superiùs loquuti sumus) patriæ suæ opem ac superbas temperatiuè attulerunt. Quemadmodum & altera illa, cui nullum quidem nomen proprium, hanc tamen dignationis insignem appellationem, vt sapiens dicta sit, scriptura sacrosancta tribuit, Abeciam oppidum à Ionatha oblectum & iam iam expugnandū ac direptioni exponendum, obsidione summa que rerum discrimine (cū esset Ionatham prudenter alloquuta) liberauit. b Hæc autem vt vera sint: Deumque non sexum respicere; sed cuique dona sua, sicuti ex vsu esse iudicat, impartiri fatear; quòd per imbecilliores (quales pueri, mulieres, decrepiti) potentiam suam declarare possit: nihilominus tamen manet semper illud quod initio diximus, in viris plerunque plus inesse, tam naturā, quàm solito Dei beneficio, & præcepto (quo Eua post peccatum pronunciauit, ipsius conuersionem ad virum futura) virtutis, consilij, atque adeò iudicij: quamobrem ex eo quod frequentissimè eueniret, receptum apud omnes, vt viri iudicarent, non fœminæ; quibus esse turpe in cœru loqui. B. Paulus c pronunciauit; ac proinde docere quoque ac iudicare. *ἀνοχρον ἢ ἔστιν γυναιξὶ ἐν ἀκλοσίᾳ λαλεῖν.* Rectè itaque vetus illud verbum ac tantopere celebratum, sibi Tecmessa dictum ab Aiace apud Sophoclem d retulit.

b Vide lib.2. Samuel. cap.20.

c Cap.14. epist. 1. ad Corinth.

d In Aiace Mætyrophoro. fol. 10. libri Stephani.

e Lib.3. Æthio.

*ὁ δὲ εἶπε πρὸς τὴν Βαῖ' αἰὶ δὲ ἡμετέρινα γυναιξὶ νόσμον ἢ σιγὴ φέρει:*  
 Nec ab similiter Chariclæa ad Thyamidem archipiratam in Bucolicorum concione cū dicere iuberetur, silentiū fœminas, sermonem viros decere apud Heliodorum e respondit: sic ferè, *μᾶλλον ἔφη ὁ μὲν λόγος ἡμετέρι ἀδελφῶ (ἡ) ἐμῶ διαγόνῃ τῶν: πρὸς περὶ ἢ οἶμαι γυναικὶ μὲν σιγῆν, ἀνδρὶ ἢ ἀπόκρισιν εἰ ἀνδράσι, vbi pro ε, legendum ἐν ἀνδράσι minimè dubito. Et sequitur statim, *ἐκβαίνειν ἀνακαλομαι τὸς ἐμαυτὸς τε καὶ παρθένων νόμους. καὶ πρὸς τὴν πρῆσιν ἢ κρατένῃ ἀποκρίνα ἢ πρὸς γάμου ἢ ταῦτα καὶ ἐν ἐμῶ τῶν ἀνδράν, &c.* In Græcia quidem antiquitus fœtidicaramque mulierum Bœoti cadis illarum antistite accusari ab oraculi Dodonæi templique ædituis admittere iudicium; nisi vt totidem ipsi viri ad iudicandum adiungerentur, profus noluerint: quod*

quod dicerent nusquam alibi facultatem iudicandi, fœminis esse attributam; aut etiam tacitè permissam. Id quod apud Strabonem a Lib.9. Geograph. legisse me recordor; *ὡς ἔδρασε νόμος ἐν ἀκλόσι γυναικας.* Sed placet totum auctoris boni ac vetusti locum ob oculos proponere: vt quod Xylander interpres & Scholiastes eruditissimus minimè percepit; nos & mendosum esse, & quemadmodum castigari atque perfanari debeat, clarissimè (quod poterit) breuissimeque; demonstremus: quod ipsum, vt lectoris causa iam forsitan defessi, altero sermone proximo præstabitur commodiùs; ita non sine aliquo additamento, ac velut fœnore.

S V M M A.

Criticum siue correctorium circa varios tam iuris ac Theologiæ, quàm aliarum literarum libros Græcos & Latinos.

*Illustratur Caius in l.16. D. de cond. et demonstrat. glossate sublato. Scriptum pro scriptura. Voluntas testatoris interdum ex ijs qua sunt extra res. amentum; interdum ex ipsa scriptura et quatenus capitur. Ad eam rem examinata varia Iuriconsultorum responsa. Ex quo fonte glossatarū menda oriuntur. Plures id genus errores indicantur, tollendi è Plinio Secundo, Sex. Victor, Philone Iudæo, Seneca, Tertulliano duobus locis Strabone, Philostrato, Plinio, D. Hieronymo, D. Augustino, Felice Damasio, Callistrato I. C. in l. 2. D. ad Senatusconsultum Syllania. Inter quos insignes nonnulli explicantur simul. Serpentes mala bestia. De Nilo cæli antimimo Ægyptum opimante satis multa, eadem ab alijs, tum ab Heliodoro potissimum: qui obiter ipse adhibita Philonis ope castigatur. Pietas etiam in seruos: unde et domini patresfamilias dicit, emendato fortasse Lactantio Firmiano.*

CAPVT XV.



TATI sermone isto maculas aliquot quibus, vt Iuriconsultorum nostorum: sic aliorum quoque auctorum libros inter legendum fœdatos, offendi, bonis verique ac nostri studiosis lectoribus ostendere: sed illas scilicet quas incuria Librariorum, ac meticulous error inuexit; dum aliquid quod margini ora ve librorum à Scholiastis varietatem lectionis adnotantibus, aut vulgatam castigare perperam frustra que nitētibus, aut aliqui explicationis & illustrationis gratia supplementibus, adscriptum repererint, religioni habent prætermittere. Quo sanè modo, nimium superstitioso, pro veris ac genuinis adulterina; & alienis interdum locis, ita obrudunt; vt meras lectorum, non vsque adeò perspicaciam ingenijs tenebras offundant. A nostris proceribus ordiar; apud quos alia consimilia menda superiore libro a indicasse me recordor, quæ nemo antea quisquam obseruauerat. Caius, b vbi dixit, *In ijs qua extra testamentum incurrerent, posse res ex bono et aquo interpretationem capere;* apponit istud: *Ea verò qua ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundum scripti iuris rationem expediri.* Vbi que mihi ius

a Cap.14. lib.2. Semestr. b In his qua, 16. D. de condit. & demonstr.



a Declamat. 4.  
lib. 9. & contro-  
uerf. 27. lib. 5.

b l. in eo, 110. §.  
3. D. de reg. iur.

c l. alienationis,  
28. in fine, & l.  
seq. D. de verb.  
fignific.

d l. cum in te-  
ftamento, 202. D.  
de verb. fignific.  
l. cum tempus,  
17. D. de reg. iur.  
e Ad l. in omni-  
bus, 14. D. de re-  
gulis iur.

f l. in ambiguus,  
96. eod. tit.  
g l. non folent,  
94. eod. tit.

h l. vlt. in fin. D.  
de adimen. leg.

i l. si seruo, 26.  
§. vlt. D. de adi-  
mend. legat.  
k l. ea qua, 192.  
§. 1. D. de regul.  
iuris.

placet aequitate temperatum, ipsa etiam iuris appellatio: at hoc certe loco illud, *Iuris*, non à Iurifconsulto adpositum, sed & ab imperito & grammaticulo scholiaste quopiam temerè inculcatum, tanquam substantiuum ab adiectiuo illo, *scripti* (vt quidem opinabatur ipse) desideraretur, asseuerare audeo: non dubitans quin *to scripti*, substantiuè accipi debeat; vt fit à Rhetoribus, vbi tractant de contro- uersia & quaestione scripti & voluntatis, & ab ipso M. Tullio. Apud Senecam profectò, ita quodam loco <sup>a</sup> Castius Pius *In lege* (inquit) *nihil excipitur: sed multa, quamuis non excipiantur, intelliguntur: & scriptum legis angustum est, interpretatio diffusa est.* Quaedam verò tam manifesta sunt, vt nullam cautionem desiderent. Nec verò nouum, vt quemadmodum iuri nouo & stricto, aequitas; ita etiam scripto, id est, scripturae cuiuspiam siue cōtractui, siue testamento (de quo Caius loquebatur) non tantum voluntas & sententia, sed & quae ex illa pendet aptaque est aequitas, rectè opponatur. Aequitati autem non magnus plerunq; sit perquirenda locus, tanquam defunctus aliter quicquam, prater quam tabulis vltimis comprehensum est, factum aut relictum voluerit; cum de sententia eius & voluntate, ipso scri- pto manifestè appareat: in iis scilicet controuersis, quae non aliunde quam ex verbis à sermone testatoris originem ducant. Etenim vt res ex sensibus constant, ita & sensus verbis explicantur, sicuti Qui- rius Fortunatianus lib. 3. Rhetoricorum memorat. Itaque vbi verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum, vt Paulus <sup>b</sup> in- quit: quod tamen sic accipe, in dubio; & nisi huic scripto cōtrariam esse mentem testatoris approbetur; cum nonnunquam ex mente te- statoris, coniunctionem pro disiunctione, ac pro illa istam, accipi o- porteat. <sup>c</sup> Nec alioqui scripto ita sit inharendum, vt non potius id sequamur & probemus; quod voluisse testatorem appareat. Summa profectò vel quantitatis cuiuslibet, itemque temporis adiectio, in dubia testatoris voluntate pro herede facta censetur; vt plus tempore plus quantitate possit exsoluere. <sup>d</sup> In ambiguis orationibus eius ma- ximè qui protulit sententiam spectari, exposcit aequitas illa scripta (si vlla tamen scripta dici potest; qua de re alibi <sup>e</sup> fusè à me tracta- tum fuit) quae regula iuris antiqui continetur. <sup>f</sup> Cum verò superflua quoque, hoc est, quae abundant, scripturas non vitient: <sup>g</sup> illis tum ma- ximè standum erit, & secundum earum rationem disceptari finiriq; controuersias ex ipsis ortas oportebit, vt ea Caij definitione admo- nemur. Itaque licet si seruo cum libertate coniunctim datum sit le- gatium, adempta deinde libertate; legatum quoque tacito iure adeò ademptum censeatur, vt adimi nihil attineat; <sup>h</sup> tamen si eum quem testamento quis liberum esse dato insuper legato iusserat, viuis ma- numiserit, deinde codicillis libertatem ei ademerit; vanam libertatis ademptionem à viuo iam praestita, superuacuaque scripturam, li- cet posteriore, legato non nocere, nec id perditum censeri Pau- lus definiuit. <sup>i</sup>

Planè quamuis in re dubia benigniorem interpretationem sequi, non minus iustus sit quam tutius: <sup>k</sup> ea verò sit benignior, quae pro testa

testamento facit; & generaliter pro scripto, quò res in tuto sit: <sup>a</sup> at- tamen ea quae rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sint: <sup>b</sup> ideoque nec possint duæ vnus hominis contrariae obseruari voluntates; sed in cōtractibus quidem prior posteriori praferatur: nisi vbi à priori vt discederetur, id inter eos actum est quorum in- terfuit: in testamentis verò posterior plerunq; priori praferatur; <sup>c</sup> cum tamen impossibilia pro non adiectis habeantur. <sup>d</sup> Ideò vbi pugnancia inter se in testamento iuberentur, neutrum ratum esse di- ctat iuris regula, <sup>e</sup> de qua suo loco diximus. Meritò autem istud, quoniam etsi nihil exera testamentum incurrat, scriptum tamen vti- que nihil videri potest; vt secundum eius rationem expediatur: cu- ius contrarium itidem nec minus perspicue scriptum est. Idem di- cendum etsi nomen fideicommissarij testamento adscriptum nò sit: nam nulli personae nec certae nec incertae datum videri, Paulus <sup>f</sup> in- dubitatum esse respondit: quod falluntur qui <sup>g</sup> à Iustiani constitu- tione <sup>h</sup> quae de incertis personis est, correctum arbitrantur. Idem etsi plures personae sint eiusdem nominis, qualitatis, loci; vt sit incertum, nec appareat de qua testator senserit: <sup>i</sup> quae de re ex Vlpiani respon- so, <sup>k</sup> restituta, quae in omnibus libris deerat negatione, in commenta- rio ad regulas olim egimus Quod ipsum & in libertatis (qua nihil fauorabilius tamen esse intelligitur) fideicommissio respondendum Modestinus <sup>l</sup> censuit. Aliud dicendum, si de voluntate, aut mente testatoris aliquid probari possit; quoniam semper in interpretatio- ne scripti, etsi ab ipsa verborum significatione recedatur illa sequenda est; <sup>m</sup> maximè autem in fideicommissis: quae de re videtis quae plena manu libri superioris cap. 14. <sup>n</sup> tibi exhibuimus, *Libet scrutari etiam defuncti voluntatem* (ait Quintilianus quodam loco <sup>o</sup>) *qua nihil po- tentius apud nos, nihil nostro animo sacratius esse debet.* In dubio qui- dem, si aliter de mente testatoris non constet, à verborum proprie- tate communique vsu, ipsum non recessisse interpretabimur; etiam si eius arguenda sit imperitia: vt in illa facti specie de qua Papinia- nus alicubi, <sup>p</sup> sic ferè; *Qui fructus praediorum uxori reliquit post mor- tem eius praedia cum redditibus ad heredes suos redire voluit, imperitia lapsus*; cum scilicet praediorum proprietatem se mortuo ab heredi- bus suis non recessuram, frustra que ipsis quod eorum tunc forer le- gari scire debuerit; nec praeteritos ac perceptos ab uxore fructuaria fundi redditus restitui propriis heredibus oportere, nisi expressius id ita voluntate nouissima cauisset. Hoc igitur casu *nullum fideicommissum* (inquit Iurifconsultus) *dicimus, neque proprietatis* (quam scili- cet suo, & hereditario, non fideicommissi iure habent; vt rectè mo- net Accursius) *neque fructus ad eos reuerti debere: etenim redditus fu- turi non praeteriti temporis demonstrati videbantur.* Hæc ille: ac rectè quidem, quò pleniùs ad uxore vsusfructus relictum (quando in te- stamenti pleniùs voluntates defunctorum interpretamur <sup>q</sup>) & ex ipsius natura vsusfructus aestimatum perueniat; sed in dubio tamè, ita vti di- xi accipienda sunt; non si testatorem de redditibus praeteriti temporis ab uxore perceptis locutum heredes aliqua ratione probare possint. Denique

a l. quoties, 67.  
D. de reg. iur. l.  
vbi est, 21. D. de  
reb. dub.  
b l. vbi, 188. §. 1.  
D. de reg. iur.  
c l. Diui, 13. D. de  
adim. leg. l. ni-  
hil prohibet, 17.  
§. vlt. l. legatum,  
24. l. si tibi cer-  
tum, 28. eod. tit.  
d l. ea quae dari,  
135. D. eod. tit.  
e d. l. vbi pugnã-  
tia, in princ.

f l. Paulus, 4. D.  
de reb. dub.  
g Godofrid. in  
notis ad eam le-  
gem.  
h l. r. C. de in-  
cert. pers.  
i l. in tempus,  
62. §. 1. D. de he-  
red. instit.  
k l. si fuerit, 10.  
D. de reb. dub.  
l l. si quis de plu-  
ribus, 27. D. de  
reb. dub.

m l. non aliter,  
69. in princ. D.  
de legat. 3.  
n Ad l. si alij fun-  
dum, D. de vsu  
& vsufr. legat.  
o Declama. 311.

p l. qui fructus,  
25. D. de vsu &  
vsufruct. legat.

q l. in testamen-  
tis, D. de regul.  
iuris.

Denique scriptum siue scripturam, quatenus mens patitur testatoris de qua constat, obseruamus: ubi non apparet eius tamen sententiam in iis quæ extra testamentum, extræve id omne quod scriptum est incurrunt: ex bono & æquo, inuestigamus atque perquirimus; ut quam variæ coniecturæ iuris æquitatisque ratione adhibita suaserint, eam esse interpretemur, atque implendam curemus. Finge, post factum testamentum capitales inimicitias inter testatorem & legatarium, vel fideicommissarium interuenisse: hoc quidem extra testamentum incurrit, nec sequemur quod scriptum est, sed ex æquitate, cuius mentis testator fuerit cum decederet, nimirum spectabimus; ut, si præstitum noluisse tum intelligatur, ex eo quod est verisimile, ac plerunque fieri solet; eius, licet relictæ testamento, at tamen tanquam tacite adempti, etsi nuda tantum voluntate; actionem, aut persequutionem denegemus.<sup>a</sup> Quod si prioris offensæ testatorem poenituerit, & in amicitiam iterum redierint; non modò legatum vel fideicommissum relictum redintegrabitur, cum sit ambulatoria defuncti voluntas vsque ad vitæ supremum exitum: <sup>b</sup> verum etiam si quod irarus testamento quis cauit, in seruos putà, cum potuerit mutare offensam illam clementia flexit, nouissimam eius voluntatem sequendam (quam, licet scriptura non probetur, aliis tamen rationibus doceri nihil impedit) ab Imper. Alexandro <sup>c</sup> rescriptum est. Finge legatum à testatore seruum, deinde alienatum & redemptum; tam alienatio ista, quam redemptio extra testamentum incurrit: & mutatam voluntatē arguit alienatio, ut opposita doli mali exceptione iuxta æquum & bonum non debeatur legatario; nisi nouam voluntatem testatoris, aliunde quam ex ipsa redemptione (quæ sola nõ sufficit) legatarius probauerit. Atque hoc alicubi sensisse Paulum <sup>d</sup> arbitror. Sin autem nihil incurrat extra testamentum, aut incurrisse possit probari; testamento ipsi, aut codicillis, aut epistola fideicommissariæ, scripto denique stabitur; & quidem posteriori: ut in hac specie, quam Paulus <sup>e</sup> ita proposuit, libertus qui in priore parte testamenti legatum acceperat, & ingratus postea eadem scriptura à testatore appellatus est; commutata voluntate actionem ex testamento habere non potest; nimirum ei qui ingratus nominatur, tacite quòque adimitur legatum antea datum. Hic verò non ex eo quod extra testamentum incurrit, sed ex ipsa scripti ratione res sine controuersia orta ex testamento expeditur. Et quidem istud omninò est, quod Caius voluit: qui de lege, Senatusconsulto, vllòve scripto iure (cum quo ius non scriptum & consuetudine obrentum conferri solet) non egit eo loco, quem castigandum, & explicandum suscepimus; sed de scriptura vltimæ voluntatis, quam in dubio solemus ex æquo & bono interpretari, si quid extra testamentum incurrerit.

Mea ista explicatio & definitio manifestior ac probabilior (ut puto) futura est; si hanc facti speciem superioribus adiunxero, quam ab Alpheno alicubi relatum memini; de eo qui testamento scripserat, ut sibi monumentum ad exemplum eius quod in via Salaria esset P. Septimij Demetrii, fieret; nisi factum esse heredes magna pecunia

a l. 3. §. vlt. & l. ex parte, 22. in fin. D. de adim. leg. l. si inimicitia, 9. in princ. & §. 1. D. de his quibus vt indig. aufer.

b l. quod si iterum, 4. D. de adim. leg.

c l. in ipsius, C. famil. ercisc. ex qua perperam colligit Scholias

tes nouus, maleficium scriptum nõ probari; cum hoc potius ostendat probatum scriptura, mutatæ voluntatis ac reconciliationis insecuta probatione non impedire.

d l. cum seruus, 35. D. de adim. leg. facit l. rem legatam, 18. eod. tit. facit l. penult. §. vlt. eod. tit.

e l. libertus, 29. D. de adimend. legat.

cunia multare. Cumque non Demetrii, sed Damæ monumentum reperiretur: quarentibus heredibus, cuiusmodi monumentum se facere oporteret; idque si non fecissent, quoniam non reperissent ad quod exemplum facerent, num pœna tenerentur; à Iuriconsuldro adhibita distinctione responsum est, quam illustrando Caij responso maximè commodam; atque adpositam esse iamdudum existimo. Aut enim quod monumentum defunctus monstrare voluisset, intelligi; & ad eius exemplum fieri debere, iuxta id quod scriptum erat, tametsi non satis ipsa scriptura declaratum; ex testamento namque istud oritur, ideòque necesse est iuxta id quod scriptum aut est aut esse intelligitur, expediri, neque hic vlla æqui & boni consideratio interuenit, ubi menti testatoris, quam tenor scripturæ satis ostendit, satisfaciendum est. Aut ex diuerso, voluntatem testatoris ignorari; quòd cum nullum Demetrii monumentum in illa sit via, de quo alio sentire potuerit defunctus nemo intelligat: hoc igitur casu, rem quidem extra testamenti scripturam incurrere, sed posse rem illam tamen ex bono & æquo capere interpretationem: ut etsi tale nullum faciendi monumenti exemplum extet, ac proinde pœna liberati sint heredes, quod nondum fecerint: principali tamen aut pontificali auctoritate <sup>a</sup> ad monumentum secundum substantiam & dignitatem defuncti extruendum, omnimodo cogi debeant: hoc enim heredum pietas, & ipsa quæ cum pro religione faciat ratio summa est, <sup>b</sup> vt strictam & aliam quamlibet insuper habeamus, videtur exposcere. Quamuis enim stricto iure nulla teneantur actione ad monumentum faciendum, tamen principali vel Pontificali auctoritate compelli ad obsequium supremæ voluntatis, Papinianus <sup>c</sup> in libris quaestionum tradidit. Ex quibus omnibus illuminatam esse Caij sententiam, nostramque simul emendationem omni ratione stabilitam atque confirmatam existimamus. Irreperat *τὸ Iuris* in contextum, è scio cuiusdam scholio margini adposito; quod superstitione diligens Librarius iure meritoque suppletum, & ad intelligentiam eius loci necessarium, falsò credidit. Sicut illud apud Plinium secundum, vel Aurelium potius Victorem, de Liuiio Salinatore: <sup>d</sup> quo loco scriptum legitur sic ferè; *Censor cum eodem collega omnes tribus excepta Metia ararias fecit, stipendio priuauit; eo crimine quod aut prius se iniuste condemnassent, aut postea tantos honores nõ rectè tribuissent.* Illud enim, *stipendio priuauit*, esse dico non Plinij Nepotis, aut Victoris, sed interpretis explicantis quod præcedit, *ararias fecit*. Fauet coniecturæ meæ Liuius lib. 29. fauet Valerius Maximus lib. 2. cap. 9. Vterque horum inter ararias tribus quatuor & triginta relatas à Salinatore, hæc pratextentes causam, quia necesse esset alterutro facto, crimine temeritatis vel periurij teneri, tradidit: vnam modò tribum Mariam vacuum nora relictam; neuter stipendio illas priuatas scripsit. A Librarij autem & Scholiastis adnotamento iste Philonis locus (meo quidem iudicio) laborat: iis omninò verbis, quæ sunt à me superiore capite prodita, de fœminis maritos contumelia quapiam affectos adiuuare nitentibus; *ἔδει μὲν τοῖς τῆς κῆ ποθοῦσιν ὑβρίζουσι τὸν ἀνδρα, πῶς*

a l. ossa, in principio. D. de religiof. & sumpr. fun. l. vlti. D. de mort. inf.

b l. sunt & personæ, D. de relig. & sumpr. fun.

c l. hereditas, 50. §. vlt. D. de petit. hered.

d In libro de vitis illustr.

ἢ πρὸς ἀκείνον ἢ τὴνθεῖσαν φιλαυδέας ὑπὸ τῶν παλαιῶν ἢ πρὸς Ἱεροκλῆα βικασθῆ, &c. Nam illud φιλαυδέας, vel præcedentium, vel subsequen-  
 rium potius interpretationem & scholion esse, nemo paulò delica-  
 tior, & in omnicastigationum genere exercitior dubitabit, vt equi-  
 dem reor: quanquam id qui ferri aut excusari utcunque possit, quod  
 aures repudiant meæ, non ignoro. Similiter iste apud Senecam in  
 controuersis; <sup>a</sup> vbi, *Hanc partem (ait) memini apud Cæstum decla-*  
*mari ab Albio Flauio, ad quem audiendum me fama perduxerat, qui*  
*cùm prætextatus esset, tanta opinionis fuit, vt populo Romano puer elo-*  
*quentia notus esset.* Existimo enim τὸ πuer in eum locum irrepsisse  
 ex interpretatione verbi *prætextatus*. Alterutrum sanè istorum puer,  
 aut *cùm prætextatus esset*, ac illud quidem potius; ibi superuacuo  
 additum esse, vel cæcus viderit. Cæterùm ab illorum vtroque scæda-  
 rus omni ex parte locus hic profectò apud Tertullianum nostrum,  
 ad finem libri ad martyres: qua de re tamen Rhenano, Barræo, Pa-  
 melio doctissimis viris, qui strenuam atque laudabilem ante aliquot  
 annos illi auctori operam nauarunt, nihil vtique suboluit; ego nuper  
 odoratus, cùm caput istius libri conficerem, in quo de Didonis no-  
 mine differui. Nam vbi de illius, deque vxoris Asdrubalis & Reguli  
 constantia, mortisque contemptu loquitur: *Bestias fœmina libens ap-*  
*petijt, & vtique horridiores (ait) aspides serpentes tauro vel vrsò quas*  
*Cleopatra immisit sibi, ne in manus inimici perueniret.* Hic ego Criti-  
 corum elegantiorum, sed & aliorum (qui tamen deliciarum istarum  
 gustum aliquem olim perceperint) genium fidemque imploro, &  
 aduoco: ac si quis vnus erit ex tanto numero, qui non hæc, *Aspides*  
*serpentes*: item illa, *Quas Cleopatra immisit sibi*: cùm breuitatem  
 maiestatemque Tertullianici styli non sapere: tum verò inconcinne  
 frustra & velut in glossæ aut interpretationis Scholasticæ morem,  
 loco interim alieno & incommodo, aspersa esse non agnouerit, equi-  
 dem non recusò, quin me omnes in ista re Critica parum iudicio va-  
 lere, insubidumque atque adeò insipidum esse iudicent. Bestias ele-  
 ganter optimus auctor vocarat Aspides, quas sibi Cleopatram ad-  
 mouisse Plutarchus <sup>b</sup> quoque auctor est: vt Græci generale nomen  
 θύρας, siue θύρας, propriè nonnunquam viperis tribuunt, à quibus di-  
 cta Theriaca: sic bestiarum vocabulo Tertullianū aspides designasse  
 verum est, sed non expresserat: sicut apud Seuerum quoque Sulpi-  
 tium plurimis locis, <sup>c</sup> serpentes, quorum ictus lethalis est, vocari ma-  
 las bestias, dudum deprehendimus: hoc non satis habuit scholias-  
 tes adnotare; nisi tollendæ ambiguitati ex varia nominis aspidum apud  
 Græcos significatione (quo nomine clypeum quoque appellant)  
 serpentes adscriberet, vtrumque minimè necessariò. Illud autem  
 quorsò quale est, *Bestias fœmina appetijt quas Cleopatra immisit sibi?*  
 Debuit (meo iudicio) Tertullianus Cleopatram prius, non posterius  
 appellare, si tamen loqui tam apertè voluit quanquam cui fuit illius  
 doctoris sæculo ignota Cleopatra, vel fabulæ tragicæ que vitæ ipsius  
 catastrophe? Quanto breuius, elegantius, purius, argutius, ac Ter-  
 tulliano denique dignius futurum est; ita, cæteris expunctis, colon  
 istud

a Controuer. 1. l. b. 1.

b In M. Anton.

c Dialogo 2. de virtute B. Martini, c. 3. & Dialogo 1. de virtutibus Monacho. Orient. cap. 5. & Dialo. 3. cap. 12.

istud si legeris? *Bestias fœmina libens appetijt; & vtique horridiores*  
*tauro vel vrsò: ne in manus inimici perueniret.* Rectè verò, *ne perueni-*  
*ret*; nam Octauium Augustum verebatur, à quo sciebat captiuam  
 se Romano more (de quo superioris lib. 3. cap. diligenter satis actum  
 est) ad triumphum in urbem deductum iri; vt à toto populo spe-  
 ctata dein ad hostis arbitrium capite pœnas expenderet. Ideò simpli-  
 ci morte perire, sibi que ipsa eam intra priuatos parietes suo scilicet  
 more modòque conciscere maluit: vt hactenus votis hostilibus illa,  
 cui propriæ manus parcere non possent, liberum viuentis in ipso ani-  
 mæ corpus eriperet; ac stupro, triumpho ignominioso, vltimo deni-  
 que supplicio, ipsisque illo grauioribus (ad ingenuas quidem perso-  
 nas quod spectat <sup>a</sup>) verberibus fortiter atque constanter eximeret.  
 Ad purgandum Strabonis locum, de quo hic me dicturum ex-  
 tremo superiore capite pollicitus fui; ne diutiùs, bone lector, animi  
 pendeas, accedo: quem è scholio ad oram latúsque verborum Stra-  
 bonis appositò, in corpus deinde (vt cum D. Hieronymo loquar) à  
 Librariis non intelligentibus quid scriberent recepto, mendosum  
 Pelasgi dierum à se non itidem noctium pactis, vt dicebant, indu-  
 cis incautos Bæotos oppressissent; durante adhuc bello consul-  
 tum ab vtrisque oraculum Dodonæum Ephori veteris historici fide  
 memorat. Bæotorum legatos respòsum sibi ab antistita datù (nempe  
 hoc, Ἀσπίδας αἶψα ἐπὶ πρῶτον, *Bene ac feliciter rem gesturos; qui impiè*  
*agerent*) cùm suspectum haberent, tanquam in Pelasgorum gratiam  
 (qui gentiles ipsius erant) prolatum foret: correptam fœminam ro-  
 go iniecisse: Ἰδὺ μανθῆνας (inquit) εἶτε κακῶν ἰσοσασαὶ πειλὶ τῶν γυναικῶν  
 δικαστῶν, εἶτε μὴ πρὸς ἀμφοτέρωθεν ἔχειν. εἰ μὲν παρὰ χριστιανισμοῦ, κολασθῆ-  
 οὖς αὐτοῖς: εἰ δὲ ἔδδεν ἀκαθάρτου, τὸ πρῶτον ἀχθῆν αὐτῶν πρῶτον. In quibus  
 Græcis cùm ista κακῶν ἰσοσασαὶ πειλὶ τῶν γυναικῶν δικαστῶν, nullum sensum  
 gignere, Xylander interpretes (quod satis cuique obuium) animad-  
 uerteret, sic locum vertendum duxit, tanquam scriptum foret, εἶτε  
 κακῶν ἰσοσασαὶ πειλὶ τῶν γυναικῶν οἱ δικασταί; vt quidem ipsemet in annota-  
 tionibus monuit, volens (opinor) scribere, εἶτε κακῶν ἰσοσασαὶ ἔποιον, &c.  
 sed & πειλὶ τῶν γυναικῶν, vel πρὸς scribi oportuisset, non πειλὶ τῶν  
 γυναικῶν: si hæc mens auctoris fuisset, quam ille reddere tentauit. Nam  
 eius ista sunt, *Quod sic ratiocinaretur, siue iure id facimus, siue iniu-*  
*ria perpetrasse ipsòs indicatum fuisset, vtroque rem modo bene habitu-*  
*ram: nimirum ea siquidem oraculum mala fide edidisset supplicio affe-*  
*cta; sin verò nihil fraudis commisisset, à se id factum fore quod iusserat.*  
 Quo scilicet modo prius illud κακῶν ἰσοσασαὶ, vel κακῶν ἰσοσασαὶ ad Bæotos;  
 posterius ἀκαθάρτου ad antistitā, siue prophetissam igne absumptam  
 referendum esset: quo nihil cogitari absurdius potuit: vt mittam, quod  
 à Græcis verbis Latina interpretatio abest quàm longissimè: atque,  
 vt vno verbo absoluam, nihil sani, rectiue, aut cum veritate Græca  
 cõgruentius exhibet. Ἀσπιδῶν coniectura delusus homo atque hallu-  
 cinatus est: dicerem hariolatum esse; nisi me iam dudum ita com-  
 parassem, vt ne in quenquā aliquid à me dictū vellem aut scriptum

a Philo Iudæus πειλὶ τῶν ἐν εἰδῶ νόμων: sic scribit, εἰσι δὲ τῶν πρῶτων τοῖς μὴ ἀγαθοῦσιν ἐπιπέσει ἐπὶ ἐλαττον δὲ τῶν θανάτων. videtis autem & triūphatos ho- stium duces an- tequam occide- rentur affectos verberibus, ex eo loco Iosephi Flauij addisci- tur, lib. 7. de bel- lo Iudaico, c. 32. quem cap. 3. lib. 2. Semestr. pro- tuli. Vide & quæ de suppliciis Ro- mano. veterum scripti cap. 6. e- iusdem libri. b Simile fuit il- lud Cleomenis Lacedæmonij, de quo Plutar- chus in Apoph- theg. Lacon. & Cice. non citato tamen nomine in lib. 1. de Of- fic. cap. Existunt etiam sape.

acerbius: qui mea quoque humaniter ac benignè ab omnibus excipi, meosque errores mihi condonari cupio. Sed non hoc tamen in loco, ubi asseuerare omni affirmatione audeo, illa verba *περὶ γυναικῶν ἀμαρτῶν* (qua crassissimas interpreti tenebras offuderunt; vt cum reliquis ea quemadmodum connecteret, non habuerit) expungenda prorsus, vtpote *παρὲς ἄρα*; vel ex illo certè Strabonis loco in marginem oràmque libri vicinam esse releganda, vnde in ipsum contextum errore scriptoris Librarij translata fuerint. Et tamen ipsa (vt verum fatear) memoriæ subsidio à Scholiaste non malè fuerant paulò inferiùs adnotata; vbi traditur, iis qui templum obseruarent, visum non fuisse, vt ceteri auctores indicta causa trucidarent: sed reliquarum duarum sacerdotum variumque iudicio permitterent. Bœotis autem ex diuerso allegantibus, leges nullibi iudicium fœminis deferre; totidem iis adiunctos viros iudices: cumque essent virorum absoluentium, mulierumque damnantium aequales numero sententiarum; eorum qui absoluerent, superiores extitisse calculos: *λεγόντων δ' ὡς ἐδ' ἐμὲ νόμος ἐν ἀμαρτίῃ γυναικῶν, προσελέαθη καὶ ἀνδρας ἴσως τὰς γυναικῶν τῶν ἀγαθῶν. τὸς μὲν οὖν ἀνδρας (inquit) ἀπογόνων, τὰς ἡ γυναικῶν καταγόνων.* Vbi cum agatur de fœminis iudicibus, commodè Scholiastes libri oræ appinxeat illa verba *περὶ ἀμαρτῶν γυναικῶν*, sua (vti dixi) memoriæ adiumento; fortassis etiam, vt qui eum in locum incideret lector, non de re vulgari & consueta, sed rara & insigni sermonem ibi fieri cognosceret. Quod autem subiicit Strabo, sicuti à me Latinis verbis expositum fuit, *ἴσων τ' ἴσων γονιμῶν, τὰς ἀπολύσας ἡμίσηται*: quando ad iudicia pertinet, visum monere hoc quoque; vt ex iis veterum testimoniis explicetur, quos cum *περὶ Ἰφίης ἀθλιῶς*, de Mineruæ calculo, deque Orestis absolutione agerem, duobus iam antea locis <sup>a</sup> docui: quibus istum addi cupio.

<sup>a</sup> In comment. ad l. fauorabiliores, D. de diuers. reg. iur. & cap. vlti. lib. 2. Semestr.   
 <sup>b</sup> Lib. 2. *ἡμίσαι*.

<sup>c</sup> Lib. 3. aduersus Marcionem, fol. 38. excusor. Lutetia cū Bartrai scholiis.

Similem prorsus errorem eodem ex fonte ortum, parique ratione corrigendum nuper apud Philostratum <sup>b</sup> in Hercule furente deprehendi, quo loco Aldinū exemplar Florentiæ excusum ad annum Christi septimum ac decimum supra millesimum (nec enim aliud alibi postea impressum comperi) sic ferè habet, *ἀπὸ παραδιδόντων δὲ βροχοῖ, καὶ μὲν θαυμαστὸς ἐστὶν ἐκείνων τὴν περὶ τῶν ἀμαρτῶν τῶν χρυσοῦ τὸ ἀκαθάρτον, καὶ μικρὸν δ' ἴσως καὶ μέγα.* Ne dubita quin illud (*περὶ τῶν ἀμαρτῶν*) transferendum sit ad marginem; vbi primùm à Scholiaste fuerat adnotatum, indeque sumptum postea, & Philostrato vitiosè à Librario adscriptum. Res nimium clara & perspicua: quæ Viginarium doctissimum virum & accuratissimum eius auctoris interpretem, adeò non fefellit; vt in sua eius loci translatione Gallica, nullam eorum verborum (quæ scilicet reicienda senserat) mentionem fecerit. Tale mendum illud (nisi valde ipse hallucinor: quando id ne Pamelius quidem, vt postremus ita diligentissimus tam Tertulliani quàm Cypriani librorum repurgator atque Aristarchus, apud illum animaduertit <sup>c</sup>) quo loco de falsariis sacrorum librorum hæreticis conqueritur, epistolæ ad Laodiceos mentionem faciens, in hæc ferè verba; *De manibus hæreticorum præcidendis: non miror si syllabas subtra-*

subtra

subtrahit, cum paginas totas plerumque subducit. Datam inquit sibi *Apollolus gratiam nouissimo omnium, illuminandi omnes: quæ dispensatio sacramenti occulti ab æuis in Deo qui omnia condidit; rapuit hæreticus in præpositionem, & ita legi fecit, occulti ab æuis Deo qui omnia condidit, sed euincat falsum, &c.* Equidem, vt paucis meam coniecturam lectori (quemadmodum soleo) tam sine fuce scilicet ac verborum ornatu, quàm liberali manu communicem: cui iam vnam ad eundem Tertullianum isto atque alteram, in superiorum sermonum quopiam <sup>a</sup> indicasse me recordor: quamuis alienum esse à vero aut ab æquo minimè ducam, vt falsario librorum sacrosanctorum, immò verustorum quorumlibet monumentorum ad iura publica priuatæve pertinentium, quâdo vnus cuiuspiam interesse istud ostenditur, manus aut vtraque aut altera certè præcidatur; quò scilicet pars illa corporis, per quam delictum aut facinus perpetratum fuerit, ipsa plectatur (de quo inferiùs <sup>b</sup> faciente Domino differetur) nihilominus tamen istud colon totum, *De manibus hæreticorum præcidendis*; esse *παρὲς ἄρα* autumo: & ex adnotamento Scholiastis eruditi, & zelo fidei nostræ debito flagrâtis, quod ad illum Tertulliani locum adscripserat, translatum perperam ab indoctis Librariis in ipsum (vt vocant) contextum, dum quicquam omittere verentur, censeo; atque asseueratione omni confirmare audeo: qui simile adhuc aliud ac propè geminum in alio eiusdem auctoris loco mendum, huius libri penultimo sermone proferam, quale apud Spartianum huius lib. cap. 3. lineis aliquot quæ in contextum è scholio irreperant inductis ac deletis, esse castigandum admonui. Non ab similem tribus his maculam, apud Plinium superiore anno indicabat vicissim, eos quos modò attuli locos commonstranti mihi, Gab. Terlonius Regius in hoc Senatu consiliarius; idemque vt elegantiorum æquè literarum ac nostri perstudiosus, ita cum primis à me suo non leui merito adamatus. Plinij verba sunt hæc, in excusis lib. 7. natur. historiæ, <sup>c</sup> vbi de breui, eademque misera propter morborum varietatem, ac perplexitatem vita hominum; de qua in eandem ferè sententiam Seneca scripserat in Epistolis, <sup>d</sup> sed Plinij hæc vulgò existimantur quæ adferam: *At hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes, qualiter nullis alijs animalibus certis pestifer calor (febrem intelligit) remeat horis aut rigor: neque horis modò, sed & diebus, noctibusque, trinis quadrinisque, etiam anno toto. Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori. Morbis enim quoque quasdam leges natura posuit. Quadrini circuitus febrem nunquam bruma, nunquam hybernis mensibus incipere, quosdam post sexagesimum vitæ spatium non accedere, alios pubertate deponi à fœminis præcipuè, &c.* quæ sequuntur, quæ ipse ita legenda iudicabat, demptis nimirum istis, *Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori*; tanquam superfluis, & nullius bonæ rei, sed è scholio marginali ascitis; quod scilicet scholion ad illa sequentis proximè capituli prima verba fuerat fortè adpositum; vbi, *Iam signa (inquit Plinius) lethalia in furoris morbo visum; sapientiæ verò ægritudine simbriarum curam, & stragule vestis plicaturas, &c.* Assen-

<sup>a</sup> Cap. 9. & 11.

<sup>b</sup> Cap. 19.

<sup>c</sup> Cap. 50.

<sup>d</sup> Epist. 100.

tior hac in re Terlonio, in re (vt mihi quidem videtur) minimè dubia.

Mihi quoque neminem non assensurum; ex eorum quidem numero qui in hoc eluendarum ex vetustis libris macularum genere, tanquam artificio sese olim exercuerint, spero; cum apud B. Hieronymum ad Pammachium, ubi sic scriptum, hodièque legitur; *Dicis ex Angelis demones potius quam animas fieri: quasi & non & ipsi demones iuxta Origenem, hoc est, pium animæ sint aërei corporis, & ex demonibus postea si respuerint humana animæ sint futuri*: delenda ista, *Hoc est pium*; tanquam non sint Hieronymi, sed à scholio lateri siue oræ Hieronymiani corporis adposito, in contextum recepta, cenfeo: nam Scholiastes imitatione sequentium, quibus Hieronymus Angelos scribit esse mutabiles (ait) *& sub eo quod pium est, illud quod impium est introducis, vt multis periodis animæ fiant, &c.* In superiore illa periodo prius membrum Origenianæ opinionis ab Hieronymo recitata rectè distinguendum, tanquam pium à posteriore membro, quod prorsus Origenianam hæresim atque impietatem sapit, existimauerat; sed non ideo minùs imperitè factum à Librariis, qui scholiastis adnotamentum verbis Hieronymianis, tanquam Hieronymianum id foret, inseruerint; ipsamque Hieronymi sententiam interturbarint: quod non vidisse Marianum Victorium, qui egregiam suis eruditus scholiis Erasmiatorum vice substitutis nuper operam Hieronymo nauauit, mirari satis non possum. Denique cum apud Faustinum Augustinum ad Flaccillam Augustam; consimili ratione verba perperam auctori adscripta, scholio in marginem oramq; libri transferendo restitui debere pronunciauero. Nam ubi, de hoc quod ait filius (*Pater maior me est*) agens, comprobauit non impugnari aequalitatem diuinitatis; sed sacramentum susceptæ humilitatis designari, scripsit, per hoc quod semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: adicit aliquanto post, *Sed etsi hæretici nolunt hoc sacramentum exinanti Dei per acceptionem formæ seruilis esse dictum, Pater maior me est, hoc non est bene dictum, dicamus, & nos patrem maiorem de solo sacramento generationis, &c.* Etenim ista (*hoc non est bene dictum*) quibus locus ille factus obscurior; Scholiastis esse, tanquam ipsa colligentis è superioribus, & idè è cõtextu tollenda, vt in oram libri relegentur, ipse tractandarum rerum ordo manifestum facit: præsertim cum sequatur statim, quod huic adnotamento non planè congruit, sic ferè; *Et hunc enim pium sensum nonnulli Catholici profecuti sunt, dicentes, Patrem & Filium eiusdem esse substantia, & secundum substantiam alterũ altero non esse maiorem, &c.* Etsi ergo quia Deus, Deo aqualis est filius: tamen quia filius minor dicitur patre; id est, quia filius de patre sit, pater autem genuit filium. Apud Minutium quoque Felicem, diu est cum è scholio ad marginem aut glossamate ad interlineare spatium appposito, in ipsum contextum ascita nonnulla obseruauit; que vix fore quenquam arbitror, quin ea, vt spuria, tolli è medio debere, mecum pronunciet: ibi enim ita scriptum, & in reliquis omnibus, & in ipso Romæ nuper excuso libro legitur, *Aegypti*

a Epist. 61. aduersus errores Ioan. Hierosol. col. 241. lib. Luteria à Nivellio excus. anno 79.

b Cap. 4. lib. de fide contra Arrianos.

c Anno 81. per Dominicum Basam.

*Aegypti siccitatem temperat Nilus amnis, colit Euphrates Mesopotamiam, pro imbribus pensat, Indus flumen, & serere Orientem dicitur, & rigare.* Legendum autem ita est, reiectis cæteris; quæ tanquam absona, & superflua (ne infœlicia dicam) ipse Felicis Minutij stylus abominatur, ac respuit; *Aegypti siccitatem temperat Nilus, colit Euphrates Mesopotamiam, Indus & serere Orientem dicitur, & rigare.* Nam Indum qui dixerat, quid necesse habuit flumen pronunciare? quid Nilum, amnem vocare? Aegyptum, ad regionis differentiam non incommodè amnem, dixisset (nam & ita nominatus ab antiquis Nilus<sup>a</sup>) vel etiam, cum Pomp. Mela, Nilum amnium in nostrum mare permeantium maximum,

— *magnamque fluentem*

*Nilum,* —

cum Virgilio: aut denique Nilum amnem Aegyptium, sicuti Solinus, de Euphrate ac Nilo agens in Polyhistore, Mesopotamiam opimat annuæ inundationis excessibus ad instar Aegyptij annis terris superfusus: sicuti Philo Iudæus *ἢ τοῦ περὶ πυγᾶδος*, ipsum Aiyvπiov ποταμὸν vocauit: & verò Seneca ipse; qui de Nilo, *Hunc nobilissimum amnem natura extulit ante humani generis oculos, & ita distulit, vt eo tempore inundaret Aegyptum, quo maximè vsta feruoribus terra vndam altius traberet: tantum hausura, quantum siccitati annuæ sufficere posset.* Nilum, amnem vocare, nisi frustra, non potuit Minutius: & tamen receptam lectionem fulciri posse non inficior; adhibitis tanquam tibicinibus tribus hisce veterum testimoniis: Horatij cum primis, qui flumen Rhenum dixit, in Arte sub initium, ibi

*Et properantis aquæ per amœnos ambitus agros,*

*Aut flumen Rhenum, aut pluuuus describitur arcus.*

Tum etiam Amilij Probi, qui flumen Nilum in Eumene dixit, quo loco; *Hæc dum apud Hellepontum geruntur, Perdicæ apud flumen Nilum interficitur à Seleuco & Antigono, verumque summa ad Antipatrum defertur: & flumen Istrum in Miltiade; pontem fecit* (inquit) *in Istro flumine, quæ copias traduceret.* At hoc quidem haudquaquam esse Minutianũ existimauerim quod sequitur, *pro imbribus pensat; sed infœliciter appositum interpretationis loco, cum sit obscurius, at istud eleganter à Minutio prolatum de Euphrate Mesopotamiam colente, hoc est, irrigatione aut superfusione sua regionem illam opimante, cenfeo; qua significatione de Nilo agens Heliodorus, s ipsum arua Aegyptia γεωργῆν dixit, hoc est, excolere: κατεξανίστα ἂν ὄχθους* (inquit) *καὶ θαλασσοσας τὸν αἰγυπτιοῦ τῆ παρόδῳ γεωργεῖ τὰς ἀρσρας. Αὐτὸ πῶς τε ἔστι γλυκύτατον*, &c. Et rectè γεωργῆν, siue colere, dicitur, aut (sicuti Plinius loquutus<sup>h</sup>) coloni vice fungi: quoniam (vt est apud Dionysium)

*Ἰθάσι πιδὸν λιπαρὸν πῶδον Αἰγυπτιοῖο.*

*ὃ γὰρ τις ποταμῶν ἰναλίητι ἐπλετο νέλω*

*ὃτ' ἰλὺν βαλέειν, ὅτε χθονὸς ὄλθον ἄρξειν.*

Quamobrem ἄργατικὸν ποταμὸν ab Herodoto vocari, ad eundem Dionysium Eustathius eruditè adnotat: vnde γεωργίας nomen, & illud

a Vide Diodorum Sicul. lib. 1. Biblioth. cap. 2. & Strabonẽ lib. 17. fol. 33. ubi ait, ὁ ποταμὸς τῆς ἁφροδύσιον: & Marcell. lib. 22. super Nilo quẽ Aegyptum Homerici appellat. & lib. 23. b Lib. 1. de situ orbis, cap. 9. c Lib. 3. Georg. d Cap. 40. e Circa finem, in fol. 323. f Lib. 4. natural. quæst. cap. 2. de Nilo idem auctor lib. 6. c. 7. & Strabo toto lib. 17. ubi de Aegypto & Ethiopia: itẽmque Vlpianus noster in l. vlti. s. in Aegypto, & s. vlti. D. de extraordinariis criminibus. Ceterum Nilum simpliciter non addito amnis aut fluij nomine, cum alij, tum verò Tertullianus profert cap. 30 Apolog. aduer. gen. ex quo verba recitauit supra cap. 4. ad extremum. g Lib. 2. Athio.

h Lib. 18. c. 8. simile illud quod Tibullus lib. 4. ad Messalam agens de Zona torrida, Non illic colit arua Deus Bacchifera, Ceresive.

a Lib. 1. in Nilo.

illud *πρελ φ νάλς τών άγυπτιον πλωτων όργασμής*, explicandum apud Philostratum admoneo: non satis a doctissimo metaphraste Viginario animaduersum ( vt videtur ) quo loco, *α γεωργίας ή και ναυτιλιας σύμβολον διλοϊ τών νεϊλου, ει τοιεδε ω παϊ λόγς, νείλφ άγυπτιον πλωτων όργασμής* *δικάρτω τή γή χρεϊσθ διδωσιρ επδ φ ωδϊαυ έκποδής*. Nilum arenoso & sitienti solo, & aquam inducere, & terram; iuuaręque agros duabus ex causis, & quod inundat, & quod oblimat: ita quicquid non adiit, sterile ac squalidum iacere; ab illo, quem antę adduxi testem, Seneca traditur: & cum ceteri amnes abluant terras & euiscerent; Nilum tanto ceteris maiorem, adeo nihil excedere nec abra- dere; vt contrā adiciat vires; minimūque in eo sit quod solum temperet. Illato enim limo arenas saturare ac iungere: deberęque illi Ægyptum non tantū fertilitatem, sed ipsas in quibus illud, *Temperati a Nilo Ægyptij soti*, verbum animaduerti debet: quando Minutius eo quem illustrare nitimur loco, idem ipsum imitatione Senecę vsurpandum sibi esse duxit. Interpret aut Scholiastes aliquis sciolus, hoc (*pro imbribus pensat*) non ad explicationem verbi, *colere*, de Euphrate ( quem tripartitum, & per omnes nauigabilem riuos circumfluere insulas, & arua cultorum industria diligentius rigan- tem, vomeri, & gignendis arbutis habilia facere, Marcellinus lib. 23. scribit ) sed verbi (*temperare*) de Nilo dicti profus retulerat: ob eam rationem scilicet, quia imbrium loco nullas expirans auras, halitus, ac nebulas amnis <sup>b</sup> Nilus Ægypto est, *Αντίμιμφ έρανδ ποτα- μής*: *οϊα δη δίχς νερότων ή δετάρ κείων*: quem ideò apud Heliodorum <sup>c</sup> legimus ab Ægyptiis *σεμνηγορέμλων και θεοπλαστήμλων ή κρεττόνων τών μεγ. τιν άγόμελων τών άρμελίνω* ( sic etenim lego, pro eo quod excusus li- ber habet, a me autem non satis ac ne vix quidem ab alio percipi- tur, *άρμελίνω* ) *αυτοϊς άρδοντφ, ή ές έθφ άϊ τή άγμελίνω έπομβέζοντα*. Et apud Philonem idipsum Ægypto pręstare Nilū adulta ætate, quod hyeme ceteris regionibus calum; his omninò verbis, quę in memo- ria Heliodorus videtur habuisse, id quod modò proposui cum scri- beret; *δς κτλ παρ έτφ* ( ait Philo pereleganter de Nilo ) *άναχέμελο λιμνάζφ τών ωδϊαδ ά, μονονδκ αντίμιμφ έρανδ διύαμιν επιδεικνύαθ δικώμ. δ φ χειμώνοσ τούσ άλλαισ χόραισ έρανδσ τδτ άγυπτιφ δέρας άκμαζοντφ δ Νείλδσ τσηρ. δ μκν φ άνωθεν επή γλω τών υετάρ άποσέλλφ. δ ή κάτωθεν άνω τφ παραδο- ξότάρ υών άρδφ τάσ άρδρασ*. Vnde scitum illud *τδ Αντίμιμφ* eundem vsū & effectum cōtraria calo imitatione prębentis epithetum Nili Heliodorus desumpsisse, quodque hunc *άρδερ τασ άρδρασ* ipsum *άρ- δειρ τών άρμελίνω* eius imitatione protulisse perspicimus. Vt cunque sit, reiciendum illud aio apud Minutium, quod antę indicauī; quan- do per oscitantiam Librarij alieno loco adscriptū, etsi ex illius Gram- maticuli opinione reperiatu suo, frustra retinebitur.

Et quoniam de isto mendorum genere a nobis ( vt initio dixi ) superiore libro actum est, absoluam hunc sermonem aliquantò lon- giorē, quā credideram fore cum auspicarer; si laborāti eodem, quo superiores auctores ostendimus genere morbi Callistrato, <sup>d</sup> eadem seruata methodo, iisdemque adhibitis remediis medicinam fecero:

b Vide Plin. lib. 3. natur. hist. c. 9. Marcel. in suprà d. lib. 22. *δελ. que femininū auras nullas spirat.*  
 c Lib. 9. Ethio. sub fin. fol. 196. pag. 2.

d l. 2. D. de Senatuscon. Sylla- niano.

fecero: vt qui ab vno procerum nostrorum cępit, ab alio itidem fi- niatur. Igitur vbi Commodi principis verba rescripto quodam ipsius comprehensa recitat, de purgato seruorum officio a domino, qui a latronibus mortiferę vulneratus, deinde testamentum fecerat: hac quoque legas in extremo; nec pietas pro seruis, nec sollicitudo he- redis obtinere debet, vt ad pœnam vocentur quos ipse dominus ab- soluit. Potuerat quidem Imperator ita scribere: *Pietatem & sollicitu- dinem heredis hoc debere pro seruis obtinere, vt ne ad pœnam vocentur, &c. vel manifestius, hoc modo: Pietatem in seruos vel erga seruos, & sollicitudinem heredis hoc debere obtinere, ne ad pœnam vocentur, &c.* Atque hoc modo pietas ad seruos relata, eam in ipsos affectionem domini, hoc est, æquanimitatem humanitatēque designasset; qua iuxta diuinum hoc pręceptum, <sup>a</sup> *μή έσθι ές λείων εν τή οικία σς, ή φαν- τασιοσπάρ εν τοϊσ οικείαισ σς*, dominicę potestatis acerbitas tempera- tur; vt eam ob rem ille paterfamilias plerunque appellari antiqui- tūs, detracta inuidia domini, familiares illi, detracta itidem seruorum nominis contumelia, solerent; cum esset pietatis gratius nomen, quā potestatis. Qua de re locus ę Seneca, <sup>b</sup> Tertulliano, <sup>c</sup> & Ma- crobio, <sup>d</sup> ab aliis <sup>e</sup> animaduersos vt proferam; nemo a me impetra- uerit: pręsertim qui alios habeo a me complusculos, quos tu illis tua ( mihi crede ) sin minus, mea causa saltem adiucito. D. Ambrosius <sup>f</sup> ad Constantium, *Seruos quoque dominus purę seruitij subditos habeat, pro moderamine cōertionis quasi animę consortes; paterfamilias enim dicitur, vt quasi filios regat, quoniam & ipse Dei seruus est: & Patrem appellat dominum calī, moderatorem potestatum omnium.* Cyril- sus, aduersus hæreticos, <sup>g</sup> *Et ipsi patres ( inquit ) plerumque vt filios suos, seruos vocant: ita & seruos honorantes filios nominant: nec voca- bula naturam permutant.* D. Augustinus de ciuitate lib. 19. <sup>h</sup> *Quocirca est habuerint seruos iusti patres nostri, sic administrabant domesticam pacem, vt secundum hac temporalia bona filiorum sortem a seruorum conditione distinguērent: ad Deum autem colendum, in quo aterna bona speranda sunt, omnibus domi suę membris pari dilectione consulērent. Quod naturalis ordo ita pręscribit, vt nomen patrumfamilias hinc exor- tum sit; & tam latę vulgatum vt iniquę etiam dominantes, hoc se gau- deant appellari. Qui autem veri patresfamilias sunt, omnibus in fami- lia sua tanquam filijs, ad colendum & promerendum Deum consulunt, &c.* Lactantius Firmianus, <sup>i</sup> *Dominum verò eundem esse qui sit pater, etiam iuris ciuilib ratio demonstrat, &c. nec immeritò paterfamilias di- citur, licet tantūm filios habeat; videlicet nomen patris complectitur etiam seruos, quia familias sequitur: & nomen familie complectitur etiā filios, quia pater antecedit: vnde apparet eundem ipsum & patrem esse seruorum, & dominum filiorum, &c.* Et statim: *Quod si propterea pa- terfamilias nominatur, vt appareat eum duplici potestate pręditum, quia & indulgere debet quia pater, & cōercere quia dominus, &c.* Vbi ma- lim, quā pater, quā dominus. Plinius ad Paulinum <sup>k</sup> denique: *Video quā molliter tuos habeas ( inquit ) quos simplicius tibi confitebor, qua indulgentia meos tractem. Est mihi semper in animo Homericum illud,*

a Eccles. cap. 4. vers. penul. *Noli esse sicut leo in do- mo tua, auertens domesticos tuos, & opprimens sub- iectos tibi.*  
 b Epist. 47.  
 c Apolog. c. 34.  
 d Lib. 1. cap. 11.  
 e Briffon. Lexi- co, in paterfam.  
 f Extrema epi- stol. 44.  
 g Lib. 19. The- saur. cap. 1.  
 h Cap. 16.  
 i Lib. 4. Instit. cap 3.  
 k Lib. 7. epistol. cuius initiu: *Vi- deo. de hoc autē loco circa vo- cabulū imę; di- xi suprà cap. 14. & inferius dicā cap. prox. 16.*

παρὸς τὸ ἴσον ἔστιν, & hoc nostrum paterfamilias. Quod si essem natura asperior & durior, frangeret me, tamen infirmitas liberti mei Zofimi; cui tantò maior humanitas exhibenda est, quantò nunc maior venit debilitas egrotanti. Atqui huic quidem Pliniano loco, maximopere adiungi vellem, quæ de humanitate in seruos exercenda Philo accuratè, καὶ τὸ ἐν ἑσθ' ὁμοίᾳ differit; a qua & Romani plerique antiquitus iam tum ab exactis vrbe regibus seruos suos prosequabantur: idque adeò (vt quidem Plutarchus b existimat) quòd ipsimet opera cum seruis communia obirent, iisdemque cibis, domicilioque cum seruis vterentur: καὶ ὅτι ἔχοντες (ait) πολλὰ πρὸς τοὺς οὐκ ἴσους ἑταίρους τὴν δὲ αὐτοκρατίαν, καὶ τὸ κοινῶν διαίτης ἡμετέροις ἔχοντες πρὸς αὐτοὺς, καὶ συνθεῖς δρῶν: & sanè satis tum acerbam serui qui deliquisset, dominumq; offendisset, castigationem habitam ibidem narrat; si plaustrilignum quò temo sustentari solet, circa viciniam portare cogeretur; quem & fusciferum postea vocabant; ἡ δὲ μεγάλη κόλασις (inquit) οὐκ ἔστιν ἀλλὰ μελέτωσις, ἢ ἔλλορον ἀμετέρας ὅτι τὸν βυβλῶν ἐπιπέσει ἀράμειο διαξέσθαι παρὰ τὴν γεννησίαν; &c. quæ sequuntur. Nam locum indicasse satis habeo. Possent etiam sic accipi locus ille Callistrati; si, quo dixi priore modo scribi potuisse, sic exaratum legeremus; vt pietas heredis siue religio & sollicitudo erga defunctum seruorum dominum (cuius vitimo elogio absoluti sunt) id obtinere præstareque pro ipsis debeat; ne vocentur ab herede ad pœnâ: alioqui futuro impio, qui sui testatoris iudicium impugnet, nec ipsius voluntati pareat. Sed quando longè aliter scriptum est hoc loco, quid facias? Negari profectò non potest si verum amamus, quin φησὶ τῶσι manifestam in se habeat: eiusque longè aptius ita concipi verba potuerint, retenta scilicet illa gemina negatione suis sedibus (quam tollere vel immutare durissimum; ne dicam audax & temerarium est) nimirum, vt pro obtinere, permittere, legeretur; & pietas pro seruis, hoc significaret, pietas que pro seruis est; vel potiùs ita vt non, pro seruis, sed, aduersus seruos legeretur: pietatis scilicet nomine (quod vtique veritatis, commodiùsque fit) ad defunctum relato: cuius necem defendere ac vlcisci, ad heredis pietatem ac sollicitudinem nimirum pertinet: adeò quidem vt priusquam hoc fecerit, habita etiam de familia defuncti quaestione, aut pro herede gerere, aut ipsas testamenti tabulas aperire (iuxta id quod Senatusconsulto Syllaniano nominatim comprehensum est) alioquin non debeat. Verùm quid opus est verbis? Obstrepant licet, fremantque alij; vix erit, vt ab ea me sententia vnquam deducant: quin ego illa (pro seruis) ex eadem erroris occasione à Scholio libri margini adscripto desumpta per Librarium; ac, ne quid contra fidem, nève per incuriam omitteret (qui sibi & ipse forsitan seruulus: nam scriptorum, siue scribarum, & Librariorum, hoc munus olim seruile fuisse alibi c plenissimè ostendimus; cautum voluit, dum illud, Pro seruis, textui insereret) Callistrati vel Commodi verbis permixta; tolli de medio, & in pristinum marginis locum reponi debere omni asseueratione confirmem: vt sic legantur illis sublatis cetera, Nec pietas, nec sollicitudo

a Folio 546. & 547. ex quo videtur, si vacat, quæ scribo infra cap. prox.

b In Cajo Marcio Coriolano, fo. 410. Marcum Catonem maiorem cum seruis nudum astate operari soliti, eadem mensa, eodemque pane vesci, atque idem vinum bibere, idem Plutarchus narrat in eius vita, fol. 618.

c Ad l. si Librarius, D. de diuers. regul. iur. antiq.

licitudo heredis obtinere debet, vt ad pœnam vocentur, quos absoluit dominus ipse; quæ tale quidpiam significant, Quicquid pro sua in defunctum pietate ac religione sollicitus & diligens heres vindicanda necis defuncti, facere, postulare, impetrare à magistratibus alioqui debeat: hoc tamen casu obtinere id pietatem illam ac sollicitudinem eius, æquum non esse; vt absoluti ab ipso eorum domino serui torqueantur, vel in vllum periculum calumniosè magis, ac supersticiosè, quam piè deuocentur. Atque hoc quidem rescriptum quantopere pro seruis faciat, ipsorumq; liberanda à cruciatu supplicioque innocentia fauceat, qui non viderit; eum ego non lippum aut coclitem, sed cæcum ab omnibus existimandum crediderim. Scholiasten verò id vidisse mihi constat, ideòque ora sui libri hæc verba (pro seruis) ipsum olim appinxisse non dubito: quæ illi ego (quando ius in hac quoque critica prouincia, pro illa quam aliqua literarum cognitio conciliat facultate, licet dicere) iuratus nunc iam ex animi sententia, quæ sua sunt restituo; & quoniam vetusta Prætoris verba profari fas mihi (credo) est, cum eius fungar munere; do, dico, atque addico.

S V M M A.

Ethicus tractatus, de potestate in familiam & subditos, deque virtutibus Regis; cui aliquot iniectæ obscurorum locorum castigationes, atque interpretationes nouæ.

Potestas paterna & dominica quatenus, & quas ob causas constitutionibus principum coercita. De patrisfamilias officio è doctoribus Ecclesiasticis. Vt castigandus filius. Circa indictam seuis dominis seruorum alienationem ad l. 2. D. de ijs qui sunt sui vel alieni iur. De imposta parentibus durioribus emancipandi filios necessitate: castigata l. vlti. D. si à parentibus quis manum. sit. Vt se gerere dominus erga seruos debeat. Sauiitia ipsius vt lege domini puniretur. Lenitas in seruos summi Dei exemplo commendatur: cuius in homines velut filios indulgentia paterna; Clementis Alexand. verbis obiter castigatis: qualem principum in subditos esse debere complurium auctorum scriptis comprobatur. A Carolo xi. Galliarum rege usurpatam, & olim à Theodosio. Bonus princeps, bonus pater patria. Explicatus locus ex lib. i. Regum cap. 8. Quatenus principi abstinendum ab infligendis pœnis. Quemadmodum reponenda ab ipso gratia. Princeps beneficus & lenis exemplo Dei Iupiter iudex & rex ἀσπυριτός. Diuina patris in principe appellatio. Sequendus & imitandus Deus: de quo præcepto plurima ab Ethnicis & Christianis proceribus, Arriano interim castigato. Per clementiam siue pietatem proximè ad Deum non minùs accedere principes, quam per maiestatem, grauitatem, affluentiam rerum, atque ueritatem. Schemida Pythagoræ locus apud Stobæum expositus, qui fugit interpretem. Theodosij clementia circa perduellionis reos. Quibus populis pœnam ob tumultum commercii ignoscere princeps Deum imitatus debeat. Beneficentia Marci Philosophi & principis in subditos, cui cellam in Capitolio extruxerit. De qua Artocerxis Longimani dictum memorabile. Ob eam virtutem Imperium Menonis propinqui eius ad subditos gratiosum exiit. Plutarcho aliter atque ab interpretibus factum sit, exposito. Indulgentia pecuniarum aut criminum; à qua Diuorum nomen, principibus tributum. Themistius dixit. More Regis apud Marcellinum, & Spartianum, Persica supplicia: de quibus sensisse Constantinum videri l. vnica, C. de emend. seru. cuius ipsius emendatio tentatur. Ater sanguis, sanies tabum. Constantini & Theodosij clementia. Præceptum Leonis principi Byzant. datum à Basilio patre, circa rectam admini-

strandī Imperij rationem. Titi Vespasiani dictum percelebre: cui simile alterum Anaxulsi Tyranni Rhegiensis; nec aspernandum illud Ludovici XII. Galliarum Regis: & aliud Adriani Romani Imperatoris, quibus contrarium Severi principis Romani factum. Rursus aliud Philippi Pulchri Regis Galliarum factum dictumque ex humanitate ac moderatione commendatum, circa Episcopum Apamearum de remittenda iniuria. Beneficium quod priuatus Darius à Sylofonte acceperat, principem factum ei liberaliter & prolixè reposuisse.

## CAPVT XVI.



DE ò mihi nomen ipsum pietatis placet, quod honestissimum; & homine, Dei summi, patris in humanum genus piissimi similitudinem ac imaginem praeferente, dignissimum affectum in memoriam reuocat; vt oblatam de pietate siue cogitandi, siue loquendi, aut scribendi occasionem, omittere nullo pacto possim: hoc nimirum atrocissimo furoris intestini atque internecinae pestis vbique grassantis, tertiumque *Βεβαρυς* flagellum minitantis tempore; quo nimium verè licet potius, quàm liber, illud verus exclamare,

*Relligio peperit scelrata atque impia facta.*

Quaquam non religio ista, sed nudum eius nomen sine re ac potius malitiis & libidinibus omnibus nefandis (eheu!) quaesitum ratione mala patrociniū (vt cum Seneca loquar <sup>a</sup>) & velamentum quoddam est: sed hoc quidem adeò rallum (vt ita dicam) tenue atque pelucidum, ipsam rei veritatem vt nudet potius, quàm tegat; nisi apud illos fortè quibus praestigias vltro ac tenebras accersentibus, ipso meridie non lucet. Itaque cum de pietatis varia significatione superioris libri vno atque item altero sermone sat multis egisse videar; extremo etiam capite proximo non nihil, & aliis itidem duobus <sup>b</sup> plurima de illo paternae in liberos pietatis affectu minimè aspernanda differuerim: hic quoque aspergam non inuitus reliqua, minùs trita & à nobis nondum prodita; quae à nostro tamen illustranda Iurisprudentiae atque reddendi ciuibus iuris (quod ipsum à pietate seiungi ac disparari non potest) munere, minimè aliena esse intellexero.

<sup>a</sup> l. vlt. C. de pat. potest. l. in suis, D. de liber. & posth. hered. d. l. i. C. de patr. qui fil. suos distrah. l. vlti. C. de patr. potest. c. l. abdicatio, eod. tit. f. s. dediti, tit. i. de lib. in fragm. Vlpi. l. circuncidere, s. i. & s. vltim. D. ad leg. Cornel. de scar. scripsi lib. 2. Semestr.

Durum ac veluti praefractum Imperium fuit dominorum in seruos & parentum in liberos antiquitus Romana stante Republica: qui cum, lenitate verbi tristitiam rei mitigante, patresfamilias se dici paterentur, vt capite proximè praecedente admonui: tamen interea ius vitae necisque in eos exercere, <sup>c</sup> ac non domestica iudicia tantum agitare soliti, adhibitis in consilium familiaribus (qua de re alio, si erit commodum; loco differetur) verum etiam supplicij pro arbitrio de vtrisque sumendi, liberos exponendi, ac in agros relegandi, & oppignerandi, sed non in seruitutem tamè addicendi, <sup>d</sup> aut abdicandi: <sup>e</sup> seruos non modò *ἐν ἑργασίᾳ*, hoc est, sub exportationis lege distrahendi, verum etiam ad vtrumque bestiarum & gladiatorum ludum auctorandi <sup>f</sup> facultatem, aut potius licentiam habuerunt: id quod superiore libro variis locis manifestum fecimus. Hanc immoderatam licen-

licentiam, immò immanium barbarorū asperitatem, atque sauitiam in familiares vtrosque; cum interdictam a quis humanisque Principum constitutionibus, tum verò seueris illarum poenis, & animaduersionibus, magistratuum in id studiose incumbentium opera, sub Traiano & Adriano, sub Antoninis Pio & Philosopho, Septimio Seuero, Antonino Caracalla & Aurelio Alexandro principibus optimis, de nostrorum scilicet iuris auctororum consilio, coërcitam ipsi liberi nostri fidem faciunt. <sup>a</sup> Itaque vt à patribusfamilias manumissi liberi seruire, in potestatem eorū retrahi, nisi ex ingratitude causa damno immerita libertatis multati, non poterant: <sup>b</sup> ita domini quidem seruos duriter & inhumaniter habitos alienare, ab seque amittere iusto percepto pretio, <sup>c</sup> sub hac lege cogebantur, vt in potestate domini amplius non reuerterentur: qui etiam a groti & in periculo suo morbo neglecti à dominis, in libertatem Latini iuris è Claudiano Senatusconsulto, <sup>d</sup> soluta potestate dominica eripiebantur; qua ex causa ciuitatem ipsos Romanam consequi Iustinianus <sup>e</sup> voluit. Patres autem, ob naturalem paterni nominis pietatem, quae pro liberis consilium capit, <sup>f</sup> exutam; liberos manumittere, potestatemque sua liberare vi praturae compellebatur: propterea quòd patria potestas in pietate deberet, ad emendationem scilicet; <sup>g</sup> non in atrocitate, ad eandem inferendam seruilisve cruciatus infligendos consistere: sicut ab Adriano rescriptum Martianus <sup>h</sup> retulit. Prudenter admodum B. Augustinus alicubi <sup>i</sup> praecipit, vt vnusquisque paterfamilias illo ministerij, quod Christo à singulis debetur, nomine agnoscat, paternum affectum suae familiae se debere; pro Christo, & pro vita aeterna, suos admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat disciplinam. Ita in domo sua Ecclesiasticum, & quodammodo Episcopale implebit officium, ministrans Christo; vt in aeternum sit cum ipso. Moneri verò patrem in scripturis Sanctis, idem ipse Augustinus alibi <sup>k</sup> scribit, vt filium durum non solum verbis corripiat, sed etiam latera eius tundat; quò scilicet ad bonam disciplinam coactus & domitus dirigatur. Culpari tamè eum, qui cum à malo & illicito prohibeat, alioqui corrector & còsultor est; si modum peccati modus correctionis excedat. <sup>l</sup> Non iniuria: daemonia cum etenim esse, cum naturalis affectio erga sobolem acceptam conculcatur, à Procopio Gazeo <sup>m</sup> traditum legimus. Et filium pater, non potestate, sed amore ad rigorem pertrahit disciplina: non ignorans quàm sit aspera immaturis sensibus disciplina; sicuti Pet. Chrysologus sermone 108. <sup>n</sup> admonet. Nihil de vltione filio ignoscentem patrem perdere, Saluianus Massiliensis <sup>o</sup> ad Hypatiū scribit: quia multò felicius est & laudabilius, suis aliquem etiam immeritò ignoscere, quàm in suos etiam meritò vindicari. Quamobrem sicuti emendare pater filium, iure patriae potestatis non prohibetur, quod etiam rescripto principali P comprehensum est: ita hoc ius, in pietate, non in atrocitate consistere, citato Adriani rescripto Martianus <sup>q</sup> praecipit. Non statim igitur patri ad verbera procacis filij veniendum, sed verborum admonitione prius castigandum esse; Flauius Iosephus de li-

<sup>a</sup> l. i. s. vlti. & i. 2. D. de his qui sui vel alieni iuris sunt. l. vnic. C. de emendat. seruor. <sup>b</sup> l. vnica, C. de ingr. liber. l. 3. in fin. C. de bon. liber. l. i. & tot. cit. C. de liber. & eorum liber. c. d. l. 2. s. penult. <sup>d</sup> De quo scripsi cap. vlt. lib. i. Semestr. <sup>e</sup> tit. de Lat. liber. toll. C. f. l. nec in ea, in fin. D. de adult. g. l. aut facta, s. i. verif. causa, D. de poenis. <sup>h</sup> l. D. Adrianus, D. ad l. Pomp. de parricid. facit l. nec in ea, in fin. D. ad leg. Iuliam, de adult. <sup>i</sup> Homil. 30. de Sanctis, ex quo sumpta lectio 7. in 3. noctur. ad 3. diē infra octauā S. Laurē. in Breuiar. Romano. <sup>k</sup> Cano. displic. s. si volunt, 23. quaest. 4.

<sup>l</sup> c. qui peccat, s. vlti. 23. q. 4.

<sup>m</sup> in comment. in Deuterono. fol. 441.

<sup>n</sup> Sub initium in fol. 282. <sup>o</sup> In fine epist. fol. 301.

<sup>p</sup> l. 3. C. de patr. potest.

<sup>q</sup> d. l. diuus Adrianus, D. ad leg. Pompon. de parricid.



a Lib. 4. Iudaic. antiq. cap. 8.

b Lib. 3. de benefic. cap. 11.

c Notantur hi loci ex Antonij collectaneis sermone 202. loc. com.

d Deuter. cap. 21. ad fin.

e I. vnica, C de emend. propin.

f Rectè hoc est, ut apparet ex l. eleganter, s. vlt. D de pigno. act. g Lib. 1. tit. 3. h d. s. vlt. l. eleganter.

i Fel. 98. eius epist.

k Contra Don. cap. 17. vt in c. non vos, s. quia con. 23. q. 5. apud Gratian.

l Cap. non putet.

m Loco. comm. serm. 139. & sermone 200. ex Antonio.

berorum honore aduersum parentes agens (vbi leges Israëlitico populo à Mose datas percenset) in hac verba scribit: <sup>a</sup> ὅσοι ἢ ἀν' ἑωυτοῦ περιφρονῶσι τὰς γονεῖς, ἢ τιμῆν αὐτοῖς μὴ νέμωσιν, ἢ δι' ἀισχύνην ἢ διὰ σὺνέσιμ' ἐξυβρίζοντες: ἐς αὐτὰς πρῶτον μὲν λόγῳ αὐτὰς νοθεύητωσαν οἱ πατέρες. αὐτάρκεις δ' ἐπεφύκωσιν ἕτοι δίκασθαι. Idoneos esse talis filiorum contumacia iudices, siue arbitros ait ipsorum patres: commodè atque appositè (nisi fallor) ad illud Senecæ de patria potestate in liberos loquentis: <sup>b</sup> *Et quia vtile est iuuentuti regi, imposuimus illis domesticos magistratus, sub quorum custodia contineantur.*

Deinde pulcherrima parentum ad liberos admonitio ibidem apponitur; qua istud inter cætera continetur, veniam iuuenum delictis esse tribuendam: *νῦν ἢ (συνώνυμ' δ' διακρίσειν ἐφ' ἑμαρτήμασι νέων) ἀποχρησάσοι ὅσα τῆς ἐς ἡμᾶς τιμῆς ὀλιγόρησας ἢ μεταβάλλας πρὸς σφραγισθέντων.* Sanè si post admonitionem paternam huiusmodi, verberum quoque obiurgationi (cùm opus fuerit) non atroci tamen & sæuæ, sed leni, quæ paternum affectum noménque deceat, sociatam atque coniunctam (hanc etenim non excludi lege Domini, etsi Iosephus nullam ipsius mentionem faciat; satis tamen ex Prouerb. 13. Eccles. 12. Sirach 30. cap. intelligitur <sup>c</sup>) filius in contumacia & proteruita illa sua pristina perstaret, vt patris vel matris imperio (ita vt dixi) coërcitus, obedire contemneret: eius non quidem exheredandi, abdicandi, verberandi atrociter, aut occidendi; sed ad duces senioresque ciuitatis deducendi, atque sistendi ad portam ciuitatis, vbi iudicium exerceri solitum, extra quam à populo lapidibus obrutus perimeretur, pèrque diei reliquum ab eo spectatus insequenti demum nocte sepeliretur, esse potestatem, lex illa Mosis vetusta iusserat: <sup>d</sup> qua de re ipsum Iosephum, eo quem antè indicauì loco, legis verba explicantem, licet consulere. Atque hunc quoque modum circa iuuenem correctionem vel emendationem, propinquis senioribus tenendum esse; Valentini & Valentis constitutione <sup>e</sup> in Iustiniani codicem relata significatur: vt horum auctoritas iure patrio propinqui iuuenis erratum corrigat, priuatæque animaduerfione compefcatur. Quòd si atrocitas facti ius domesticæ emendationis excedat; placet enormis delicti reos dedi iudicium, hoc est, <sup>f</sup> præfecti vrbis vel præsidis nationi: quibus officij publici potestatem commissam esse, itémque præfecto vigilum: Caius aliquo Institutionum § loco, & Vlpianus <sup>h</sup> ad editum, de seruorum coërcitione vterque agens tradidit. Solere quidem patres filiorum delictis virgam priùs adhibere, quàm baculum; & si correctio moderata non sufficit, seueriora postmodùm flagella consumere: Arnulphus quoque Lexouiensis Episcopus ad Papam Alexandrum scribit. <sup>i</sup> *Quamobrem vt in corripiendo filium quantumuis asperè, nunquam paternum amorem amitti B. Augustinus <sup>k</sup> tradit; sic nec amari seruum quando non ceditur, aut filium quando non datur ei disciplina: non enim istam esse charitatem, sed languorem, idem Augustinus alibi <sup>l</sup> memorat; immò eadè ac patricidium, iuxta istud Ioannis Chrysofomi relatum à Maximo: <sup>m</sup> οἱ δ' ἑωυτοῦ νοσημένους τε ἢ σφραγισμένους ἀμελεῖν οἱ πατέρες, καὶ ἀποκρίνοντες τῶν*

χάριτι

χάριτι, καὶ χαλεπότερον ἢ οὐκ εἶναι. ὅσω ἢ πρὸς ψυχὴν ἢ ἀπόλειαν ἢ δ' ἀνάσσει. Nam quemadmodum simia catulos ferè complexu necat, ita nonnulli parentes immodico erga liberos affectu, & indulgentia illos corrumpunt (quod & Plinius <sup>a</sup> admonet) quibus leuior obiurgatio plerunquè non satisfacit disciplina. Vnde & Heli sacerdotem ob liberos vitia Deum offendisse, qui munera à sacrificantibus exigentes sacerdotium patris in quæstum verterant (quanquam plerunquè pater eos increpasse referatur) apud Sulpitium Seuerum <sup>b</sup> ex historia sacrosancta legimus. Porro quod ob inclementiam, asperitatem, atque ad eam lauitiam dominorū, vel intolerabilem iniuriam feruis iuste deprecantibus Imperialium Adriani atque Antonini Pij constitutionum beneficium, id concedi solitum causa cognita diximus, auctore Vlpiano; <sup>c</sup> vt ab iniūris in aliorum dominorum transirent potestatem. Hoc ius principis Traiani temporibus, qui Adrianum successorem habuit, iam tum obtinere cœpisse, Plutarchus <sup>d</sup> qui sub eo floruit, his ferè verbis indicat: *ἔστι ἢ ἀέλιος νόμος ἐλαττεῖν ἀπογνήσοι, πρῶτον ἀπὸ τῆς ἐξ ἀποδότης μεταβάλλειν ἐπιεικέστερον.* Vbi, fuit quum malle *μεταλαβῆν* legere: sed nihil immutandum è vetusta lectione, ac recepta; B. Augustini locus suadet, quem subiiciam oculis, de hac ipsa re agentis in Ioannem: <sup>e</sup> *Plerunquè homines cùm dominos malos patiuntur, vanales se petunt: non querentes dominum non habere, sed saltem mutare.* Et postea: *Ad Christum omnes fugiamus: contra peccatum Deum liberatorem interellemus, vanales nos petamus, vt eius sanguine redimamur.* Non idem fuit liberis aduersus parentes atroces remedium, cùm liberi hominis nulla esse aut intelligi posset (sub istis quidem Imperatoribus) venditio: sed cogebantur eiusmodi parentes emancipare filios; non veris, sed imaginariis, atque ad eam simulationem venditionibus, per as & libram inpositis. De manumittendi, hoc est, emancipandi filij necessitate illa, quam diximus, duriori & inclementiori patri olim esse imponi solitam: Papiniani <sup>f</sup> responsum extat in hac omninò verba: *Diuus Traianus filium quem malè pater contra pietatem afficiebat, cœgit emancipare: quo postea defuncto, pater vt manumissor bonorum possessionem sibi competere dicebat: sed consilio Neratij Prisci & Aristonis, ei propter necessitatem soluendæ pietatis, denegata est.* Vbi posteriore positum loco *pietatis* vocabulum non fero; mendosumque ab consueta Librariorum tam contractè per notarum compendia scribendi ratione, quàm eiusdem nominis iteratione, superiorum librorum locis à me complurculis accusata; diu est, cùm persuasum habeo: vtrobique ita fortè prior Librarius istud, *pâtis*, appinerat: quo scripturæ modo, vtrobique *pietatis*, & *potestatis* nomen ostenditur. Posterior Librarius pietatem rectè, priore apud Iurisconsultum loco exposuit: posteriore perperam, pro quo debuit potestatem reddere. Mendi occasionem demonstraui: ex qua vicissim pro (*potestas*) reponendum *pietas*, apud Marcellinum inferius & doceo. Cæterùm hoc quidem in loco mendum ipsa rei veritas arguit; quando per emancipationem, patria quidem potestas, quæ à iure ciuili est; vt pote per iuris ciuilis solemnitatem, actumque; legitimi

a Lib. 9 cap. 54.

b Lib. 1. sacra histor. ex lib. 1. Reg. cap. 2.

c d. l. 2. D. de his qui sunt sui vel alien. iuris. d In lib. 1. de duobus modis

e Traita. 42. c. 4. fol. 123.

f l. vlt. D. si a parent. quis manumiss. sit.

g Cap. 17 infra.

a l. cas, 8. D. de cap. minut. vide qua scripti ad l. iura sanguinis, D. de diu. reg. iur. antiq. b l. penult. D. de obseq. parent. & patron. praesta.

c toto tit. D. de obseq. a liber. & liber. praest.

d l. vlt. in fin. C. de sent. pal. & restit.

e l. libertos, C. de obseq. patro. praestant.

f l. libertos, 9. co. titu. D.

g Vide cap. 13.

h Epistof. ad Ephes. cap. 6.

i Lib. 2. ad Rom. 13.

legitimum soluitur. Pietas naturalis est; & ideo quamuis non male intelligatur ac dicatur contra pietatem quid fieri, non potest tamen ipsum villo iure ciuili naturale pietatis vinculum corrumpi vel dissolui, sed permanet: quodque ab ipso pendet officium in liberis, atque obsequium eorum in parentes, praestari & post emancipationem oportere constat. Quo Triphonius aspiciens, vbi dixit (ad libertorum differentiam scilicet) nullum ius libertatis causa impositorum habere patrem in mancipato filio, etiam si iurauerit; cum imponi liberis nihil soleat: adiicit hoc superioribus, Nam pietatem liberi parentibus (hoc est, honorem, reuerentiam, & consuetum obsequium) non operas debent: liberi autem non modò in familia retenti, de quibus ibi non agebatur; sed manumissi & patria potestate liberati, atque adeò libertatem lenitatis paternae testem (vt Constantinus Imperator loquitur) emancipatione consequuti: quamobrem dubitari potuerat, vtrum operas exemplo libertorum etiam deberet, quod negatur (cum ne liberti quidem eas non impositas debeant) sed ita, vt nullum tamen pietatis in parentes officium deserere, aut intermittere ipsos oporteat: quibus non minus quam liberis, honesta semper & sancta persona patris ac patroni videri debet, sicuti Paulus loquitur; quò magis ob illam personae paternae sanctitatem, patri pium officium (quando rebus sanctis responderet pietas, vt inferius alicubi diceretur, eaque inter se relata sunt) filius quamlibet emancipatus exhibeat.

Ex iis quae haec tenus enarrata sunt intelligimus, posteriorum Imperatorum constitutionibus naturalem rationem spectantibus, patrisfamilias potestatem tam circa seruos quam circa filios temperatam fuisse, ad quandam omnibus communem naturam regulam: ex qua omnes inter se homines aequales esse constat; cum seruitus, atque adeò diuersa pro varietate fortunae inter ipsos conditio, iure gentium introducta sit. Quamobrem sicut mutuam inter seruos dominosque beneuolentiam, sine vllis horum in illos minis intercedere D. Paulus praeceperat, ex Dei scilicet spiritu; quo loco, καὶ οἱ κούριοι τὰ αὐτὰ ποιῆτε πρὸς αὐτούς, ἀνιέντες τὴν ἀπειλήν. εἰδότες ὅτι καὶ ὑμῶν αὐτῶν ὁ κύριός ἐστιν ὡς θεοῦ, καὶ προσωποποιήσα ἐν ἐστὶ πατρὶ αὐτῶν (quibus verbis nullam apud Deum personarum esse acceptionem aut distinctionem exprimentibus; id significatur quod paganorum Iuriconsultorum sermone antea diximus, esse natura, nam Deus naturae auctor est, omnes homines aequales) ita suadet Philo Iudaus, vt ne quis crudeliter ac superbe, atque adeò tyrannicè potestatem dominicam in seruos, tanquam arcem in domo munitam tenens, exerceat: θεράπωνες τύχη μὲν (αὐτὸν) ἐλάττειν κέχρηται, φύσις ἢ τὸ αὐτοῦ μεταποιεῖς τοῖς δεσπόταις. (ὅτι) ἢ θεῶν νόμῳ κατὰ τὴν δικαιοσύνην ἔτιμ ἔ τὸ τύχης ἀλλὰ τὸ φύσις ἡναρμόνιον. διὸ προσκίθη τὸς κύριος μὴ κατὰ κόρον χρεῖσθαι ταῖς δεσποῖαις καὶ τὸ δυνάτων, ἀλαζονείαν καὶ ἐπιβουλίαν καὶ δεινὴν ἀμόγητον ἐπιεικηνυμένους ταῦτα ἢ ἐν ἐστὶ δεινότητι ψυχῆς εἰρηνικῆς, ἀλλὰ ἐπὶ ἀνεργίας τὸ ἀνέθικτον κολαζέσθαι καὶ τυραννικῶν διωκασέων, &c. quae sequuntur. Et paulò post idem auctor ob admissum à seruo capitale facinus, non debere offensum

offensum dominum suo arbitrio poenas de ipso sumere: sed legibus ipsum & iudicibus publicis committere praecipit admodum prudenter in hac ferè verba: ἐάν μὲν τοι θεῶν ἀξία πεπραχὸς τυγχάνῃ, πρὸς τοῖς δικασταῖς ἀγέτω, καὶ δουλεύτω τὸ ἀδίκημα: τὸς νόμους κύριος ποιῶν τὸ τιμωρίας, ἀλλὰ μὴ ἐμῶν. Cui congruit Adriani decretum à Lamprydio memoratum, quo seruos à dominis occidi vetuit, eosque iussit damnari per iudices legis etiam Perroniae, siue (vt olim legere mihi potius in Pandectis visum fuit) Patiniae tenor; quo verabatur dominus arbitrio suo seruos ad ludum bestiarum dare, sed oblatum iudici seruum, si iusta sit domini querela, sic poenae tradi posse. Si quis autem adeò sauiam & crudèlem erga seruos dominationem exerceat, vt eorū aliquē vlla ex causa mortiferè vulneret, oculumve ipsi eruat, aut dentem excutiat; non tantum alienari iusto pretio (quod Principalibus constitutionibus cautum diximus) sed etiam manumitti seruum contumelia eiusmodi affectum à domino, antiqua lex illa Iudaica à Mose iussu diuino tradita voluit; cuius & à Philone fit mentio: ἢ ἔτι τις ἀκούσῃ θεράποντι ὀφθαλμῶν, ἀνορθώσας ἐλευθερίας μεταδίδωτω. ἔτω ἢ ὁ μὲν αὐτῷ ἄν ἐδρασε, διττὴν ἀποδεδέξῃ (μείλιαν, &c. ὁ δὲ αὐτῷ ἄν ἐπέμεινε παραγορεύων ἕνα διπλῆν, ἔ μόνον ἐλευθερωθῆς, ἀλλὰ καὶ ἀργαλέων καὶ ἀμῶν δεσπότην ἐκφυγῶν. προσκατάτῃ ἢ καὶ τις ἀδόντα θεράποντι ἀκούσῃ, ἐλευθερίαν χαρίζεσθαι θεῷ θεράποντι. Hæc nimirum fuit Dei optimi maximi erga genus humanum pietas: vt exemplo suo, qui omnium pater atque conseruator est, ὁ πατήρ καὶ ποιητὴς τῶν ἅλων καὶ πάντων αἰτίων (vt idem ille ait) & à quo patre Domini Deique nostri IESV-CHRISTUS paternitas omnis est, ἃ ἔ πάσα ἀγαθὰ ἢ ἐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς δομῶν (sicut apud B. Paulum legimus) quique ex hoc affectu quo amare nos fecit pignora nostra, intelligere nos voluit, quantum ipse amaret pignora sua (id quod Saluianus Massiliensis admonet) quemadmodum in patrumfamilias persona, honorem ab eorum seruis familiarisve tributum sibi, vel denegatum, ac detractum ducit iuxta illa paternae ad filium qui deliquerit admonitionis verba, quae Iosephus retulit: ἢ μεταβάλλῃ πρὸς σαφρονέστερον λογισάμενος καὶ τὸ θεῶν ἐπὶ τοῖς εἰς πατέρας τολμωμένους χαλεπῶς ἔχειν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πατήρ τῶν πάντων ἀνθρώπων γένος ἐστὶ, καὶ σωματικῶς ἐστὶν οἰκὸς τοῖς τὴν αὐτὴν αὐτῶν παραγορεύων ἔχουσιν, ἔχοντες ἢ προσκίθη αὐτοῖς παρὰ τὸ πάτριον τυγχανούσων. Sic rursum, exemplo itidem suo, verus ipse ac magnus omnium bonisq̄ue pater & creator, fons & origo cunctorum (in quo quia viuimus, mouemur & sumus, vt scriptum est; ab ipso vtique affectum omnem, quo pignora nostra amamus, accepisse nos; cum totus mundus & totum humanum genus pignus sit creatoris sui: ab eodem Saluiano traditur) ille inquam tam benignus & beneuolus erga nos Dominus ac pater homines sui nominis participes, hoc est, patresfamilias molliter suos habere, leniterque se gerere non minus erga seruos, quam erga filios voluerit. Quod ipsum inter paganos, & ante constitutiones illas à nobis memoratas, moderatiores quique Romani obseruare soliti; magna vt indulgentia scilicet tractarent suos: sicuti Paulinus & Plinius (id quod ex quadam huius ad illum epistola colligitur) qui

a In Adriano, citat Cuiaci. lib. 6. Obser. cap. 17. ad finem.

b l. 2. ad legem Corne. de scar. videro quae hac de re scripti lib. superio. cap. 11.

c Ex l. 1. & 2. D. de iis qui sunt sui vel alle. iur. d Vide Exodum cap. 21. e Lib. 2. ad Rom. 13.

f Cap. 3. epist. B. Paul. ad Ephesios, vbi sunt qui parentelam, & doctoribus & patribus vetustis; & recentioribus gnoticis familiarum, exponant ad πασείν. g Lib. 4. de gubernat. Dei. h Lib. 4. Iudaicus ἀρχαιολογίας, cap. 8.

i Lib. 4. de gubernat. Dei.

k Lib. 5. attuli locū supra cap. prox. ad fin.

a In lib. de ira Dei, & de Clement. b Cap. 16. lib. 19. de ciuit. Dei.

contra facerent, hi ex templo præ iracundia fauitiâque, in reprehensionibus, ac veluti cenforias proborum hominum atque Philosophorum animaduersiones incurrerent. Qua de re apud Senecam aliquot locis a agitur: Ergo domesticam pacem à iustis patribus nostris ita olim administratam B. Augustinus b alicubi retulit; vt qui secundum hac temporalia bona filiorum sortem à seruatorum conditione distinguerent, iidem ad Deum colendum (in quo aterna bona speranda sunt) omnibus domus suæ membris pari dilectione consulerent. Quod naturalis ordo ita præscribit, vt nomen patrum familiâs hinc exortum sit, & tam latè vulgatum vt iniquè etiam dominantes, hoc se gaudeant appellari, Qui autem veri patres familiâs sunt, omnibus in familia sua tanquam filiis, ad colendum & promerendum Deum consulunt. Si quis autem in domo per inobedientiam domesticæ paci aduersatur, corripi seu verbo, seu verberare, seu quolibet alio genere pœnæ iusto atque licito, quantum societas humana concedit, pro eius qui corripitur utilitate, vt paci vnde dis siluerat coaptetur, &c. Ex lege autem ciuitatis præcepta sumere patres familiâs oportere, quibus domum suam sic regat, vt sit paci accommoda ciuitatis; cum ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium, ad ordinatam imperandi obediendique concordiam ciuium referri debeat. Non abhorret à superioribus, quibus dominorum in familiam lenitas commendatur; quod D. Hieronymus (siue is Paulinus est) de matris familiâs institutione ad Cælantiam scribens, c Familiam tuam ita rege (inquit) & confoue, vt te matrem magis tuorum, quàm dominam videri velis: à quibus benignitate potius, quàm seueritate exige reuerentiam. Fidelius & gratius semper obsequium est, quod ab amore, quàm quod à metu proficiscitur.

c Epist. 14. apud Hieron. col. 136.

d Lib. 5. cap. 6. sub initium.

e Videto quæ scripsi cap. 2. lib. superioris Semestri.

f καὶ καταστάσας ἀρχόντος, folio 496.

g Vide quæ scribo sequenti sermone.

h Ad Geminiū, lib. 8. epist.

i Epist. Iacobi Cathol. c. 5. vers. 11. sic & Zacharias apud B. Lucam cap. 1. vers. 28. ἀλλ' ἦν ἐκείνος θεὸς dixit.

Caterum quod auctoritatem parentum Deorum numinibus aquiri, sic tamè vt patriæ maiestati cederet, ausus est Valerius d dicere: multò ipse veriùs, ex B. Pauli vel diuina potius, quam antè protuli sententia pronunciauero, auctoritatem siue patris familiâs in domesticos tam seruos quàm liberos, siue principis (quasi vel domini vel parentis potius publici e) in subditos sibi populos, non illam quæ à Deo est auctoritatem prorsus æquare, aut allequi (quod profectò non potest) sed quandam ipsius in se imaginem expressam (sicut Philo f περὶ τῆς ἡγεμονίας ἀνεπιλόγητος πρὸς ἀρχέτυπον τῆς θεῆς βασιλείας ἀπεικονισθείσης loquitur) ostendere debere: vt aequitate summa, & verò frequentibus (ne assiduis dixerim) indulgentiæ charitatique, immò benignitatis & misericordiæ officiis identidem exemplo illo diuino permiscendam esse arbitrentur: hoc certè magis, ac lubentiùs; quo se diuina misericordia, & quidem magna, qui quotidie maiestatem eius multis in rebus offendere soleant, s omnes egere (qui modò sapiunt) prorsus intelligunt: cum alioquin eos etiam qui non indigent clementia vilius, nihil magis (Plinio h teste) quàm lenitas deceat; optimusque & emendatissimus existimandus sit, qui peccatis ita abstinet tanquam parcat nemini; ceteris verò tanquam ipse quotidie peccet, ignoscat. Ergo cum tanta sit in miseros homines Dei summi πολὺν πλάχην καὶ οὐκ ἴσην (quomodo D. Iacobus i loquitur) vel

vel (vt ipse Dominus a) χρῆσθ' ἐπὶ τοῖς ἀχαιῖσι καὶ τοῖς ἀσπασίνοις benivolentia; vt non quomodo discipulos magister aut seruos dominus, aut homines Deus, verum sicuti liberos lenis pater alloquatur in scripturis, atque admoneat; iuxta illud Dauidis, b Quomodo miseretur pater filiorum suorum, misertus est Dominus timentibus se: id quod his verbis à Clemente Alexandrino c proditum, δ τὸ ἐπιδραλλέσθαι φιλαργονίας, εδ' ὡς μαθηταῖς ὁ διδάσκαλος, εδ' ὡς οὐκείτοις ὁ κύριος, εδ' ὡς θεὸς ἀνθρώποις: πατὴρ ἢ ὡς ἡμεῖς νοθεῖται ἡδ' (sic enim legendum, quod ex Homero desumptum cum Plinius ad Paulinum d recitet, vt ipse alio istius libri loco e iam antè admonui; perperam hinc tamen ἡπίως esse scriptum, interpreti non suboluit) cum parentibus etiam si iustas succensendi causas habeant; nihil contingere facilius, nihil optatius possit, quàm vt sic eis pro reatu filij satisfaciant, ne necesse habeant vindicare (quomodo Saluianus Massiliensis presbyter ad Hyppatium scribit) nec vnquam ad sumendum de liberis supplicium, nisi facinorum grauitate compulsi se adduci, deponita interim erga ipsos naturali charitate sinant (quod Phinax apud Diodorum Siculum f memorat) quin potius eorum delicta & vitia velamento aliquo excusationis adumbrent, aut ipso silentio, quod potest, obtegant; quem admodum Chariclam filiam alloquentis Æthiopum reginæ verbis apud Heliodorum g ostenditur, quæ superiùs h protuli. Parentū igitur exemplo, sic se humanè ac leniter gerentium erga liberos, acceptasque ab ipsis offensas immò contumelias, dissimulantium atque condonantium; sicuti Carolum septimum Franciæ nostratis regem Delphinio Ludouico filio ignouisse, aliisque conspiratoribus sedato post sextum mensem tumultu illo ciuili, qui Prageria vulgò vocitatus fuit Gallica narrat historia i (iure illo scilicet patrio, secundum quod liberis parci traditur, his Theologi cuiusdam verbis ex Antonij collectaneis locorum communium k; πάλω φέρεται πατρὶως νόμος) Octauio Augusto tanquam patriæ parenti (quo nomine principem appellatum ait Seneca, l vt sciret datam sibi potestatem patriam quæ est temperatissima, liberis confidens suâque post illos ponens) amnestiam, veniam & in eos qui tulissent arma contra se, vt pote iam sibi subditos atque adeò filiorum loco indulgentiam suadebat apud Dionem Cassium m Cicero: τὸ ἢ ἐν ἀν' ὑπαρξείῃ ὑμῶν (ait) ἐ μὲν τοὶ παλαιοὶ οὐκ ὠσθησαν καὶ ἐπὶ τῷ πάλω ποιεῖν ἀώτα μὲν. Ἐτερον πάντα ἀκρίτως ἐπ' αὐτῶν ἐλογίζομεθα, καὶ πολλὰ καὶ παροξύνει ἀναγκάως. τὸ μὲν ἡμεῖς ἀμαρτημάτων ἕνεκα ἔδωκεν ἀντικείτως δὲ καὶ κολάζειν, ἀλλὰ πρὸς τὸ σωφρονίζειν. Denique ita subditis imperare ac præesse principem oportere sicuti patrem liberis (de quorum inter se affectu egimus antea cap. 7.) eandemq; ipsis benivolentiam exhibere; vt par ei aut maior.

a Cap. 6. Euang. secundum Lucam, vers. 35.

b Psalm. Benedic anima mea Domino. 102. vers. 13. & Psalm. 129. De profundis. vers. 4. & 7. apud Dominum esse propitiationem, misericordiam, & copiosam redemptionem traditur, & Psalmo Clamavi in 100. vers. 12. Misericordia tua multa. & Psalm. 110. Confitebor. vers. 4. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus. & Psalm. 102. Benedic. vers. 4. qui coronat te in misericordia & miserationibus. & vers. 8. Miserator & misericors Dominus, longanimis & multum misericors.

c Vbi aspicit ad id quod traditur Exod. c. 34. vers. 6. videto & in supradict. Psalm. vers. 17. Misericordia autem Domini ab aeterno. Videto & Augustinum in c. quæ pœnitentia, apud Gratian. de pœnit. distinct. 1. §. Deus enim miser.

d In Protept. fol. 31.

e Lib. 5. epist. c. 14. videbis Cuiaciū nostrū c. 16. lib. 10. Obseru. sed imprimis Ioâ. Stobæum in collectaneis loco cōmuni. serm. 152. ex Sopatro ad Hemeteriū fol. 532. cuius verba inferius proponuntur hoc ipso

f Lib. 4. Bibliothecæ, μηδὲνα πατήρα λαβὲν πατρὶ ἢ ὅν ἑκαστὸς τιμωρεῖται ἐὶ μὴ τῶν μεγάλων ἢ ἀδυναμιῶν ὑποθεσέντο. τὴν φύσιν ἢ τὸ γένος. εἰς τέκνον. εἰς ἄδελφον. g. Lib. 10. Æthiop. sub fin. h Cap. 8. huius libri sub finem. i Videtis Gaguin. in Carolo. v. 1. fol. 228. verso, & 128. Non ita Philip. Hispanus qui nostra memoria filium regni successorem consulto consilio perimere potuit contra fas naturæ præsertim sceleris nondum perpetrati reum ac ne ipsum quidem satis compertum. k Sermone 200. l Lib. 1. de Clement. cap. 14. sic lego ex Mureti castigatione, cum antè legeretur Reponens: quamobrem olim placebat, suâque post illis reponens. m Lib. 44. histor.

g Fol. 228. verso, & 128. Non ita Philip. Hispanus qui nostra memoria filium regni successorem consulto consilio perimere potuit contra fas naturæ præsertim sceleris nondum perpetrati reum ac ne ipsum quidem satis compertum. k Sermone 200. l Lib. 1. de Clement. cap. 14. sic lego ex Mureti castigatione, cum antè legeretur Reponens: quamobrem olim placebat, suâque post illis reponens. m Lib. 44. histor.

h Cap. 8. huius libri sub finem. i Videtis Gaguin. in Carolo. v. 1. fol. 228. verso, & 128. Non ita Philip. Hispanus qui nostra memoria filium regni successorem consulto consilio perimere potuit contra fas naturæ præsertim sceleris nondum perpetrati reum ac ne ipsum quidem satis compertum. k Sermone 200. l Lib. 1. de Clement. cap. 14. sic lego ex Mureti castigatione, cum antè legeretur Reponens: quamobrem olim placebat, suâque post illis reponens. m Lib. 44. histor.

i Videtis Gaguin. in Carolo. v. 1. fol. 228. verso, & 128. Non ita Philip. Hispanus qui nostra memoria filium regni successorem consulto consilio perimere potuit contra fas naturæ præsertim sceleris nondum perpetrati reum ac ne ipsum quidem satis compertum. k Sermone 200. l Lib. 1. de Clement. cap. 14. sic lego ex Mureti castigatione, cum antè legeretur Reponens: quamobrem olim placebat, suâque post illis reponens. m Lib. 44. histor.

k Sermone 200. l Lib. 1. de Clement. cap. 14. sic lego ex Mureti castigatione, cum antè legeretur Reponens: quamobrem olim placebat, suâque post illis reponens. m Lib. 44. histor.

l Lib. 1. de Clement. cap. 14. sic lego ex Mureti castigatione, cum antè legeretur Reponens: quamobrem olim placebat, suâque post illis reponens. m Lib. 44. histor.

m Lib. 44. histor.

cap. attuli etiam supra cap. 15. ad extremum verba Pliniana: f Lib. 4. Bibliothecæ, μηδὲνα πατήρα λαβὲν πατρὶ ἢ ὅν ἑκαστὸς τιμωρεῖται ἐὶ μὴ τῶν μεγάλων ἢ ἀδυναμιῶν ὑποθεσέντο. τὴν φύσιν ἢ τὸ γένος. εἰς τέκνον. εἰς ἄδελφον. g. Lib. 10. Æthiop. sub fin. h Cap. 8. huius libri sub finem. i Videtis Gaguin. in Carolo. v. 1. fol. 228. verso, & 128. Non ita Philip. Hispanus qui nostra memoria filium regni successorem consulto consilio perimere potuit contra fas naturæ præsertim sceleris nondum perpetrati reum ac ne ipsum quidem satis compertum. k Sermone 200. l Lib. 1. de Clement. cap. 14. sic lego ex Mureti castigatione, cum antè legeretur Reponens: quamobrem olim placebat, suâque post illis reponens. m Lib. 44. histor.

a πὲρ ἡμετέρας  
σεύσεως  
fol. 497.

b πὲρ τῆς  
ἐπιπέρας,  
sub init.

c In oratio. de  
ipſius obitu.

d Collectane.  
locor. commun.  
ferm. 152.

e Statim ab ini-  
tio, qui locus à  
Stobæo citatur  
ferm. 152. ὅτι ἀρ-  
χὸν ἀγαθὸς ἔστιν  
ἀγαθὸς, οἷον ὁ πα-  
τήρ ἀγαθὸς ἢ  
πατὴρ ἀγαθὸς μὴ  
ποτὲ ἢ τὸ ἀγα-  
θὸν ἐπιπέρας. De  
appellatione au-  
tem τῆς ἡμέρας, vi-  
de inferiùs hoc  
ipſo cap. de quo  
etiā paulo antè.  
f Cap. 8.

g Lib. 3. cap. 4.  
h Notat ex re-  
centiorib. Ioan-  
nes Moland. in  
lib. de ſide re-  
bellibus fernan.  
cap. 14.

ab illis honor viciffim rependatur : ne alioqui damnium aut iniu-  
riam inferendo, non principis, verum hostis potiùs publici nomen  
inueniat: ab illo Philone <sup>a</sup> ( quem libenter plerisque huius libri fer-  
monibus antestatus sum ) eleganter in hæc verba traditur ; τὸν γὰρ ἀρ-  
χοντα ἔγω χρεὶν προσηγορεύειν ἢ ἑπικληῖν, ὡς πατέρα πατρίων, ἢ πατέρα ἡμῶν, ἢ πατέρα  
ἐπὶ γνώσειν ἢ ἐπὶ ἀντιλήψει. διότι κοινοὶ πόλεων καὶ θνητῶν γονεῖς, εἰ δὲ τὸ ἀληθὲς  
ἐπὶ ἀρχῶν οἱ ἀγαθοὶ τῆν ἴσην ( ἐστὶ δὲ ὅτε καὶ πειρατῶν ) εἰνοῦσι ἐπι-  
κληθῆναι. τὸς δὲ ἐπὶ λαμῆ καὶ ἡμῶν ἢ ἑπικληῖν μεγάλας περιβαλλομένης  
διωστέας, ἐκ ἀρχῶν καὶ ἀλλ' ἐχθρῶν προσηγορευτέων, τὰ πολιμῶν ἀσυμβάτων  
ἀρεῶντας. Vbi valde arridet mihi quidem, quod principem parenti,  
subditos liberis, nō item famulis aut seruis comparat: quod etiam per-  
tinet, quod Libanius Rhetor Theodosium magnum Imperatorem  
illa sua luculenta oratione <sup>b</sup> alloquens, cogitare ipsum iubet ; simi-  
lem esse debere parenti principem: parentis autem esse, vt inconsul-  
tam filiorum temeritatem leniter & moderatè ferat: veram enim esse  
quæ à lenitate ducitur, laudem Imperatoris; vel potiùs in benigni-  
tate principis plurimum inesse veritatis illius ac fidelitatis mendacio  
contrariæ; vnde laus principis ipsius non parua desumitur. ἀλλ' ἔπι-  
πέρας, ὡς ἐπικληῖν δὲ ( ait ) πᾶσι τὸν βασιλέα: πατέρων δὲ ἔστι τὸ πρῶτον  
φῆραν προσηγορίας ἡμῶν. πολλὰ μὲν ἔρ ἔστιν ἐγκύματα κατὰ σὴ λέγειν: πρῶτον  
δὲ ἀληθείας ἢ τὸ τὸ ἡμετέρας ἢ φῆραν, ὡς εἰ καὶ πάντες ἡμῶν αἰτιοὶ, καὶ χαλε-  
ποι, σὲ τὸτο φυλάττειν ἐχρήν, &c. Huic sanè Imperatori eandem iam  
defuncto, ad quam viuum Libanius horrabatur, mansuerudinem D.  
Ambrosius <sup>c</sup> tribuit ; quod cum haberet supra omnes potestatem:  
quasi parens ex postulare malebat, quàm quasi iudex punire. Con-  
cludam hunc locum si hoc addidero, quod aptè ad superiora omnia,  
Ὁμῆρος γὰρ ἐκ ἀπέχρησε ( inquit Sopater ad Hometerium apud Sto-  
bæum <sup>d</sup> ) πᾶσι ἀπλῶς ἢ ἀρχομένων τὸν ἀρχοντᾶ πρῶτον πᾶσι τῶν  
ἀν ἐυρεθῆναι τέτυ προσηγορίας ἀγαθῶν ὄνομα ; ) ἀλλὰ καὶ τὸν ἡμῶν φῆραν ἐπέθηκε  
τὸ πᾶσι, εἰ μὲν μὲν γονεῶν, εἰ μὲν ἢ ἀρχῶν ἀγαθῶν τῶν πρῶτον πρῶτον τῆν προ-  
σηγορίας ἡμῶν. Igitur Xenophon de institutione Cyri octauo  
scribit <sup>e</sup> bonum principem nihilo differre à bono patre ; qui liberis  
ne bona vtique desint, prouidere solet.

Quod enim Regum lib. I. <sup>f</sup> traditur, de iure ac potestate regia,  
Vosque eritis ei serui, hoc maximè; cætera omnia propriè ad Tyran-  
nidem potiùs, quàm ad principatum, imperium, auctoritatè que re-  
giam ( quæ temperatissima est ) spectare constat : cum Dominus Is-  
raëlitis Regem, iudicum à se constitutorum loco petentibus, qua-  
lem nationes haberent cætera ; daturum se, non regem, sed Tyran-  
num aliquem præfractum ac superbum minaretur: quemadmodum  
in pædagogi libris <sup>g</sup> eruditè Clemens Alexandr. explicat, ἀθάνατον τῆν  
ραννον ἀπειλεῖ τρυφῆται, & φιλόδηρον ἐπισηχεῖται κύριον : quamuis istius  
vice plerique ( vt omnia in deterius passim abeunt ) corruptis mori-  
bus illam substituunt, & ab ipsis quasi pro iure vsurpare soleant. <sup>h</sup>  
Quemadmodum autem Imperij rectè administrandi gratia, pater-  
num in subditos amorem atque pietatem ostendat princeps, à qui-  
bus debitum sibi obsequium atque reuerentiam expectare debet;  
pruden

prudenter admodum Agapetus Diaconus <sup>a</sup> præcipit: τὰυτῆν ἢ ( πρὸς  
βασιλέα loquitur ) διοικῆσαι καλῶς οἱ πατρῴων τοῖς ἀρχομένοις ἐπιδεικνύοντες  
πᾶσι, καὶ ἀρχὸν παρ' αὐτῶν ἀντιλαμβάνοντες φόβον: ἀπειλαῖς ἢ τὰ πᾶσι πᾶσι  
πρῶτον ἀλλοτῆτες, τιμωρίας ἢ πειρᾶν αὐτοῖς & προαγοῖαι: vt nimirum pœnæ  
terrore, minisque à delictis prohibeat, pœnas verò delinquentibus  
non infligat ( legitimas scilicet vt arbitror ) nec manum tamen à le-  
uioribus vtique abstineat; iuxta illud Isæi Oratoris vetus præceptū,  
καὶ τὸς νόμους μὲν τίθεισθαι σφοδρῶς, πρῶτον ἀπειλαῖς ἢ ὡς ἀπὸ κελύσ-  
σθαι. Qua de re apud Seneſiū quoque πρὸς ῥητορίας <sup>b</sup> ἀγι, bone lector,  
admonitum te volo. Nam qui nullas profusus de sceleratis sumat, is  
lædi bonos vtique velit, iuxta illud Pythagoræ verbū à Stobæo rela-  
tum in collectaneis <sup>c</sup> οἱ μὴ κολάζοντες τὸς κακῶς, βέλονται ἀδικεῖσθαι τὸς ἀγα-  
θῶς. Atque huc commodè referri posse, quod de iustitia, veritate, ma-  
gnanimitate, liberalitate, temperantia boni regis ac principis ; item q;  
de clementia, vt supplicia delictis leuiora, gratias beneficiis maiores  
tam subditis quàm amicis velit reponere : à vetusto quodam aucto-  
re Antonius in sua collectanea <sup>d</sup> translatum exhibet sic ferè ; δὲ τὸν  
καλῶς βασιλεύοντα, δίκαιον, καὶ μεγαλόθυμον, καὶ ἀληθῆ καὶ μετὰ δόξαν εἶναι, καὶ  
πάντος ἐπιθυμίας κρείττονα : καὶ τὰς μὲν τιμωρίας ἐλάττωσθαι τὸ ἀξίως, τὰς ἢ χά-  
ριτας μέλλει. τῆς δὲ δόξης ἀποδιδόναι τοῖς ὑποκόμοις καὶ φίλοις. Nec ab hoc  
distat, quod olim Pontificem, qui coram populo preces, & vota pro  
principe quotidiana faciebat apud Ægyptios, inter alia quæ de regis  
commemorabat virtutibus, hoc quoque prædicare solitum Diodo-  
rus Siculus <sup>e</sup> retulit : leuiore inflictas pœnas, maiores repositas gra-  
tias, quàm pro delictorum aut beneficiorum meritis: καὶ καθὼς πᾶσι  
ἐπιθυμίας κρείττονα, καὶ τὰς ἢ τιμωρίας ἐλάττωσθαι τὸ ἀξίως ἐπιτιθεῖς τοῖς ἀμαρ-  
τήματι, τὰς ἢ χάριτας μέλλει τὸ δόξης ἀποδιδόναι τοῖς ὑποκόμοισι. Fi-  
nem profectò hunc esse debere principi, seu regi propositum; vt be-  
nefaciat, hoc est, subditos beneficiis demereatur: quod si non faciat,  
principalem characterem ( vnde benefici reges nominati ) ab ipſo,  
iuxta vetus verbum, adulterari, atque falsari: eo ex vetustis basili-  
cōn membranarum <sup>f</sup> quas olim Romæ vidimus, loco proditum ; qui sic  
habet, τέλει τὸ βασιλεῖ τὸ δόξης ἐπιτιθεῖν: διὸ καὶ δόξης λέγει, καὶ ἡμῶν  
τὸ δόξης ἀγαθῶν, δόξαι κηδὸν κηδὸν ( καὶ τὰς παλαιὰς ) τὸν βασιλέα  
κατακρίβει. Quem locum iis addi velim ; quos cum de principibus  
( qui benefici appellari solent ) agerem in commentario ad iuris re-  
gulas attuli. <sup>g</sup> Appositissimum autem illud quod Philo <sup>h</sup> ille noster  
Deum omnium moderatorem hoc velle ait ; vt quamuis non feren-  
da quæpiam homines admiserint, ideò que pœnas grauissimas fuerint  
commeriti: habeant tamen, qualis Moses antiquitus fuit, deprecato-  
res qui pro ipsis intercedant ; & Dei ( misericordis vtique patris )  
virtutem imitantes ( cuius proprium est beneficio afficere ) in sup-  
plicis inferendis moderatè ac humaniter se gerant : βέλονται ἢ δὲ τῶν  
ἀγαθῶν ἡμεῶν ( ait ille ) καὶ ἀφῶντα ἀδικούντες τινὲς μέλλωσι κολάζεσθαι, πα-  
ρῶν ἡμῶν ἔχειν τὰς ἡμετέρας ὑπερ' αὐτῶν, οἱ τῆν ἢ πᾶσι ἡμῶν διωκαίμεν  
ὑποκόμοι, μετὰ δόξαν καὶ φιλόδηρον τὸν ἡμῶν χρεῖσθαι τὰς τιμωρίας, τὰς ἢ  
τὸ δόξης ἐπιτιθεῖν ἰδίῳ. Hactenus Philo.

a In præcepto  
59. capitulorum  
ad Iustinianum  
Imperator.

b Pag. 72. vbi de  
scelici Ofrid. im-  
perio apud Æ-  
gyptios.  
c Ad finem fer-  
monis 152.

d Serm. 149. 10-  
co. commun. ex  
Stobæo & Anto.  
Pag. 518.

e Lib. 1. Biblio-  
theca, sectio. 2.  
fol. 45.

f tit. 1. πὲρ βα-  
σιλέων; cap. 3. ex  
basilicōn libris  
qui in Luteria-  
na Regina ma-  
tris Bibliotheca  
asseruantur.

g Ad I. Nera-  
tius, 191.  
h πρὸς ἡμῶν μετο-  
νομαστῶν, fo-  
lio 40.

a Lib. 5. de amo. Clitophon. & Leucip. cui congruit quod Homer. apud The- mil. orat. 9. fol. 224. τὸν ἀδὴν μέ- γιστον ἀμείλιτον καὶ ἀδολέστερον vocat. De Iouis Meilli- chij signo Pau- fanias Corinth. fol. 48. Aticis fol. 27. Anthol. epigram. Grac. vide lib. 1. cap. 1. epig. 4. vbi Bro- deus ex Phurnu- to & Plutarcho περὶ ἀστρονομίας. de isto Iouis Epi- thero ἐς ἀμει- λικίης ἕντος τοῦ ἐξ ἀδικίας μετα- βαιίνου. b Serm. 147. in collectan. locor. commun. c 34. in Euang. ad finem. d Lib. 1. e Epist. 43. ad finem. f Protreptico. vbi ὁ δὲ φιλοσο- φος εἶπεν ἡμῶν περὶ τοῦ ὄντος πα- τὴρ ὁ σωετοῦ ἀποτέλειαν ἡμε- τῶν, παρ' ἑαυτῶν, εἰ- λῶν : ἡ δὲ γὰρ σά- ζων παύεται συμ- βολοῦσά τοι ἀείρει. g Orat. 5. ad fin. h περὶ τοῦ μετο- νεμοῦσθαι, fol. 14. sed & fol. 83. in fine li- bri, εὐσεβὲς γὰρ θεὸς ἐπαδὸς ἔσθ' ὅτι. i Pythagora vt arbitror, et si a- pud Diogenem Laërtium men- tionē huius sen- tentiæ factā nō reperio, nec a- pud Ausonium quocq; in Belo- gario de dictis septē sapiētum. k Ad finem vbi, Quod si sint vetera praecepta sapientū qui nō habent tempo- ri parere & sequi Deum & se nescire & nihil nisi. Cui loco alios sed his nostris omnibus praetermissis adiunctos videas in praeepto illo in paroemiarum numerum re- lato, Deum sequere, 38. Chiti. 2. cent. 2. colum. 395.

Porro quam reuerentia decoraque grauitate permittam bonita- tem siue clementiam ac beneficentiam, cuius ergo pater hominum deorumque diceretur; suo μελιχίῳ (qualiter à lenitate ac in homi- nes propensione vocatū Achilles Staius, vt alios omittam, retulit a) Ioui paganos ipsos Philosophos antiquitus tribuisse, ista Diotogenis Pythagorici verba ex libro de regno (ita quidem vt à Stobaeo b mandata sunt literis) fidem faciunt, vbi de Ioue; καὶ γὰρ ἔταρ σιμῶν μὲν ἔστι καὶ τίμασι δὴα τε τὰν ἑπεροχὰν καὶ τὸ μέγεθ' τὰς ἀρετὰς· χρᾶτος ἢ δὴα τὸ δειργετικὸς τε ἡμῶν καὶ ἀγαθοδότης, ὅπως δὴ καὶ λέγεται ἐπὶ τοῦ Ἰωνικῶ πονητῶ — ὅσην ἔην πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε δεινὸς ἢ δὴα τὸ καλῶν τὸς ἀδικοῦσας καὶ κρατερὸν καὶ κυριεῦν πάντων: eandem nos Christiani Deo vero, iuxta vtriusque foederis libros assignamus: vnde Gregorius in quadam homilia, c Considerantes namque quod in- stus sit, peccata vestra nolite negligere; considerantes vero quod pius sit, nolite desperare. Sulpitius etiam Seuerus, d in suo sacrae historiae comperidio, Iudaeis semper peccantibus nunquam Dei, si quando eum implorauerant, defuisse clementiam; vt quemadmodum pa- ternitas inter homines (quod antè diximus) ita paterna omnis cha- ritas atque lenitas inter ipsos, æquè ac in ipsos à parente omnī Deo fit. Vnde D. Ambrosius quodam loco, e de patribus qui liberis igno- scunt; Horum te (ait) imitatore praebuisti pietate patriā, qua proxime ad Deum accedimus. Quamobrem cum Deum & iustum, & ve- rō piū, hoc est, clementem, esse intelligamus: ad eō quidem, vt verè parer, verèque beneuolus & amans nostri Deus amare nos atque ser- uare non cesset, quod apud Clem. Alexandrii, f legimus: cum diuinā esse patris in Imperatore, quæ magno illi Cyro à Persis tributa est, appellationem; quod Poëta Iouem hominum parentem nominatè soleant, Themistius in oratione de Theodosij principis clementia in Senatu habita g ostenderit; quo loco, θεῖα ἢ μόνι ἢ πατὴρ ἐπωνυ- μία: πατέρα γὰρ ἀνθρώπων καὶ τὸν Δία οἱ ποινῶν ἐπονυμιάσασιν. Adicit supe- rioribus Philo percommode; optimo principi curæ id esse, debere, vt se Deo quadamtenus similem; sequendo ipsum, & plurimis be- nefaciendo, neminem cum possit laudendo, reddere conetur: τὸ ἀμεινω- ῖν ἔστιν ὠφελεῖν, ἀλλὰ μὴ βλάπτειν ὅσος ἀρ' οἶον ἦ: τὸ γὰρ ἔπεισθαι θεῶν τὸ εἶναι ἐπὶ κακίῳ δυνάμει μὴ εἶναι ἀρετῶν ἐκείνων. βέλτε ἢ μόνον τὰ ἀγαθὰ, &c. ἀλλὰ γὰρ ἔστιν ἐπιμιλεῖν αὐτῶν, καὶ ταῖς δειργετικαῖς αὐτῶν δυνάμει, τὸ πλεονεκεῖν τὸ χεῖρον ὁβολίας μεταποιεῖν, καὶ μεταρμόσειν πρὸς τὴν ἀμείνω: ταῦτα μάλιστα προ- σέει τὸς ἀγαθὸς ἀρχοῦσας, εἰ γὰρ τις αὐτοῖς φροντὶς ἰσομοίωσας τὸ πρὸς θεῶν. Vbi vim energiamque habet singularem, ac penè prouerbialem, à Philone Platonis imitatore prolatum illud, de sequendo Deo: non hoc tantum, sed & alio h eiuſdem Philonis loco (quantum memini) de Iacobo agentis ὅπως τε προσέειπεν τὸ ἀσείρον ὅσαδ' ἂν εἴηαι θεῶν. Quod vetu- sti cuiusdam Philosophi Ethnici i praeeptum, cum à Cicerone libro de Finibus tertio k traditum luci, tum à Seneca ipso celebratum in libro

libro de vita beata, a si bene memini: quo loco, Illud ergo summum bonum ascendit, vnde nulla vi detrahatur, &c. Ascendere autem illud sola virtus potest, &c. Illa fortiter stabit, & quicquid euenerit feret; non pa- niens tantum, sed etiam volens, &c. Et vt bonus miles feret vulnera, enumerabit cicatrices, & transuerberatus telis, moriens amabit eum pro quo cadet Imperatorem: habebit in animo illud vetus praeceptum, Deum sequere. Atque hoc quidem ille statim his verbis explicat: Ad hac sa- cramentum adacti sumus ferre mortalia, nec perturbari his quæ vitare nostræ potestatis non est; in regno nati sumus, Deo parere libertas est. Nec alio sensu equidem ab Epicteto apud Arrianum b hac prolata crediderim, quæ iuuat adscribere: ἀνάτενον ποτε ἢ τράχηλον ὡς ἀπην- λαγκέλιον ἀδελφείας. τὸ λημισσοῦ ἀναδέλφειας πρὸς τὸ θεῶν εἶπεῖν, ὅτι χρῶ μοι λοι- πόν, ἂς ὁ ἀρ' ἑλθῆς. ὁμογνωμονῶ σοι. ἴσθ' εἰμι. ἔδδ' ἐν παρατιθέμην τὸ σοι δλο- κῆνται, ὅπως θελεῖς ἀγε, καὶ θελεῖς ἐσθ' ἡτα περὶ βίης. ἀρχεῖν με θελεῖς; ἰδιωτεύειν, μὴ εἶναι, φέυγειν, πένεσθαι, πλεονεκεῖν; ἐγὼ σοι ἔπερ' ἀπάντων τῶν πρὸς τὸς ἀν- θρώπων ἀπολογίσομαι: & aliquantò post, τὰ σαυτῶν κολητοῦν ἔνθεν ἐν τῷ δεινολοῦ ἐκβαλε ἀντι-προσέειπες καὶ σὺν ἑαυτῶν ἰδίωσιν, φόβου, ἐπιθυμίας, φθόνου, ἐπιχρηματικίας, φιλαργυρίας, μαλακίας, ἀκρασίας. ταῦτα δ' ἔν ἐσθ' ἄλλως ἐπι- βαλεῖν, εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸ θεῶν ἀποδέλφειαν, ἐκείνῳ μόνῳ προσωπεινόμεθα (vbi fortè προσωπεινόμεθα melius fuerit) τοῖς θεῶν προσέγγισαι καθ' ἑαυτῶν. Illud sanè de sequendo Deo praeceptum similiter à Christianis ipsiſ doctoribus vsurpatum reperio; in quibus D. Ambrosius c deuotio- nem Abrahami commendans, cui à Domino praeceptum fuerat, vt de terra & cognatione sua deſque patris sui domo exiret; idè ad- dente singula, vt eius affectū probaret: ita scripsit (si bene memini) Tentatur vt fortis, incitatur vt fidelis, prouocatur vt iustus; meritòque exiuit, quemadmodum locutus est illi Dominus: & exiuit cum eo Lot: hoc est, quod pro magno inter septem sapientum dicta celebratur, Sequere Deum: factò prauenit Abraham dicta sapientum, & sequen- tus Deum; exiuit de terra sua: quod ipsum ita interpretatur Am- brosius; vt sit exire de terra sua, de huius terræ, hoc est, de corpo- ris nostri quadam commoratione egredi: de qua exiuit Paulus, qui dixit, Nostra autem conuersatio in caelis est. Istud ipsum de sequendo Deo (quod enarrando celebrare cœpi) praeceptum, eandem Abra- hami enarrans historiam Philo d sic explicat; vt nihil ab illo distare doceat quo ab optimis Philosophis admonemur conuenienter na- turæ viuere. λέγει ἢ ἔξυς ὅτι ἐπορεύθη ἀβραάμ καθ' ἑαυτῶν ἐλθέσθαι αὐτῶν κύριος. τὸ δὲ ἔστι τὸ παρὰ τοῖς ἀρετὰ φιλοσοφίασιν ἀδ' ὁμοῦ τὸ ἐλθεῖν, τὸ ἀπολέθαι τῆ φύσιν (ὡς γίνεσθαι) ἢ ὅταν ὁ νδς εἰς τὴν ἀρετὴν ἀβραάμ ἐλθῶν, κατ' ἔχον ὁρθῶ λόγῳ βίῳ καὶ ἐπιπῶν) θεῶν τὸ προσέειπεν αὐτοῦ διαμεμῶμεν καὶ πᾶσας ὁμοῦ καὶ παταχοῦ ἔργους τε καὶ λόγους βεβαίωμεν. Et postea: εἰ τοῖνυν λόγῳ μὲν ἔστι θεῶν ὁ νόμος, ποιεῖ δ' ἄσσειν τὸ νόμον, ποιεῖ πάντως καὶ τὸ λόγον. ὡσθ' ὅταν ἐφῶν τὸς τὸ θεοῦ λόγους πρᾶξας εἶναι τὸ σοφῶν. τὸ ἐλθεῖν αὐτῶν ἔστι καὶ τὸ ἐπὶ τῶν μωσῶν, τὸ ἐπὶ θεῶν ὡς καὶ ἐν ἑτέροις φησὶν, ὅπως κυρίῳ τὸ θεοῦ σε πορεύσθαι, &c. Præterea ipsum hoc praeceptum, quod à Marco etiam Antonino eodem Imper. atque Philosopho ita concipitur, e & qui- dem Platonicè aut Philonicè, ad ista (inquam) quæ modò diximus

a Cap. 15. b Lib. 2. de dif- fertationib. Epi- ste. cap. 6. vide & in c. 14. ciuid. lib. c. 25. lib. 3. & cap. 10. lib. 4. cui dicto cotrarium τὸ θεομαχέειν, ἀντιθέτω πρὸς τὸ θεῶν ἢ ἀντιθέτω πρὸς τὸ θεῶν ἢ ἀντιθέτω πρὸς τὸ θεῶν: qua de re apud eundem lib. 3. cap. 23. & cap. 25. c Lib. de Abra- ham Patriarcha, cap. 1. d περὶ ἀποικίας, fol. 278. & 279. e Lib. 10. de vita sua, fol. 281.

apertissime



z Collectan. lo-  
coru commun.  
sermone 147 sic  
ἀντιθέτων ἀρ-  
χῶν Imperatoris  
dixit Philo in le-  
gatione ad Caiū  
sub initium. D.  
Ambro. de apo-  
logia David. c. 2.  
vbi de Dauide  
peccati ob ca-  
dem Virz atque  
adulterium sibi  
conficio. Quod e-  
tubesciat facere pri-  
uati, rex non eru-  
buit confiteri. Qui  
tenentur legibus  
audent suum ne-  
gare peccatū, de-  
dignantur rogare  
indulgentiā, quam  
petebat, qui nulli  
tenebatur legibus  
humanis. Vnde  
sumpta est le-  
ctio 4. Domini-  
ca post Penteco-  
stē in Breuia-  
rio Rom. simili-  
ter de Dictatoria  
apud Romanos  
potestate (quæ  
ad regiā aucto-  
ritatem proximi-  
mē accedebat)  
agēs Plutarchus  
in Fab. Max. fol.  
319. edit. Steph.  
ἀλλὰ τίς ἐστι  
μὴν γνώμῃ σου.  
ἢ χθηνῶν ἀν-  
τιθέτων ἀρ-  
χῶν ὅτι ἐστὶ τὸ  
παράνομον μο-  
ναρχίας ὑπὸ δυνά-  
τει καὶ ἀκρίβει  
καὶ ἡ μεταβολὴ  
μένειν πάλτιν ἀ-  
θύρῳ καὶ ἀθύρῳ  
ἀθύρῳ.

b Ad I. Nerati,  
191. in verbo  
principem, D.  
de diuerf. regu.  
iuris.  
c. Videtis quæ  
scripsi in Dode-  
cameni cap. vlti.  
& eius cap. ap-  
pendi. Et addito  
quod ex Ephan-  
ta Pythagorici  
libro de regno  
Stobæus recitat  
locor. commun. serm. 147. fol. 405. d. ἀπὸ ὧν citatus à Petro Victor. cap. 11. lib. 35. Varia lectio. e. Lib. de  
Cæfaribus. f. Sub initium lib. 3. de vita sua, fol. 245. ἀρετὴν δὲ εἶ μὲν τὸ λοιπὸν ἢ βίῃ ὅσον δὴ ποτε ἢ ἐν φέ-  
σις θεῶν ἐλατῶν, κατανύσσον ὅν τι θεῶν ἢ ἀλλο μὴ δὲν ἀρετῶν ἀπὸ τοῦ. & fol. 247. δ. δὲ ἢ ἢ φῶσιν ἐπιφῶν τῆτο οἰκειότητος,  
ἢ προσφύσσον, ἢ δὴ ἢ προσφύσσον. & 251. μέγιστον παύσης ἢ ἐξουσίας ἢ φῶσιν λαλεῖν. g. Lib. 7. fol. 231.  
h. Hoc ipso cap. & c. 14. & videto versus Homericos à Stobæo citatos serm. 147. quos tetuli extrem. c. 18.

& grauitatem à Rege ad Deum proximè accedi; ex iis licet colli-  
gere, quæ Pythagorico Diotogeni vtrumque viuam legem esse af-  
ferenti tribuuntur: vt interim, quæ ad clementiæ ac benignitatis (qua  
de agimus) laudem spectant, non pratermittat; vbi (Stobæi a fide)  
in libro de regno, ita loquitur: ὁ ἡ βασιλεὺς ἀρχὴν ἔχει ἀνυπεύθυτον, καὶ  
αὐτὸς ὡν νόμος ἐπιτελεῖται, θεὸς ἢ ἀνθρώποις παροχραμάτιστα. & postea: ἀ-  
μὲν ἡ σεμνότης δεινὸς ἐπὶ ἀρχῆσιν, διὸ δὲ θαυμαζόμενον, καὶ τιμω-  
μενον αὐτὸν παρέχει τοῖς πλάθεσιν. ἢ ἡ χρηστότης φιλεῖ μὲν καὶ ἀγαπᾷ  
μὲν. ἢ ἡ δυνάτης, φῶς ἢ μὲν καὶ ἀνικτοῦ ποτὶ πολέμους, μεγάλου καὶ  
καὶ θαλασσίου ποτὶ φίλους. Et statim: χωρίζοντα μὲν αὐτὸν ἀπὸ ἡ ἀνθρώ-  
πων παθῶν, σιωπῶντα ἢ τοῖς θεοῖς ἢ διὰ ἐπιφανείαν, ἀλλὰ διὰ μεγα-  
φροσύνην καὶ μέγιστον ἀρετῶν ἀνυπερέβλατον, &c. Qua de re, cū in com-  
mentario ad Regulas complura ex variis auctoribus testimonia mi-  
nimè vulgaria, illustrando de beneficiis principalibus (à quibus be-  
nefici Reges nominati sunt) loco, accuratè quidem, sed quod scilicet  
ei loco satis esse tum videbatur collegerim; b non possum tenere  
me, quin depromendi cetera eòdem pertinentia, quæ non minoris  
quàm illa semper facienda duxi; tam bellam occasionem rapiam, at-  
que amplectar, itaque cū Deum ἀνοδὲν καὶ ἀνταρκτικῶς, c sed & ἀληθῶς, vel  
potiùs ipsam ἀνταρκτικῶς καὶ ἀληθῶς esse constet; non minùs tamen  
beneficentia & clementia, quàm aut veritate aut rerum necessaria-  
rum affluentia; principes Deo similes effici, & ipsum imitari, aucto-  
res tradunt: εὖ ἢ δὲ ἡ ἀπορίω μὲν τὶ θεοῖς ὁμοίον ἔχοντων (inquit Lon-  
ginus d alicubi) ἀνεργεῖσθαι εἶπεν, καὶ ἀληθῶς. Sileno etiā Marcum eun-  
dem Philosophum & Imperatorem interroganti apud Iustinianum  
(utinam tam probum & Christianum quàm eruditum principem)  
in Saturnalitiò: e in hæc verba, ἐμοὶ ἢ, ἐπὶ τῆτο φράζω, τί ποτε ἡμέ-  
τερος εἶναι τῆν ἡ θεῶν μέγιστη; respondisse Marcus fingitur, ἀλλὰ μὲν  
ἐλατῶν, ἀπορίω ἢ ὅς ὅτι μέγιστα πλεῖστα. Idem profectò Marcus An-  
toninus Imperator & Philosophus, qui plurimis librorum de vita sua  
lōcis, f iubet nos naturæ conuenienter viuere. Alio quodam loco g  
præcepta ista duo, tanquam ex sese apta & consequentia coniunxit,  
de amando generè humano & sequendo Deo; quorum vtrumque  
principi potissimùm esse dictum (vt par est) sentio: φίλῶν τὸ ἀν-  
θρώπων γένος (inquit) ἀκολέθησον θεῶ. De imitatore ac æmulatore  
summi Dei principe, per auctoritatem scilicet sapientiam, scientiam,  
magnanimitatem, liberalitatem, rerum affluentiam siue paucorum  
indigentiam, paternumque in subditos affectum: cū ideò potissi-  
mùm Deus primus Deorum esse hominumque parens existimetur,  
quod se ἡπιον (de quo vocabulo superiùs h dictum est) lenem, in-  
quam, & benignum erga subditos, eorum perpetuò curam gerens  
præbeat; vt qui creator est, idem etiam nutritor alimus, doctor atque  
legisla

legislator sit omnibus: qualem esse præesse in terra hominibus eum  
qui rex futurus sit, cū sine sapientia scientiæque nec rex nec prin-  
ceps vllus esse possit; atque ita Dei fore imitatore, legitimumque  
ministrum, eximie Sthēnidæ Locrus Pythagoricus a apud Stobæum  
quodam insigni admodum loco præcipit: quem locum ab interprete  
alioquin erudito, non satis bene acceptum, vt aliquot verbis men-  
dosum atque castigandum etiam existimarit; si spectandum lectori-  
bus obtulero; quando sermonem de imitando, cū ceteris virtuti-  
bus, tum ipsa imprimis clementiā, principibus Deo, à nobis institu-  
tum mirificè illustrat; nihil ingratis aut frustra me facturum esse ar-  
bitror: καὶ ἡ βασιλεία σφόδρ ἡμῶν. Ἔτω ἢ εἰσέται ἀντίμιος, καὶ ἡλιωτάς τῶν  
πράτων θεῶ, &c. (nam tametsi labor iste mihi non displicet; nolo ta-  
men omnibus exscribendum esse lectori grauior) καὶ ὁ μὲν αἰεὶ τὰ πάντα  
διοικεῖ καὶ ἡ ζῆσι, αὐτὸς ἢ αὐτῶν κενταμῶν τὰν σοφίαν. ἢ δὲ ἢ χρόνῳ ἐπιτά-  
μῳ (vbi perperam interpretes, Et viuit ipsius in se possidens sapientiam:  
cū debuerit ita reddere, Et viuificat vel fouet ipse in se possidens sa-  
pientiam; habet enim verbum istud ζῆσι, vim actiuam, neque neu-  
traliter, vt solet, accipiendum hoc loco est; sed ita vt ἡ τροφία signifi-  
cet, quemadmodum postea loquitur: καὶ ἀμελέμεν τὰς προσηλαίας ἐδέ-  
πῳα τῶν αἰῶ, ἢ δὲ ἢ κρεσσῶ τῶν ποιητῶν μόνον πάντων γεγονέναι. ἀλλὰ καὶ τῶν  
φῶν διὰ ἀνταρκτικῶς τῆ καλῶν πάντων καὶ νομοθέτας πῶσιν ἐπίστας.) Se-  
quitur deinde, quod ad rem nostram itidem facit; ἀεὶ τὰ ἢ ἢ μίμῳ  
τῶντο, ἢ μεγαλόφρονά τε καὶ ἀβρόν (quod verbum quia non concoquit in-  
terpres & mauult σφόδρ reponere; frustra est, nisi fallor, cū idoneā  
sententiam præferat, siue ἀντι ἡ ἀνθάδης, pro præfracto accipiatur;  
quod etsi cum sequentibus non satis aptatur, præcedentibus tamen  
congruit, vt tamen σεμνὸν quem diximus ostendat: siue ita potiùs, vt  
splendidum magnificumque, ac omni ex parte in genus humanum  
liberalem significet; quod sequentia comprobant, quæ receptæ le-  
ctiōni confirmandæ proponemus) καὶ ὀλιγοδέα παρασηλαίῳ αὐτῶν,  
πῶσιν διὰ θεῶν ἢ ἐπιτελεῖται τοῖς ὑπὸ αὐτῶ. διὰ τῆτο γὰρ τῶ μέγιστα καὶ  
νόμιμα ἢ θεῶν, πατέρα ἢ θεῶν πρῶτων, πατέρα ἢ ἀνθρώπων ἡμῶν: ὅτι ἡπιον  
πρὸς πάντα τὰ ἐπὶ αὐτῶ γινόμενα ἢντι, καὶ ἀμελέμεν, &c. quæ antè  
protuli: & aliquantò post, μιματῶν ἀρα καὶ ἐπιτέρας εἰσέται νόμιμος τῶ  
θεῶ, ὁ σφόδρ τῆ βασιλείας. Monebat Gregorius Nazianzenus in mo-  
nostichis præclarè; vt beneficiis in homines conferendis imitari nos  
Deum crederemus; ἀνεργεῖσθαι νόμιζε μιματῶν θεῶν: quod cū Ethnicis  
complures viderint, ipse imprimis Cicero; qui homines ad deos nul-  
la re propiùs accedere, quàm salutem hominibus dando memora-  
uit; b vt alios mittam, quorum verba de beneficiis principalibus  
agens ad iuris regulas c protulit: tum ex Iudæis Philo noster; d sic fe-  
rè, ὁ ἢ ἐπὶ τῆς ἢ ἀπὸ σκοπῆς ἢ πρῶτων ἀληθῶς ἔστη, ὅτι παραπλήσιον ἔδῳ  
ἀνθρώπων θεῶ δροσῶν, ἢ χαλεζόμενοι: τί δὲ ἢ ἢ ἢ κρεῖττον ἀγαθῶν, ἢ μιματῶν  
θεῶν γονοτῆς ἢ ἀπὸ. Vicinum ac simile quicquam Deo, id est, ipsius  
naturæ ac operibus, nulla re alia exsequenda homines facere, quàm  
conferendo gratiam atque beneficium: quod autè præstātius bonum  
(hoc est, quæ virtus maior aut melior) quàm vt qui facti creatique

a Serm. 147. lo-  
corum commu.  
fol. 492.

b In Orat. pro  
Ligario.  
c Ad I. Nera-  
tius, 191.  
d ἐν τοῖς πῶν ἢ  
δρασεῖ.

in Adamo nempe sunt, hoc est, mortales homines ( sic enim illud γωνητός pro γωνητός à me non absque ratione a repositum interpretor ) immortalē ac aeternum imitentur Deum : cuius vel isto ipso nomine perpetua & constans in homines beneficentia demonstratur, sicut è Philonis b alio quodam loco addiscimus ; vbi τὸ δὲ θεὸς αἰώνιος ( ait ) ἴσους ἔστι ὁ χαριζόμενος ἢ ποτε μὴ ποτε ἢ ἔξ, ἀεὶ ἢ ἢ συνεχῶς ἢ ἀδιασπαστῶς ἀσφραγιστῶν ὁ τῆς ἑωρατῆς ἐπάλληλον φορὰν ἀπάσως σιωπῆρας, ἢ τὰς χάριτας ἐχρημάσας ἀλλήλων ἀθανάτων, ἢ διωάμισιν ὄντως καθαρῶς σαμῶν : ὁ δὲ μὴ δὲνα κερῶν ἢ ποιῆν ἐν παραλείπων. Et postea illud Iacob Patriarchæ, *Et erit Dominus mihi in Deum*, explicans ; ἴσους ὁ ( ait ) θιέτι μοι τὸ δευτερονομίῳ ἐπιθέξῃ τὸ αυτοκράτορ ἀρχῆς, ἀλλὰ ἀσφραγιστῶν τὸ ἴσους πρὸς πάντα ἢ σωτηρίας διωάμισιν, & que sequuntur : quibus hoc tantum addi velim, quod præclare ab ipso D. Chrysostomo c esse adiectum memini ; vt in eos beneficentiam exercentes, qui male sint de nobis meriti, hoc ipso vtique Deum imitemur: ipsius similes, proximi, & filij denique efficiamur. *Dicit aliquis ( ait optimus ille ac doctissimus Ecclesiastes ) quoniam pacto effici Dei filij possumus ? Is profecto effici potest, qui omni sit vitio vacuus, qui ne in laceffentes se iniuria, mansuetudinem præset, &c.* Et statim : *Nihil enim nos Deo tam proximos facit, quam bene de inimicis mereri, &c.* quippe cum necessaria virtutes sint, & ea præcipuè quæ cunctarum est maxima pietas & mansuetudo.

Quæ omnia si ceteris hominibus, multò certè magis principibus ipsis conuenire ; quò maiore omnium rerum copia præ aliis distruunt, auctoritatè que ipsos anteuertunt, nemo non perpicit : vt non modo liberalitate, munificentia, pietate, misericordia, omni denique φιλανθρωπίας, hoc est, humanitatis genere mactos reddere subditos ; sed eorum nec opinantium vota præcurrere, d Dei misericordis ( cuius benefacere proprium est, sicuti ex Philone superius diximus ) vestigia persequendo debeant ; meritoque illud θεῶν diuinorum Epitheton, quod ( cum sit θεῶν μίμωρον πρᾶγμα βασιλεία, sicuti Diotogenes quodque Pythagoricus apud Stobæum e loquitur ) ab Homero regibus tributum ostendimus, ipsi obtinere censentur. Huc admonitio illa eximia Diaconi Agapeti ad Iustinianum Imperatorem pertinet ; in quam quoties incido, non possum aut legendo defatigari, aut ex animi voto, memoriæ fatis inhigere : præsertim quò exemplo & imitatione Dei ( cuius princeps imaginem refert ) eum ad misericordiam cohortatur ; sic admodum, f ὁ τὸ μέγανος θεοσεβείας ἐπιλαβόμενος, τὸ δευτερονομίῳ μιμήσθω ἢ διώαμισιν. εἰ γὰρ πῶς τὴν εἰκόνα φέρῃ ἢ ἐπὶ πάντων θεῶν, ἢ δι' αὐτῆς κατέχῃ τὴν ἐπὶ πάντων ἀρχὴν : ἢ τῶν δὲ μάλιστα ἢ ἀδελφῶν μιμήσθω, ἢ ἢ ἐλεῶν προσημασθῶν. Et postea, g τὴν αἰώνιον πάντων ἔστιν ἢ βασιλεία. τότε ἢ μάλιστα τοῦτο ἔστιν, ὅταν ὁ τὸ πρὸς εὐκαίμην τὸ κράτος, μὴ πρὸς ἀνθάδεια ἔστιν, ἀλλὰ πρὸς ὑπαικείαν βλέπῃ ; τὸ μὴ ἀπάθρωπον, ὡς θυρωδὲς ἀποσφραγιστῶν, τὸ ἢ φιλανθρωπῶν ὡς θεοκένου ἢ ἀνθρώπων. Denique alio h loco pium & humanum principem, qui egentium misereatur. Soli comparat ; eoque ipsum illustriorem ostendit : in hac verba, ἢ ἢ μὴ ἔργον ἔστι τὸ καταλάμπειν τὰς ἀνάσσει τὴν

a Quam colligas uicet ex iis que Dodecameni nostri cap. 12. & ad ipsum appendice distulimus. b ἀπὸ φουερίας, fol. 153.

c In sermone, Virtutum præceptum ne confundamus, neque uirtus eorum, etiam deum: circa mediū in col. 709. libri Niuelliani, & 710.

d Vide l. 11. C. Theodosia. de infirmā. iis que sub Tyrā. gesta sunt. & Symmac. epist. 48. lib. 10. Cassiod. epist. 47. lib. 3. Variar. ex quib. & aliis diligenter Iuretus elegantiss. apud Symmachum ad epist. 3. lib. 1. e Locor. commun. serm. 147. f Artic. 37. g Artic. 40. h Artic. 51.

ἀνθρώπων ἀνάσσει ἢ ἀρετὴ τὸ ἐλεῶν τοῖς ἀσθενέσι· κἀκεῖνα ἢ φανώτερον δὲ διοσεβείας βασιλείας. Sanè quidem, vt nihil est quod maiori subditis ad animi securitatem atque tranquillitatem præsidio esse ; quàm principis non elati potestate in eorum damnum atque iniuriam, sed humani & benefici, fides ac tutela possit : iuxta Philonis a nostri verbū istud, βασιλεὺς ἢ περιεσπένει μὴ ὅτι μὲν τὸ ἀρχῆς ἐπαρμολίῳ πρὸς βλάβας ἢ ἐπιπύων, ἀλλὰ φιλανθρωπία τὸ ἀνθρώπος εὐαίσθη ἐπαρμολίῳ παρουσιάζει, μέγιστον ἔστι πρὸς ἀνθρώπων ἢ ἀσφάλειαν ἐρεῖ. Ita nihil est vnde maior iustiorve laus ad principem, quàm ex illa in populū suū benignitate promānet atque perueniat ; per quam non modò Deum imitatur, sed ipsi quàm simillimus efficitur: vt ab ipsa θεοειδέστατον Θεοδόσιον Imperatorem Themistius b nominare non dubitauerit, cui parua ad humanitatem ac veniam tribuendam occasio, pro magna esset ; vt confcios proditoris ac perduellionis quiescentes tamen, pro dormientibus haberet, fontibusque ipsis propter innocentium societatem ignosceret : ἀλλ' ὁ σὺν ὡ θεοειδέστατε αυτοκράτορ ( inquit ) ἀλλὰ διὰ τὸς μὲν ἠδ' ἀκρίβειας ἢ τοῖς ἐμαστανέσιμ ἐδῶκα συνήνομιον, &c. εἴτι σοὶ ἢ μικρὰ ῥοπή πρὸς φιλανθρωπίαν ἀπὸ μὲν ἔστιν ; ἀπὸ ἢ, ὅτι πρὸς φιλανθρωπίας θεοσεβείας. ἢ μικρὰ δὲται ἐπιπύωνται, ἐπὶ τὴν ἀρετὴν τὸ φύσιν. Generaliter quippe ac in vniuersum, viciniore ac similiores Deo, perimentibus eos qui conseruant ; ab ipso Themistio c alibi traditur : καὶ ἀκρίβειας ὅτι βασιλεὺς ( ait ) ὅτι μὲν δὲ παραπλήσιοι τῶν ἀνθρώπων οἱ σὺν ἔστι. Huc accedat quod quemadmodum

*Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

( vt est apud Ouidium e ) quinimò Deus conseruari humani ( quod alioqui prorsus extingueretur ) generis gratia, non cessat delinquentibus, vanaeque aut etiam impias in eum voces iactantibus ignoscere ; atque, vt prænitentia locum faciat, tardè ad vindictam procedere: sic eius exemplo debet Imperator & singulis ciuibus, & verò ciuitatibus ipsis tumultuantibus, atque adeò ( si non rebellibus quidem & contumacibus ) incòsulto certè ac temerario motu, vel alieno etiam exemplo perperam aliquid & contra debitum principi obsequium designantibus, veniam dare ; illius effati memor, quod apud Senecam d extat alicubi, *Hæc diuina potentia est gregatim ac publicè seruare, multos autem occidere & indiscretos, incendiū ac ruina potentia est: ne alioqui, si factas sibi non remiserit iniurias ; præterquam quod Deum non sit imitaturus ; de se potius quàm de subditis sumat supplicium : cum ipsis amissis, debilior vtique futurus sit.* Qua de re ita luculenter à Libanio præ ceteris habita ad Imperatorem Theodosium oratione f tractatum memini ; vt temperare mihi non possim, quin eius verba de sequendo principibus Deo, in tribuenda subditis venia, hic proponam : præsertim cum id quod plerique olim principes exemplum sequuti sunt, atque adeò institutum ; è re populi Gallici ciuitatum ipsiusque Regis Christianissimi antea semper fuisse, vtique senserit, verèque sit expertus : atque hoc etiam reparat f salutis anno 1589. cum ista retractamus, re ipsa vt experiri possit, vota

a ἀπὸ φουερίας, fol. 154.

b Orat. 5. in Senat. habita de laudib. Theodo. fol. 76. lib. à Stephano excusi vbi cum Alexandro conferitur.

c Orat. 10. ἐπὶ τὸ εἰπεῖν ἀλλήλων, folio 121. libelli ab Henr. Steph. excusi.

d Lib. 1. Tristitiū.

e Extremo cap. 26. & vlti. lib. 1. de Clement.

f ἀπὸ τὸ σέβαστα, sub initium, vbi vide quæ pauò post de Iuliano Imperatore scribit.



nobis & optimo cuique civi facienda; Deumque acerrimis precibus fatigandum esse intelligamus; ne quid vtrique deterius (quod sane verendum est) contingat. Sic ille igitur de civitatibus, *παρ' ἑνὸς ἐν εὐ βεβηλωμένων ἡλθον ἐπ' αὐτάς (ἡμίαι, ἡμιῶσαι ἢ αὐτὰς τὰς ἡμιδῆτας. πρὸς γὰρ τὸ τὰ αὐτῶν ἀσθενέστερα ποιεῖν, ἐδ' εἶδέναι θεοῖς ἀκολυθῆναι ὁμολογῶν. τίνα δὲ τὰ τὴν συνήθειαν τοῖς καθ' ἡμέραν ῥήματα ἐπ' αὐτὰς ἀφίεσιν, ὅταν τι παρὰ τὴν πραγμάτων λυπῶν). καὶ τοὶ πολλοὶ αὐτοὶ σφᾶς αὐτὰς ἀπαλίεσιν, ἀλλ' ὁμῶς συνοφθαλίεσιν, οἱ ἢ ἀνέχον), ἢ διὰ τὸ τοῦτο πολλοὶ τὸ τὴν ἀνθρώπων γένεσιν. εἰ δὲ ἐποίησεν ἅμαρτήμασι δίκαια, σφᾶδρα ἢ ὀλίγον ἢ τὸ σαζόμενον. ὅστις ἔρ' ἐοικέναι βέλτε* θεοῖς, ἀφίεσι τιμωρίας χαυρέτω μάλλον ἢ λαμβάνων, ὃ μάλιστα ἢ τὸς ἑλλῆνας εὐελοῖται τὴν βαρβαρίαν διαφέροισι.

Videte id olim Reges ac principes ipsi, cum Romani tum barbari. Beneficentiam quidem adeo M. Antoninum Philosophum & Imperatorem praeter ceteris excoluisse virtutibus, ut ei tanquam Diva fanum etiam in Capitolio Romano dedicavit; apud Xiphilinum Dionis abbreviatorem legimus: *ἔχε μὲν γὰρ καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς (inquit) πολλὰς τὴν ἢ ἀδύναστον δίκαιον: ὅθεν τὰς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ ἰδρυσατο, &c.* Existimabat enim ac praedicabat (Vulcatio Gallicano a teste) in Imperatore avaritiam esse acerbissimum malum: *Igitur bonis viris pecunias Marcum dedisse, & oppidis labentibus auxilium tulisse, & tributa vel vectigalia remisisse, vbi necessitas cogebat.* Qua de re tota plenius ex Dione apud Xiphilinum videre est; vbi & hoc insuper, *καὶ πάντα τὰ περὶ αὐτῶν γράμματα ἐν τῇ ἀγορᾷ καθύψω ἐπέλυσεν.* Cautiones debitorum siue reliquorum in medio foro comburi iussisset Smyrnam terram motu convulsam & corruptam restitui iussisset sumptu proprio. Tum deinde a calumniosa nimis ad rem attentionis infimulatione ipsum vindicans, *ἀπ' ὅπου καὶ νῦν θαυμάζω (ait) τὴν ἀπειμῶν αὐτῶν, ὡς ἔμεγαλοφρονα γονήμων.* Nihil sane Imperatorem istum magis timuisse, & deprecatum esse, quam avaritiae famam, de qua se multis epistolis purgavit; ab ipso Capitolino b traditur: quem & delationes, quibus fiscus augetur, contempnisset antea monuerat. Ante istum Imperatorem aliquot seculis Romana stante Republica, illi alteri pietati liberorum in parentes sacellum dicatum fuisse in urbe, constat; ob illud pietatis documentum, quod in Metellorum domo refulsisset, sed eminentissimum in plebeia puerpera, repertum a Solino c memoratur. Sed ad rem ut reuertar: non minus factum, quam illustre ad regiae pietatis, hoc est, liberalitatis in subditos, & beneficentiae, ac benignitatis celebrationem; apophthegma Persarum Regis Artoxerxis a Plutarcho relatū, lubens memoria repeto: eius nempe cui Longimanus cognomen, ab altera manu longiore, fuit. Etenim ad id forsitan aspiciens, quod quibus aequales manus ambae sunt, earum unam non minus adimere, quam alteram dare fas esse videatur; sibi tanquam optimo principi futuro concessum a natura (qua frustra nihil facere soleat) ut breviora vna, longiora altera manu esset praeditus: quod non modo non sit in vitio vel portenti, aut mali ominis loco ponendum; sed etiam ad regiae maiestatis decus, & ad assidua officij munerisque Imperatorij recordationem, commodè indultum existi-

a In Auidio Callio.

b In eius vita, ad finem.

c Polyhist. c. 6. videto & Valerium Maxim. & Plinium. verba Solini retuli supra cap. 13.

existimaret: propterea quod regalius esset adicere, siue tribuere aliis de suo; quam adimere cuiquam aliquid, deque alieno ad se auertere. *Ἀρτοξέρξης ὁ ξέρξης (ait Plutarchus a) ὁ μακροχῆρ πρὸς ἀγορᾶς, διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν: ἔλεγε δὲ τὸ προσθῆναι τὴν ἀφελῆν βασιλικῶν ὅτι.* Ergo ipse est sorore nepos Memnon Artoxerxes, naturali quadam tarditate apud plerisque lenitatem & moderationem ementitus, illius sibi cognominis qui omnes Persarum Reges mansuetudine, ac magnitudine animi superasset (ut apud Plutarchum b legimus) in ratione Imperij administrandi se imitatore, accessus facilitate, comitate, itemque clementia; cum supplicis ubi opus erat exigendis omnem contumeliam detraheret: tum vero benignitate, tam in accipiendis, quam tribuendis beneficiis praebuisse dicitur: nullum quippe donum adeo exiguum fuisse, quod non propenso ac libenti animo acciperet; veluti malum quidem punicum prae grande ab Omise cum honore verborum: & vero dum alij alia offerunt, aqua quoque in itinere ab homine tenui; qui cum nihil ibi tum reperire potuisset, properanter eam ex amne vicino hausit attulerat: quo sane munere ita delectatus fertur, ut phialam auream cum mille daticis ei mitteret: uxorem etiam suam, nomine Stateiram salutari se atque adiri sinere a popularibus foeminis: ideoque reuelata & aperta in carru sella, plerumque gestari vellet. Quas ob res imperium eius gratiosum fuisse ad populum idem auctor c scribit: quo loco τὸ ἐν ἀρχῇ quemadmodum exposui, accipiendum est (mea quidem opinione) non sicut alij fecere Latini, Gallicique interpretes, *In principio: sic enim inibi scriptum; ἢ καὶ τις καὶ μέλλοις ἐν τῇ φύσει τὴν βασιλείαν, ἐπιπέσει φανόμενα τοῖς πολλοῖς. ἐν ἀρχῇ ἢ καὶ πάντων ζυλοῦν εἶδε τὴν Ἀρτοξέρξης τὴν ὁμωνύμην πρὸς τὴν αἰὶν. ἢ δὲ τὸ ἐαυτῶν παρῆχον ἐπιτυχάνεσθαι, καὶ περὶ τὴν τιμὴν, καὶ χροῖσθαι κατ' ἀξίαν ὑπερβάλλον, κολάσεως ἢ πάσης ἀφαιρέων τὸ ὑβρίζον, καὶ ἢ δόμην ἐν τῷ ἀλέχθαι χάριτας, ἐκ ἡττοῦ τοῖς διδόνουσιν, ἢ τοῖς λαμβάνουσιν. ἐν τῷ διδόναι φανόμενα εὐχαριστῶν καὶ φιλοφρονησθαι, ὅθεν γὰρ ἢ ἔτα σμικρὸν τι τὴν διδομένων, ὃ μὴ προσθῆται προσθῆται, &c.* quae piget exscribere. Et postea, *ὅθεν ἡγαπᾶτο τοῖς πολλοῖς ἢ βασιλείαν.* Eundem animum habuisse videtur, eoque spectasse Hydaspes ille Rex Aethiopicum, cum apud Heliodorum d istud pronunciaret; *καὶ τί ἄρ' (ἔφη) βασιλικῶν ὄρων, τὴν μὴ λαφύων τὴν ἐμὴν μεγαλοψυχίαν, τὴν τᾶς φιλοπλαστίας;* nam & ibi de liberalitate seu munificentia loquitur, quae ipsa ad regiam animi magnitudinem pertinet. Ad illam vero munificentiam ac liberalitatem, non modo indulgentia reliquorum atque tributorum vectigaliumque immunitas: verum etiam poenarum, praesertim capitalium remissio, venia, gratia itidem spectat; quae ipsa indulgentia dicitur: a qua principes Romani ipsius facultatem diuinam geminam habentes, diuorum cognomen consequutos, oratorie ac eleganter imprimis Themistius e ita retulit: *ἀνοθέμ τι βασιλεῦ ἢ πολίταια τὸ τὸ δαδῆσθαι ὄνομα ὑμῶν ἐπιφύμωσεν: ἐκ ὅτι πολλὸς χρυσὸς ὑμῶν ἐν ἕξοσιν, ἐδ' ὅτι σφᾶνοι καὶ ἀλεγκρίδες ἐν πειρασίαι, ἐδ' ὅτι πολλοῖον ἐν πένησιν παραχρημα ποῖσται φασάντων ὑμῶν (ταῦτα γὰρ πάντα χθαμαλῶτα ὄντα, τὴν ἕρανοῦ καὶ τὴν πρὸς ἑαυτῶν ἐπιφύμωσιν) ἀλλ' ὅτι μόνον θεῶν καὶ βασιλεῶν ἐν ἕξοσιν ἐστὶ, ζῶντος ἐπιφύμωσιν.*

a In apophtheg. Regum & duci.

b In Artoxerxe, statim in ipso initio in folio 1350.

c Artoxer. fol. 1352.

d Lib. 9. Aethiopic. 2n.

e Orat. 5. in Senat. habita de humani Imper. Theodof.

Verum



et dicentibus, quod omnem ipsius faciem saxis conuulnerarint; manum faciem palpan, et leniter ridens dixisse: Ego vero nusquam vulnus in fronte factum video, sed sanum quidem caput, sana vero et facies tota: illi vero reueriti et confusi, ab hoc iniquo destitère consilio. Et hoc verbum (inquit) hætenus canunt omnes; nec tantum temporis labefecit, aut huius sapientia memoriam extinxit, quod non sit hoc trophæis splendidius? &c. quæ sequuntur in eandem sententiam non pauca. Equidem nihilo inferius eo Constantini dicto istud arbitror, cuius auctorem ipsum ibi Theodosium Imperat. laudat Flavianus; sic ferè, Recordare priorum qua nolo solemnitate hac superueniente (inquit, de Paschali aut maioris hebdomadæ festiuitate intelligens) per totum orbem terrarum epistolam misisti, iubentem carcere detentos dimitti; et ipsis ignosci crimina: et illis humanitatem tuam demonstrare non sufficientibus, per literas dicebas; Vtinam mihi liceret et defunctos reuocare, et resuscitare, et ad priorem vitam reducere: horum nunc remissere verborum, &c. Quæ omnia mente atque animo sapiùs agitauerat (vt par est credere) Christianus ille alter Imperator; cum Leoni filio eidemque Imperium Constantinopolitanum olim administraturo præceptum daret, princeps Basilius: a vt erga delinquentes esset longanimis & patiens, in pœnis exigendis humanus, grauis & modestus vitæ ratione, sermone mitis, affabilis & communis moribus: nam ita fore, vt à subditis amaretur; sibi que parētis potiùs apud illos quàm principis regisve nomen, & famam ac laudem quæreretur: *ἀλλὰ ἔσο μακροθυμὸς μὲν ἐπὶ τοῖς πᾶσι, φιλιανθρῶπις ἢ ἐν τοῖς ἐπιθυμοῖς, σεμνὸς τὸ ἦθος, ἡρώδης ἢ λόγῳ, ἡμερῶς ἢ ἐν ἐπιληπτικῶς ἢ τῶν ἄλλων. ταῦτα ἢ ἀπαρτὰ πᾶσι τοῖς ἐπὶ χεῖρα: καὶ πατέρα μᾶλλον ἢ βασιλέα καλεῖσθαι παρασκευάσθαι.* Tum deinde alio loco, b vt à Deo totius orbis moderatore haud dubiè recepturus ipse quod præstitisset, erga egenos eòve qui rogarent (nam vtrumque verbo quod propona Graeco significari, exploratum est) misericordia vteretur; quæ ad pietatem propriè pertinet: *ἢ ἐλεῶν ἐπιδαμνῶν τοῖς δευλοῖς, ἢ ἐλεῶν ἐπιπλάσθαι τὴν βασιλείαν. διδόντων κινῶν ἢ τὴν δευλοῖαν ἐπὶ μετὰ ἑαυτοῖς.* Adicit superioribus & istud, vt qui à Deo plurimis beneficiis cumularus erat, illum sibi diem deperiisse crederet; quo nullum in quenquam beneficium contulisset: *καὶ μὴδὲν ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ ἢ μὴδὲν ἀδύνατον ἕως ἄρ' ὅσον παρὰ θεῶν ἢ αὐτὸς ἀδύνατον ἦν.* Quibus postremis ad illud Titi Romani principis optimi dictum tantopere celebratum, aspexit Basilius; quod in commentario ad iuris regulas c attulisse, ac explicasse me recordor. Nec aspernandum porro quod Anaxilaus Rhegij Tyrannus, quid in Tyrannide fœlicissimum esset interrogatus, respondisse fertur; d *τὸ μὴδέποτε ἀδύνατον εἶναι νικηθῆναι, Nunquam beneficia conferendo vinci;* vel quod Xenophon Socraticus Philosophus, Regi esse honestius beneficiorum, quàm trophæorum multitudinem relinquere: *ἢ βασιλεὺς κἀλλίον εἶναι τὸ ἢ χαλκῶν ἀπολιπεῖν ἢ τροφαίων πλῆθος.* Illud verò eximium, quod cum Ludouico (si bene memini) Regum Franciæ nostræ nominis huius duodecimo e tribuatur, sine culpa prætermittere nõ possim: quo egregia principis clemen-

a In Parane-ticis cap. 28. *μακροθυμίας*, videto & similia immò eadè ferè cum superioribus in cap. 51. *ἐπισημίας.*

b In Parane-tico, cap. 37.

c Ad d.l. Nera-tius.

d Apud Stobæum term. 147. locor. communium.

e Vide apud Hist. Gallic. auctores.

clementia magnitudini animi copulata ostenditur. Nam cum ex Ducatu Aurelianensi ad dignitatem Regiam peruenisset: suadenti, ex proceribus an susurronibus Regiique palatij foricibus adulatoribus cuiquam; vt iniurias illatas olim sibi, nunc (cum se dabat occasio, ex tanta quam adeptus erat potestate) vlcisceretur; prudentissimè summæque moderatione animi respondisse fertur, *Minimè decere Franciæ Regem, vt illatas Aurelianensi Duci contumelias vindicet:* quod itidem à multis aliis regibus olim si non dictum, certè præstitum, auctor quidam vetustus prodidit; cuius ex Antonij a colle- *ἐπὶ τῆν ἀρχὴν ἐλθόντες τὸς πάλαι λευπηκῶτας λαβόντες ἀνάξιον εἶναι ἕνδομον ἢ ἀρχὴς ὄγκῳ τῶν ἄλλων ἀπαρτῶσαι ἢ πεπλημμελημῶσαι.* Ac de Adriano quidem Cæsare in eandem propè sententiam Spartianus. b memo- *ἢ τὸ ἀρχὴς ὄγκῳ.* Quos in priuata vita inimicos habuit, Imperator tantum neglexit; ita vt vni quem capitalem habuerat, factus Imperator diceret, *Euasisti.* Quod autem Imperatoribus aut regibus isto illorum exemplo præceptum volumus; hoc ipsum eadem (si non maiore) ratione iis qui ad magistratum aut culmen alicuius dignitatis ex mediocri quapiam fortuna peruenerunt, præscriptum est: quod in eandem sententiam Hermino Comiti beatum Isidorū Pelusiota. c his om- *νὺν μᾶλλον ὅτε ἀρχὴς ἐπέβης (malè Imperium, Billius interpres, mea quidem opinione, reddidit) ἀοιδίμῳ ἢ γένειο ἢ ἡλιωτὸς, εἰ τὸς ἀδμήσαντας καὶ ἀμύνη: ἀλλὰ ἢ μάλιττα πάντων ἢ λυπηρῶν λήθην πείσθη ὅτε μάλ. τὰ διύασθαι σε αὐτὸς τιμωρῆσαι παρῆσχευ ἢ τὸ ἀρχὴς ὄγκῳ.* Perperam igitur & peruersè (vt ad principes reuertar) sui verè nominis Imperator Seuerus cum iniurias quasdam ab Atheniensibus pertulisset, inimicus his factus, minuendo eorum priuilegia, iam Imperator se vlus est; sicuti Spartianus d idem tradidit. *ἢ τὸ ἀρχὴς ὄγκῳ.* E contrario admodum placet quod in Regum nostrorum historia Philippi Pulchri humanitatè atque moderationem commendatam didicimque ad ipsam hoc eius pertinens, & cum illo Isidori præcepto prorsus consentiens, præcipuè celebratum reperio. e Nam cum ab Episcopo Apamæarum legato, siue nuncio Bonifacij Romani Pontificis, imminuta ipsius publico affecti conuicio maiestas fuisset, adduci nunquam à familiaribus potuit, vt vllam Episcopi personæ (cuius Ecclesiasticæ possessiones ob contumaciam pignori captæ auctoritate Regia fuerant) inferri molestiam pateretur. Plus honoris & gloriæ ad principem peruenire dicens, cum ei de quo se vlcisci potuit veniam indulget; quàm vbi pœnas de illo sumat: Episcopum tamen liberæ Archiepiscopi Narbonensis custodia ad tempus traditū, sed vtique illæsum; & ipsà deinde liberatum ferunt. Peregrina verò Persarum historia ex diuerso, Regiam grati animi significationem à Dario Hytastæ filio datam summè celebrat; qui cum ad principatum regni que illud culmen peruenisset, beneficium quod priuatus acceperat obliuione obliterandum non putauit; sed liberalissimè aureum (quod dici solet) pro areo rependit: Sylosonti enim à quo vestem dono acceperat; summam Sami (quæ ipsius patria fuit)

a Vide in locis communibus sermo. 149.

b In eius vita.

c Epist. 219. lib. 2. fol. 309.

d In Seuero.

e Nicol. Gillius in Annalib. sub annū 1196. Bernar. Gir. sub an. 1301. Gagui. lib. 7. in Philippo, fol. 124.


potestatem, atque auctoritatem tribuit: qua de re ista Aelianus a verba  
lubenter in memoriam reuoco: καὶ λαρεῖς ἢ ὁ ἕταρος παρὰ Σουλοῦ  
τὸ λαβὼν ἐμάτιον ἐπὶ ἰδιότητι αὐτῶν, ὅτε ἐγχεατὴς ἐγένετο τῷ βασιλείῳ ἐδωκεν  
αὐτῷ τὸ πᾶσι τὴν ἀρχὴν τῷ Σάμῳ: χρισία χαλαρίων φάν τις αὐ.

S V M M A.

Miscella de egregiis variorum principum dictis,  
factisque; ad moderationem, & cle-  
mentiam pertinentibus.

Officium principis in subditos, ex Pythagorae sententia. Clementiam sub pie-  
tatis nomina ut regi tribuatur, commodè adiungi iustitia; initio Nouella iustitiani  
CLXIII. exposito, & initio Psal. Davidici 100. adhibitis Diodori, Heliodori, ac Dio-  
nis locis, & Visigothorum legibus; in quibus macula deletur. Commendatio man-  
suetudinis suae lenitatis in principe. De Davidis mansuetudine. In eius aliquo Psal-  
morum loco, de propria vocabuli significatione quaesitum iuxta Hebraeorum athen-  
ticum. In Ptolomae laudata clementia & beneficentia in subditos. Denique in Pa-  
lydoro Rege Spartano, Philippo Macedone, Iulio Casare, & Octavio. Dicta eximia  
principum Alexandri Macedonis, Antonini Pij, Scipionis Africani, Theodosij. Ad haec  
Traiani, & Marci, Antonini Roman. Imp. ciuilitas, clementia, moderatio; Suida  
exposito. Constantini humanitas, eiusque verbum egregium de Reipub. membro vel  
putrido vel curatili. Constantij mansuetudo erga Emesenos, qui statuat ipsius ca-  
ciderant, à Libanio celebrata. Dictum aliud Iuliani memorabile, à Marcellino.  
Theodosij Magni laus ex ista humanitate à B. Ambrosio (cuius verba fortasse casti-  
gantur) atque à Themistio; apud quem notatur quod agit de Imperatoris cogno-  
minibus; & quod de laudibus principum è clementia desumptis. Gratiani mode-  
ratio. Theodosij iunioris & Martiani Roman. principum. Leonis Magni dictum èd  
perinens. Moses Dei amicus ob lenitatem ac mansuetudinem nominatus: sed &  
David, è Chrysostomo. De pietate suae clementia principum, ducumque ac iudicum:  
è varijs auctoribus, & in his ex ipso Diuo Ambrosio, qui obiter emaculatur. Aliam  
magnatum, aliam principum conditionem in iudicijs criminalibus, cum proprijs ad  
Dei potestatem accedant principes: clementiam tamen seueritate ab utriusque tem-  
perandam, Dei scilicet imitatione: qua de re insignes aliquot praeceteris loci apud  
Chrysologum (qui obiter illustratur) Cassiodorum, Gregorium, Arnobium, Senecam,  
Augustinum, Marcellini de Iuliano elogium. Eiusdem Iuliani praecipuum: cuius ver-  
ba partim cum Horatianis comparantur, partim castigantur. Isidori Pelusota ad-  
monitio ad Ausonium correctorem. Iustitiam facere apud Hebraeos, pro innocenter  
vivere, & iustitia pro elemosyna. Defensa vetus translatio quodam apud B. Mat-  
theum loco. Iustus apud Davidem pro benefico & in egenos liberali. Ioseph qui in  
Euangelio iustus nuncupatus. Graca verso iustitiam habet pro misericordia, duo-  
bus Geneseos locis. Et è contrario apud Hieremiam & Davidem rectè misericordia,  
vbi Hebraeorum vocabulum iustitiam sonat. Iustitia nomine interdum ostendi reli-  
gionem apud Ciceronem, Athenaeum, Aristidem; qui emendatur, & apud ipsum  
Davidem. Pietatis nomen à religione disparatum aliquot locis. & ad homines rela-  
tum. Religionis nomen ad debitam hominibus reuerentiam translatum à Teru-  
liano atque Augustino.

CAPVT XVII.



S T igitur ex Imperatoris officio, & Regij verè ani-  
mi non tyrannici, vt erga subditos clementer ac hu-  
manè se gerat; tranquillitatem, ac pacem inter suos  
reddendo iure, non summo, mero & subtili, sed il-  
lo ipso scilicet aequitate ac pietate (qua ἐπιεικεία ἢ  
φιλανθρωπία Gracis est) prudenter ciuilitérque tem-  
perato tueatur: eosque ab omni vi extraria, etiam cum suarum co-  
piarum

piarum damno; prolatis è thesauro suo nouis & veteribus (vt pa-  
tribus familiàs in more esse Christus Dominus apud B. Mattheum a  
tradit) immò & cum suarum vitæ periculo, defendat ac vindicet:  
boni pastoris, qui animam, id est, vitam, iuxta eiusdem Christi effa-  
tum, b pro ouibus ponit (nam ab Homero & à plerisque auctoribus c  
classicis, vt de vetusti testamenti libris d interim taceam, Reges ac  
principes ποιμένες λαῶν appellati) functus munere; quod ipsum cum  
charitate ac pietate omni coniunctum esse intelligo. Huc pertinet,  
quod Archytas Pythagoræ dicebat, principem bonum ac verum  
oportere scire ac posse non rectè modò, sed etià humaniter ac mo-  
deratè imperare; cum sit absurdum, si pastor oues suas odio habeat,  
ipsisque adeò infensus sit: αἰεὶ ἢ ἀλαθιῶν (aiebat ille apud Stobæum e)  
ἀρχοντα, μὴ μόνον ἐπιτάμονα τε ἢ διωκτὴν ἡμῶν πρὸς τὸ καλῶς ἀρχεῖν, ἀλλὰ  
καὶ φιλανθρώπων: ἀποποιεῖ ἡμῶν ποιμένα μισοσπέρθετον ἢ τοῖστον, οἷον ἡγεῖ  
δυσμυθῶς ἔχει τοῖς αὐτοῦ δρεμμάτεσι. Ecphantas itidem Pythagoricus,  
ad ista & ea quæ superius dicta sunt, apposuissimè; verum Regem  
eadem amicitia subditis esse sociatum, qua Deus mundo, & in ipso  
contentis iungitur: omnemque beneuolentiam primùm à Rege in  
subditos, tum ab iis erga ipsum exhiberi oportere; qualis paterna sit  
in filium, pastoris erga gregem, legis denique aduersus eos qui sub  
lege sunt, eaque vtuntur: ὁ κατ' ἀρετὴν ἰσχυρῶν (inquit ille alio apud  
Stobæum loco f) καλεῖται βασιλεὺς ἢ ζῆτι, τὰ αὐτῶν ἔχει φιλαρ τε ἢ κοινω-  
νῶν ποτὶ τῶς ἐπὶ αὐτῶν: ἀνὴρ δὲ θεὸς ἔχει ποτὶ τῷ κόσμῳ ἢ τὰ ἐν αὐτῷ.  
ὅλα ἢ τὰ ἐννοια ἢ παρὰ σπουδαίαν. πρῶτα μὲν παρὰ τῷ βασιλείῳ ὅτι  
τὸς βασιλευμενῶν, δευτέρου ἢ παρὰ τῷ ἢ, ἐς τῷ βασιλείῳ: ἀποία γενέτορ  
ποτὶ ἢ τὰ, ἢ ποτὶ ποίμνῳ νομῶν, ἢ νόμῳ ποτὶ χρώμενῳ αὐτῶν. Istud etiam  
sensisse olim credidi, eum qui Carolo I X. Regi dominòque meo  
suaserat, vt istud Elogium sibi propriū assumeret, Pietate ac Iustitia:  
cur ita crederem, aliquot rationes illustribus etiam veterum testimo-  
nijs confirmatas, libro superiore g attuli; & ita quidem, non modò  
vt pietatis nomine indulgentiam, clementiam, benignitatem, atque  
(vt femel dixerim) charitatem designari; verum etiam cum iustitia  
commodè aptèque (vbi de Principe potissimùm sermo fit) copulari  
ostenderim, atque comprobarem. h At quoniam ita sum à natura fa-  
ctus, vt lenitatis ac pietatis istius apprimè studiosum esse me (certè  
quatenus per leges ipsamque iustitiam licet) miseri capitalium iudi-  
ciorum (qua tractamus) rei, suo magno, & Reipub. (vt arbitror)  
bono experiantur ac sentiant; tum verò hac etiam ratione non nihil  
adductus, quod pietatis nomen scio non paucos esse, qui ad Religio-  
nem cultumque diuinitati debitum (tanquam hinc non minus quàm  
iustitia, vehementiùs verò quàm clementia, & constituendæ ac con-  
seruandæ Reipubl. viliùs, in principe commendetur) omninò per-  
tinet iudicent: alia nonnulla stabiliendæ illi nostræ sententiæ testi-  
monia veterum, quæ aliqua nobis diligentia iam tum ex eo tempore  
conciliare potuit, quo reorum cædis admittæ veniam atque remis-  
sionem à principe postulantium libellis Carolo Regi referendis, post  
datum Palatinæ siue Comitatus libellorum (vt vocant) magisterij

a Cap. 13. ver. 12.  
b Cap. 10. Euan-  
gelij secundum  
Ioan. ver. 11. &  
sequentib.  
c Vide Aristidē  
ἀεὶ πῶτα, fol.  
165. verso. & Eu-  
stat. post Hom.  
in 2. Iliad.  
d Li. 2. Reg. c. 4.  
Tu pastus populum  
meum Israël, & tu  
eris dux super Is-  
rael. Quin & ipsi  
Deo pastoris no-  
men tribuitur in  
sacris literis, vt  
initio Psal. Da-  
uid. 22. & Chri-  
sto apud Eze-  
chielem cap. 34.  
e Sermo. 152. in  
Collecta. locorū  
commu. ex Ar-  
chyta libris de  
lege, & iustitia.  
De officio boni  
principis tanquā  
pulchri parentis  
vel tutoris, ad  
utilitatē publicā  
omnia referen-  
tis: videto Lau-  
rent. Aduocatū  
Regiū Aquensis  
Parlamentū He-  
notico Callicē  
conscripto, nūc  
nuper in lucem  
edito, fol. 331.  
f Serm. 147. vbi  
& alium è Xe-  
nophi. 8. de Pæ-  
dia Cyri libro  
adfert dicentis,  
παιδοποιεῖν ἔργον  
ἔστι νομῶν ἀρχὴ  
ἢ βασιλείας ἀρχή,  
&c. qua se-  
quuntur.  
g Cap. 2.  
h Ita charitatē  
cum iustitia cō-  
iungendam pu-  
tauit Melchias  
des Papa cap. 13.  
in 2. q. 1. vt cum  
iustitia (inquit)  
& charitate defi-  
nitatis, neminem  
condemnetis ante  
verum & iustum  
iudicium.

a Ex ann. salus. 1566.

militia nomen, prima stipendia cepi facere; a bono quodam memoria Regis, nemini suorum aut exterorum etiam (si fata tulissent) cessuri, perpetua apud nos omine, proferenda hoc in loco duxi: quae si quis intropexerit, atque expenderit; cum prorsus operam non lufurum affeuerare audeo.

Ac primum, ut ab illo quod domini Iustitiani νομοθεσία nobis supeditat ordinamur, quodque illustrissimum videtur ad hanc rem quam paramus: duobus istis inter homines praecipuis bonis iustitia & benignitate ornari, firmiterque Imperium; conferuari Rempubl. humanamque vitam recte gubernari: quarum altera ius aequabile suum cuique tribuit, aliena non expetit; altera vero ad misericordiam decurrit, ac debitis grauibus, arisque alieni difficultatibus egenos liberat: μέγιστα τ' ἔν' ἀνθρώποις ἔστιν ἀγαθὰ (inquit Imperator) δικαιοσύνη τε καὶ φιλανθρωπία: ἢ μὲν τὸ ἴσον διὰ τῶν νόμων, καὶ τ' ἀλλοτρίων ἐκ ἐπιμελείης, ἢ ἡ πρὸς ἕλεος τρέψασα, καὶ χρεῶν τῶν δειομένων ἐλευθερῶσα δουλοκόλων. ταῦτα τῆν βασιλείαν οἶδε κοσμεῖν καὶ ἀσφαλεῖν, καὶ τὸ πολίτευμα διασώζειν καὶ τ' ἀνθρώπων καλῶς διακυβεύειν βίον, &c. quae sequuntur. Quibus istam se affectasse humanitatem, siue pietatem in subditos, statim ab adepto principatu, asserit. Ideo David sciens se a Deo Regem creatum; pii sanctique principis officio se functurum testatur, atque pollicetur: his duabus partibus, clementia, aequitate, liberalitate seu benignitate ac misericordia; item. iustitia & iudicio, id est, reddendo. aequaliter

b Nouel. conf. 163. de relectu. trib. in princ.

c Psalm. 100. in princip.

d Lib. 2. Bibliot.

e Libro 10. Aethiop.

f Lib. 55 Histor.

iure, ceteras virtutes regias complexus: cum ita canticum inchoat, Misericordiam & iudicium cantabo tibi, Domine, &c. Ideo etiam Arbaces Assyriorum. Rex cum Belesin praefectum Babyloniomum ob interuentam, quae olim Sardanapali fuerat, pecuniam capitis damnatum liberasset; pecunia insuper donato praefecturam non ademisset, recordatus ad Regiam dignitatem ipsius beneficio se peruenisse: dixisse fertur, maius esse prius, posteriore delicto, beneficium. Huius moderationis vulgata fama summam ei subditorum vicinorumque populorum beneuolentiam conciliatam; eum esse dignum Regia dignitate praedicantium, qui aduersus delinquentes ita se gereret, narrat historia: φίσας (inquit Diodorus d Siculus) μέγιστος ἔναι τὰς ἐξ αὐτῆς προγεγονημένης δόξης ἔστιν ἡ ἐπιμελία, διαβοηθείσης ἢ τ' ἐπιμελείας, ἢ τῆν τυχεῖαν εὐνοίαν, ἀλλὰ καὶ δόξαν παρὰ τ' ἐθνῶν ἀπιτυχεῖν αἰσίων κεινόντων ἀξίον εἶναι τ' βασιλείας, τ' ἔτιω προσηχθέντα τοῖς ἀδικήσασιν. Præterea Hydaspis Aethiopum Regis; qui non modò propter εὐνομίαν, hoc est, ius bene constitutum atque redditum, sed etiam ob lenitatem ac mansuetudinem erga subditos, paternum quendam ipsis in se amorem instillauerit; apud Heliodorum, e habitam esse mentionem reperio: vbi, ἀνδρὸς δι' εὐνομίαν τε ἀμα καὶ τὸ πρὸς τὸς ἑπικύβους ἕλεος τε καὶ ἡμδρον, παρ' ἑμὲν τινὰ ἔρωτα τοῖς δέμοις ἔνεσθαι. Multo plura humanitate ad optatum finem perducere atque consummari, quam aliqua sauitia; prudenter admonerat Augustum vxor Liniã: vindicandas verò principi esse publicas iniurias; remitti priuatas oportere (quod ipsum ad veram clementiam pertinet) sic utique a Dione

Gracis verbis proditum: καὶ μοι τ' ἀρετὴ πολλὰ πλεῖον φιλανθρωπία ἢ

τινι

τῆν ἀρετὴν καὶ ἠρεσίαν, &c. καὶ συνήθειαν δουλείᾳ καὶ τ' πάντων θεσπῶν διαχεῖ, καὶ ἀπὸ τῆς τιμωρίας καὶ τ' πάντων πρῶτον χαλεπῶν. Et postea, τὸς δ' ἀρχοντας νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τοῖς μὲν τὸ κοινὸν ἀδικήσασιν ἐπεξέναι χεῖρῶν, τὸς δ' ἰδίᾳ τῆς αὐτῶν πλεονεκειῶν δουλείας φέρεται.

Superioribus verò Iustitiani nostri verbis, nihil aptius (meo quidem iudicio) adiungi queat; quàm quod in Vvisigothorū legibus, a modestia & mansuetudine Principum rempublicam stare ostenditur, his omninò verbis: Sicut ergo modestia principum, temperantia est legum, ita concordia ciuium victoria est hostium. Ex mansuetudine enim principum, oboritur dispositio legum; ex dispositione legum institutio morum, ex institutione morum, concordia ciuium; ex concordia ciuium triumphus hostium: sicque bonus princeps interna regens: & externa conquirens, dum suam pacem possidet (vbi malim dum sua in pace possidet) & alienam litem abruptit, celebratur & in ciuibus rector, & in hostibus victor, &c. Ex quibus colligitur, lenitate ac moderatione animi potius, tutiusque proferri ac dilatari Imperium, aut ad ipsum aspirari, gradusque fieri per beneuolentiam ciuium; quàm seueritatis terrore subditis, non sponte sed necessitate seruientibus, inflicto; quod & superiore libro b docui aliis exemplis auctorumque testimoniis adhibitis; & Marcus Imperator filiū Commodum amicis ac propinquis suis commendans, præclare apud Herodianum, c in hac verba expressit: μάλα τ' ἐδεικνύει εἰς ἀρχῆς καὶ ἀκινδύνως ἡλῶσαι, ὅσοι μὴ φέρον τὴν ἀμείνῃ, πῶλλον ἢ τ' αὐτῶν χρηστότητι τὰς τ' ἀρχομένων ψυχὰς ἠέμεσθαι. & τ' οἱ δὲ ἀνάγκης ἀλλοτρίων, ἀλλ' οἱ μετὰ παθεῖν ὑπακούοντες ἀνύποστοι, καὶ ἔξω πολωνείας προσωπίτες δρωῶντες τε καὶ πάσχοιτες διατελοῦσιν: ὅδε ἔστι ἀφελωμένον ἢ μὴ βία καὶ ὑβρεῖ ἐπὶ τῶν ἀρχῶν. Igitur ad Theodosium conuersus in oratione de ipsius laudibus ad Senatium habita Themistius, d in eandem sententiam dicebat; & καὶ οἱ σοὶ προγόνοι καὶ ἀρχαῖοι, ἀλλ' αὐτοὶ μάλλον εὐνοῖα δεινὴ καὶ εὐνοία πλεον, ἢ φόβος κατέχευον τὸς ἑπικύβους. Δυσκαταλαβόντες ἢ φιλακήλειον εὐνοία, φόβος. φόβος μὲν τ' εὐνοίαν ἐκ ἴσμεν καὶ ἀκαλυψέσασιν, εὐνοία ἢ δυνάμεις πολλὰς. Panegyristes quoque alius Latinus illo vetustior, ab hac pietate, hoc est, ciuilitate ac in subditos benignitate, Constantinum principem ita commendauerat: Iustitiam verò patris, atque pietatem sic imitaris, ac sequeris; vt omnibus ad te confugientibus, diuersamque opem, aut contra aliorum iniurias, aut pro suis commodis postulantiibus, quasi legata patris videaris exsoluere, idque ipsum coram gaudeas predicari: quicquid tu iuste ac liberaliter feceris filium Constantij necessario prestitisti. Sane ad bonum pacis quâdoque magis proficere mansuetudinem gratia, quàm seueritatem discipline, Arnulphus Lexouienfis Episcopus e prudenter ad Papam Alexandrum scripsit. Zaleucus adeò Locrensis Legislator, in legum suarum proœmio ciues ad iustitiam & pietatem illam (hoc est, mansuetudinem & clementiam) reuocasse traditur; iubens ne quis ciuem inimicum haberet irreconciliabilem. De quo sic Diodorus Siculus: f δὲ καὶ τ' προκομῆς προκομῆσθαι τὸς πολίτας, εἰς δουλείαν καὶ δικαιοσύνην ἐπέβλεπε: πρῶτον μὲν τ' ἀλλοτρίων ἐχθρῶν ἀνατάλασιν ἔχειν. Nec enim dubito, quin ambiguum aut

a Lib. 1. C. leg. vvisigoth. tit. 2. cap. 6.

b Lib. 2. cap. 2. Semestr.

c Lib. 1. Histor.

d Orat. 5. fol. 76. libri ab Henric. Steph. excuti vide & in orat. 9. fol. 112.

e Epistol. cuius initium, Nuntios, in fine.

f Lib. 12. vbi de Zaleuci legib.

πολύ

πολιτικῶν pietatis nomen, ad mansuetudinem potius, clementiam atque indulgentiam, hoc quidem loco, referri; quàm ad religionem debeat. Denique sicut ad innocentis officium pertinet, non solum nemini malum inferre; verùm etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum (Augustino <sup>a</sup> id docente) vt aut ipse qui plectitur corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo: sic summorum Ducum, atque Imperatorum semper vbique gentium est habitum; tam belli quàm pacis tempore, moderatum se ac lenem liberalinque ac misericordem, atque ad eò beneficium subiectis sibi, tam hostibus quàm ciuibus exhibere: iuxta illud, ex Prouerb. Salomonis cap. 20. <sup>b</sup> *Miseri-cordia & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius.* Diotogenes igitur Pythagoricus Philosophus libro de regno apud Stobaeum, ἐπι δὲ ἐν τῷ ποιεῖν εὖ, καὶ ἀνεργεῖται τὸς ὑποτακτικῶν δ βασιλεὺς ᾗτι. ταῦτα δ' ἐκ ἀνδρῶν ἀμικισίμους καὶ νέμων. De Dauidis in filium Absalonem Regia aequè ac paterna clementia differens D. Gregorius alicubi; <sup>c</sup> *Tanta in eo pietas erat (inquit) vt etiam parricidæ filio igno-sci voluerit.* Vnde mansuetudo Dauidis prædicatur Psal. 22. *Memento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Psalmo etiam 4. <sup>d</sup> iam electus in Regem Israël, & segregatus à Domino; *Et scitote (inquit) quoniam mirificauit Dominus sanctum suum,* hoc est, *elegit sibi Ἰσὼν hasid, benignum, misericordem, ac beneficium;* quibus verbis ius regium sibi ex re ipsa, vel affectu Dauidem asseruisse, ac si notam vel insigne suæ vocationis proferret, satis commodè recetiores Gnostici adnotarunt: quòd verè dictum sit, vetere prouerbio, propriam regum dotem esse clementiam. Adde quòd moriturus Matathias, ita filios fertur alloquutus; <sup>e</sup> vt Dauidem in sua misericordia, regni sedem in secula consequutum esse, diceret. Itaque miror, quomodo in illo altero Dauidis loco, *Mansuetudinis vice,* maluerint afflictionem scribere; vbi verbum Ἰσὼν hasid, non aliter quàm isto loco habet veritas Hebraica. Nam si aliud quippiam hodie, illius verbi vice licet Catholicis per Tridentinam censuram reponere; malim equidem, beneficentiæ ac benignitatis, quæ ad ædificationem templi pertinet: de qua illo toto Psalmo agitur. Sed ad clementiam reuertor, quâ Numer. 12. cap. traditur, Mosem præstitisse, omnium hominum qui morabantur in terra mitissimum. Apud Ægyptios quoque laudes principis, vt ex religione in Deos; ita ex clementia in homines, circa pœnas delictis leuiore, quàm circa referendas gratias beneficiis superiores, peti consueuisse Diodorus Siculus auctor est. <sup>f</sup>

a Cap. 16. lib. 19. de ciuitate Dei. vnde sumptus Canon, Non est inuicem. 23. q. 5. apud Gratian.

b Vers. 27. vbi Iansenius eruditè differēs videatur, & ca. 16.

c Homil. 34. in Euang.

d Vers. 4.

e Lib. 1. Macch. cap. 2.

f Lib. 1. sect. 2. cap. 45.

In Ptolomæo quidem præ cæteris virtutibus clementiam, beneficentiam, & comitatem commendatam fuisse; vt plurimorum sibi studium inde conciliauerit, qui cum eo iungere amicitiam cuperent: ex his eiusdem Diodori verbis addiscimus, quibus de hoste Andronico capto, atque in potestatem Ptolemæi redacto agitur; & *ἄλλοτε μὲν ὄντι ἐμνηστικῶς, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν διὰ τὸν δῶρον, εἶχε περὶ αὐτὸν, ἕνα τὸ φίλον, ποιοσάμενος καὶ προάγων ἡπιότητος. ἢ ἢ δὲ ἀμύχανος, ἔτι καὶ ὑπερβολὴν ὑπερβῆκε, καὶ συνήνωμονος: ἐπι δὲ ἀνεργετικὸς, ὅπερ καὶ μάστιγα αὐτὸν ἡξίωσε μετ' ὄντων, ἠξίωσε τε καὶ πολλὰς ἐποίησεν ἐπιθυμίας ποιωνῆσαι τὸ φίλας.* Præterea lauda

laudatum cum primis Agrippæ Iudæorū Regis factum ab Iosepho Flavio comperimus; quod Simoni cuidam Hierosolymitano Iurisperito, qui de rege ad populum concione habita secus multa dixerat; Galatream ad se accersito, iussuque assidere sibi in theatro, cum interrogatus quidnam homini non probaretur ex iis quæ Rex gereret, tanquam legi contrarium, nihil respondere appositè poruisset; veniam tamen rogans faciliè impetrauit, nec sine munere; quam tantò lubentiùs ei concessam à rege narratur ab historico, quantò iracundia mansuetudinem magis regiam, æquitatèque superbia summis potestatibus conducibiliorem esse Ptolomæus censuit: ἀλλὰ βασιλεὺς αὐτὸν δῆλον (hunc addo articulum explendæ orationis gratiâ) ἢ προσεδόκησέ τις διηλλάττετο, τὴν προαδότην κείνων βασιλικωτέραν ὄργης, καὶ πρόπειν εἰδὸς τοῖς μεγέθει θυμὸς πολλὸν ὑπερβῆκεν. τὸν σίμωνα γὰρ καὶ διαρεῖς τῆς ἀξιώσεως ἀπεπέμψατο. De Polydoro vno è Spartanis regibus, sic loquitur alicubi Pausanias, <sup>b</sup> vt ostendat à iustitia, moderatione atq; humanitate, mirificè commendatum fuisse: πολλὴν δὲ ἀνδραγαθίαν ἐν Σπάρτῃ καὶ ἄλλῃ γινώσκω Δακεδαιμονίων μάστιγα ὅτα τῷ δέλω, ἔτε γὰρ ἔργον βίαιον, ἔτε ἰδέσθην λόγον παρήχετο εἰς εὐδέναν, ἐν ᾗ ταῖς κείσοι τὰ δίκαια ἐφύλαττον, ἐκ ἀνδρῶν φιλανθρωπίας. Quod Philippus Rex Macedonum superatis ad Chæroneam Atheniensibus non tam ipsis armis promouerit, quàm æquitate ac lenitate animi Polybius; narrat: quoniam illis solos eos qui depugnauerant vicerit, nec aliorum quàm qui arma tulerant contra, dominus euaserit: moderatione autem & clementia omnes Athenienses, ipsam quæ simul eorum urbem in potestatem redegerit: belli gerendi, victoriæque de hostibus reportandæ studio eatenus deditus; vt suæ mansuetudinis bonitatique demonstrandæ occasiōnem arriperet: verba Historici optimi hæc omninò sunt, φιλίππου νικῆσας Ἀθηνάων τὴν ἐν Χερσονήσῃ μάχην, & τὸς ἄλλους ἴδουσε διὰ τὸ ὄπλων, ὅσον διὰ τὸ ὑπερβῆκεν καὶ φιλανθρωπίας τὸ πρόπειν τῷ μὲν γὰρ πολέμῳ καὶ τοῖς ὄπλοις, αὐτῶν μόνον προεβέβηκε, καὶ κείνην κατέστη τὴν ἀντιτάξιαν. τῆ δὲ ἀγνωμοσύνη καὶ μετ' ὅτι καὶ ἄλλοις Ἀθηνάων ἅμα καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἔσχευ ὑποχείριον. ἐκ ἐπιμέλειαν τῷ δὲ μὲν τοῖς στρατιωτικῶν, ἀλλὰ μέχρι τῆς πολέμου, καὶ φιλικῶν, εἰς τὸ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τὸ αὐτὸ προαδότην, καὶ πολυανθρωπίας. Ipsi filius Alexander Macedo non minùs ab ista clementie ac humanitatis laude commendatur. De quo narrat Themistius <sup>d</sup> alicubi, cum ei ex intimis ipsius nonnulli persuadere conarètur vt Memnonem qui Darij partes sequutus fuerat perimeret; quando id possiet quàm citissimè exequi: *Nequaquam (inquit) sed ex amico Darij hominem Alexandri amicum præstat facere: vt ab illo suū ad nos studium, atque affectum ipse, hac ratione, ad nos transferat.* Sic enim hac Themistij verba interpretari placuit: *ἔγω γὰρ Ἀλέξανδρον Μέρμωνα τὸν Δαρείου στρατηγὸς αὐτὰ ἀποκλινοῦμαι τινῶν κελσιόντων, ἐπειδὴ ὡς τάχιστα κείνην γενήσεται: μὴ ἀμύχανος, ἔφη, ἀλλὰ ποιοσάμενος ἀντὶ φιλοδαιρείας τὸν ἀνθρωπῶν φιλαλέξανδρον, καὶ ἔγω τὴν εἰς οὐρανὸν ἀποδὸν εἰς ἡμᾶς μεταβίβω.*

Nolo de Alcibiadis, ipsiusque in Reipublicæ Atheniensis administratione fociorum hinc aliquid aspergere; quâ quod in captos expugnato Byzantio aliisque Græcis in Asia ora sitis ciuitatibus essent

<sup>a</sup> Lib. Antiquit. Iudæi. 19. cap. 7.

<sup>b</sup> In Laconi. sub initium.

<sup>c</sup> Lib. 5. sub initium.

<sup>d</sup> Orat. 9. ἀπὸ τῶν ἡτοιμασμένων ἐπὶ Καλέστου, folio III.

a Vide Æmiliū Prob. Alcibiade.  
b In Orat. pro M. Marcello.

c Lib. 2. de Pontio, Eleg. 2.

d Adriano.

e Arcadicis.

f In Pio.

g Ad finem eius vita ac Imperij.

h Lib. 2. Sophista. in Herode.

i Lib. 1.

vfi, non minùs multas consilio ad amicitiam adiunxiffe traditum. Nolo clementiam Iulij Cæsaris à Cicerone totis eloquentiâ fluminibus celebratam, hîcce proponere. Ob clementiam pater patriæ Octavius Augustus, ac Tribunitia potestate perpetuò habitus, teste Victore Aurelio. Eam ab Ouidio Nasone alicubi laudatam his Elegiacis c memini:

*Sed placidus, facilisque parens, veniæque paratus,  
Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat.  
Qui cum triste aliquid statuit, fit tristis & ipse,  
Cuique ferè pœnam sumere pœna sua est:  
Victa tamen vitio est huius clementia nostro;  
Venit & ad vires ira coacta suas.*

Antoninum Imperatorem Romanū, qui Adriano successit, ideò piū esse nominatum à Senatu; quòd plurimos reseruasset: quos ille (vt apud Spartianū d legitur) ob leues offensas iusserat occidi; ex Dione Xiphilinus narrat: eumque palàm in Senatu prædicasse, sibi potestatem Imperatoriam à capitalibus Senatorum pœnis & similibus actionibus non esse auspiciandam, ὅτι αὐτὸν Αἰδύσσειον (ait) καὶ δὲ θεῶν δὴ τοιαύτην αἰτίαν ἐπινοήσαντες ἢ βεβλήντες εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτοκρατορίας αὐτῶν πολλῶν αἰτιανῶν καὶ τινῶν καὶ ὀνομαστῶν θεμελιωθέντων, ὅμως ἐδέξατο ἐκδοῦναι εἰπόντων, ὅτι δὲ μετὰ τὸ ἐστῶν ἔργων τῆς προσηλασίας ὑμῶν ἀρξάμενος. Atque vt non desint qui à religione Pij appellationē Antonino inditam existimant, attamen eò inclinant plerique, vt quod alter Cyrus, hoc est, quidam veluti pater patriæ & subditorū sibi ciuium fuerit, ideò piū ipsum fuisse ab indulgentia & charitate in suos, nominatum censeant: quos & Pausanias e sequitur; vbi, τριῦτον δὲ θεῶν τῆ βασιλεία διαλέσασθαι οἱ ῥωμαῖοι δὲ τὸ δῆλον τιμῆς μάλα εἰς ἐφάνητο χρόνων. Δὲ μὲν ἢ ἐμὴ καὶ τὸ ὄνομα τὸ κέρως φέροισι αὐτῶν τῶν προσηλασίας πατῆρ ἀνθρώπων καλεῖσθαι. Et sanè cum post proconsulatum in concilio Adriani Romæ frequens viueret; de omnibus de quibus Adrianus consulebat, mitiorem semper sententiam Antoninum ostendisse, Capitolinus f narrat. Quibus adicit Zonaras, per totum Imperij tempus iustum & probum; omnibūque subditis, & ipsis etiam Christianis minimè onerosum, & grauem fuisse Antoninum: quod vtique ad pietatis, hoc est, indulgentiæ atque moderationis laudem pertinere apparet satis. γέγονε ἢ καὶ δι' αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς, καὶ δὲ θεῶν καὶ χρηστὸς, καὶ πᾶσι τοῖς ἑπικρίτοις ἀνεπαχθῆς καὶ αὐτοῖς ἢ χριστιανοῖς. Capitolinus e igitur in Marco Philosopho, de ipso eiusque filio sic ferè, vt illam de moderatione atque clemētia Pij sententiam confirmet: *Adepti Imperium ita ciuilitate se ambo egerunt (ait) vt lenitudinem Pij nemo desideraret.* Quanquam autem de Marco narrat Philostratus h soli Alcimedonti pœnam remissam, quòd calamitatem ab ipso circa liberos acceptam, sibi satisfacere diceret: μόνω ἢ Ἀλκίμεδοντι (ait ille) τὴν τιμωρίαν ἐπιπέμειν, ἀποχρῶσθαι οἱ εἶναι φίσας τὴν ἐπὶ τοῖς τέκνοις συμφορᾶν (in cæteros igitur animaduersum, nec vllus clementiæ locus fuit) ipsius tamen mansuetudinem & moderationem atque ciuilitatem, vt faciles ad se omnium aditus esse vellet; ab Herodiano i laudatam reperio: sic ferè, παρέχετο ἢ καὶ τοῖς ἀρχαῖοις αὐτῶν ἑπικρίτην καὶ μετῆρον

ματῆρον βασιλεία. τὸς τε προσιώντας δεξιέμενον, καλῶν τε τὸς περὶ αὐτῶν διαφύλαξαι ἀποσοδῆν τὸς ἡτυχεύουσας. Præterea Marcum verecundū principem Ammianus Marcellinus quodam loco a nominat: qui cum ad Imperiale culmen in Syria Cassius surrexisset, epistolarum fascem ab eo ad conscios missum perlatores capto sibi oblatū, illicò signatum exuri præcepit, agens adhuc in Illyrico: ne insidiatoribus cognitis, inuitus quosdam habere posset offensos. Qua de re ipsa Dio apud Xiphilinu, vbi de Faustina obitu; ἵνα μὴ ἐλεχθῆ ἔφ' οἷς πρὸς τῆς Κασσιου σωτηρίας οὗτος ὁ Μάρκος τὰ γράμματα διεσθερε μὴ ἢ ἀναγνῆς. ἵνα μὴ καὶ ἀκούσθαι μισήσῃ τινος. Cuius facti simile prorsus illud Ca. Iulij Cæsaris, à Seneca b relatum; nec alienum à superioribus, Imperatoris Calligulæ; quod Suetonius in eius vita c prodidit: quem tamen immantem & sæuum fuisse accipimus: sicuti Domitianum, Commodum, Constantium, Valentem, atque Valentinianum; quāuis hîc nonnunquam clementiæ (vt apud Marcellinum est) adsimularet speciem. Antoninum istum verè Philosophum à Senatu petiisse, ne grauius in conscios defectiois animaduenteretur; eo ipso tempore quo rogauit, ne quis Senator temporibus suis capitali supplicio afficeretur; quod illi maximum amorem conciliauit: denique paucissimis centurionibus punitis, deportatos reuocari iussisse, Romana enarrat historia. d Item Antiochenisibus qui Auidio Cassio cōsenserant, sed & aliis ciuitatibus quæ illum iuuerant, ignouisse; genero item illius proscripti & vxori ac filia veniam dedisse: quin & filiis; quos parte media paterni patrimonij donauit. De quibus omnibus ad Senatū orationem misisse dicitur, qua istud quoque comprehensum fuit, Philosophi sententia dignissimum: *Non enim vnquam placet in Imperatore vindicta sui doloris, quæ etsi iustior fuerit, acrior videtur.*

Porro ista omnia nec minùs illud cuiuspiam e è vetustis Romanorum Imperatoribus, malle se ciuem vnum seruare, quàm mille hostes occidere prædicantis; aut illud Theodosij magni denique, qui dicenti ante omnia principum securitatem esse procurandam, respondisse fertur, *immo potius bonam famam atque existimationem; nec enim vitæ longitudinem principi optandam, sed virtutis excellentiam persequendam esse:* quod his verbis Themistius f retulit, καὶ πρὸς τῆς ἀπάντα ὅτι πρὸ πάντων προτιθέω ἔστι τῆς ἀσφαλείας τῆς αὐτοκρατορίας: μάλλον μὲν ἢ ἐφοδοῦναι τῆς ἀγαθῆς δόξης: hæc (inquam) omnia vt eximie ac prudenter imprimis verèque pronuntiata sentio, ita esse puto ex media laude clementiæ: quam siue temperantiæ (hanc σωφροσύνην Graeci dicunt) siue simplicitatis (quæ ab ipsis ἀφέλεια καὶ ἀπλότης nominatur) siue etiam ἀδῆς, hoc est, verecundiæ appellatione comprehensam à Plutarcho e dixeris; quo loco iustitia ipsas ἑνοχίας, & contubernalis esse asserit: minimè omnium à vero aberraueris. Itaque quod moderationem morumque simplicitatem in Traiano principe commendat, Plinius, ac Dio (vt apud Plutarchum admonui) principis illius clementiæ meritò possis adscribere: & similiter quod de ipso Marco apud Suidam legimus; non modò liberalem, profusum & magnificum in beneficiis collocandis, sed bonum & moderatum fuisse in

a Lib. 21. vbi de Constantio, quæ fuisse Marco dissimilem narrat.

b Lib. 2. de Ira, cap. 23.  
c Cap. 15.

d Videto Vulcatium Gallicanū in Auidio Cassio, & Capitolinum in Marco.

e Scipionis Africani, in cuius vita Donatus Accaiolus id retulit, fol. 60. Parallelorum Plutarchi ex editione Stephani.

f Orat. 5. in Senatu habita de laudibus Theod. fol. 78. libelli à Stephano excusit. Bonam quidem famā principis cōcupiscendā Plinius Traiani Panegyrico docet.

g πρὸς ἡγήμονα ἀπαίδευτον, quæ locum ante aliquot annos castigauim⁹ atque illustrauimus in tractatu de vera Philosophia, quæ cōmentario regularū iuris adiunctū reperias.

administratione prouinciarum circa tributorum & indictionum aut  
 pœnarum etiam fiscalium exactionem : sic enim illa Suidæ interpre-  
 tor, ἀλλ' ἢ ἐλεύθερος μὲν καὶ διαφιλῆς ἐν τοῖς ἀδελφείομασι. ἀγαθὸς δὲ καὶ  
 καὶ βίος ἐν ταῖς ἑθνῶν διακρίσεσι. Caterum elegans & humanitatis ac  
 prudentiæ plenum illud Constantini principis verè Christiani dictū,  
 quod à Zonara recitatur, silentio prætermittere nō possum ; qui cum  
 ad bonam frugem ac morū sanitatem reuersus humanè ac benignè  
 exciperet, membrum putridum & desperatā curationis, ne cætera  
 sana corrumpere, abscondi oportere prædicabat ; non etiam quod  
 iam validum foret, aut quod breui posset conualescere : τοῖς ἡ μετα-  
 βαλλομένους ἐκ πονηρίας φιλαυθροῦς ἀαθίμων : λέγειν ὅτι τὸ νοσῆν μὲν  
 ἀποκοπήου, καὶ σωματικῶς : ἵνα μὴ καὶ τοῖς ὑγιάνουσι λαμψάνται. δὲ μὴ τοὶ τὸ ὑγιάν  
 ἴδῃ τυχόν, ἢ καὶ ὑγιαίνοντων. Constantij Imperatoris mansuetudinem in  
 Emesenos, qui nō modò missum ab eo Theophilum quendam cum  
 mandatis occiderant ; sed & statuam suam verberauerāt, adicientes  
 eum qui talia pati verbera mereretur, valde ab Imperio esse alienū,  
 qua de re, nulla iracundia percirus, neque se de illis vltus fuerit ; eos  
 ve vlla in re peius habuerit ; à Libanio in oratione <sup>a</sup> quadam ad Ma-  
 gnum Theodosium enarratam, animo succurrit ; vt eius, licet circa  
 bellorum expeditiones remissioris ( cum alioqui quotannis à Persis  
 infestarentur subditi ) gratū nihilominus ipsis tam lenè ac mite Im-  
 perium ciuitatibus, vt id perlubenter ferrent, fuisse, in hac omninò  
 verba memoret : vbi de Constantio, ἕμεσιν καὶ ἡ πόλις μεμψόμενοι τὴν  
 πρὸς αὐτὸς χαλεπὴν ἐκείνην αὐτὸς καθέλωτες. εἶτα ἀραῖτες πρὸς αὐτὸν καὶ τὴν πόλιν  
 καὶ τὰς ἐπιπέσεις, ὡς ὅτι πολλοὶ τοιαῦτα) προσήκοντες, πολλοὶ ἀπέχει βασιλείας.  
 ταῦτα μάθαρ δὲ Κωνσταντίνου ἐκ ἐπιστολῆς εἰς ἄνδρα, ἐκ ἐπιστολῆς δὲ αὐτοῦ  
 κατέγραψε τὴν πόλιν : ἀλλ' ὅσα ἔρη ἐκ ἐκείνου γεράνας, διὰ τὴν κλαυθρῶς  
 ἐδ' ἐκείνης. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἔως εἶναι ἐδὲ καλὰ τε καὶ ἐπαινῶν ἄξια, ὡς  
 τοῖς ἐκ τῆς ἐπιπέσεως ἢ καὶ τὸς πολέμοις διέκρυπτο θαυμάσια. καὶ Περσῶν καθέκα-  
 ταν ἔτ' αἰετὶ παρασσωμένων, καὶ τὰ αὐτῶν μείζων ποιόντων, τοῖς ἡμετέροις  
 χωρίοις : ὅμως εἶχε τὸς συνδομολόγους αὐτῶν, καὶ ἴην βυλομένους ὑπὸ τῆς ἐκείνης  
 πρᾶξι. περὶ τὰς πόλεις. De ista principis lenitudine atque clementia  
 Marcellinus <sup>b</sup> Claudij Iuliani dictum refert memorabile, vt sentio ;  
 qua factum suum excusauit, quod raptum ab aliquo commissum, &  
 vim virginibus illatam mitius, quam leges ferrent, vindicasset : histo-  
 rici minimè omnium aspernandi verba hæc ferè sunt ; *Audito à pa-  
 rentibus virgines raptas, eum qui violauerat conuictum relegari decre-  
 uit: hisque indigna pati querentibus, quod non sit morte multatus, re-  
 sponderat ; hæcenus incusent iura clementiam, sed Imperatorem, mitissi-  
 mi animi legibus præstare cæteris decet.* Quò etiam ipse stat quod idem  
 Iulianus Cæsar <sup>c</sup> principem ob indultam ex improborum natione  
 non paucis veniam commendat illius Pittacini præcepti, quo vltioni  
 venia præferabatur memorem ; σὺν ἡ οἶμαι καὶ τὴν φάσμα, πολλοῖς τῶν  
 συνήγαμω νέμας, τὴν Πιττακοῦ ἐπαινῶν τὴν λόγῳ, ὅς τῶν συνήγαμω τὴν τιμωρίας  
 πρᾶξι. Theodosium Imperatorem velut clementissimum ( quam-  
 uis paulò iracundiorem ; vt de Antiochenis ciuibus ob euerfas Au-  
 gusta

a περὶ τῆς ἐπιστολῆς, apud Aristidem.

b Lib. 16.

c In libello περὶ βασιλείας, ἢ περὶ τῆς ἀποστολῆς, paulò post initium, in pag. 3. edit. Parisi. anno 83.

gusta statuas grauisimum supplicium sumpserit: pœnitentiam tamen  
 imminente D. Ambrosio Episcopo egerit, edita etiam exomologesi  
 & confessione delicti publica; illaque præclara edita constitutione <sup>a</sup>  
 de differendis ad tempus capitalibus pœnis à principe indictis, quæ  
 ab Iustiniano Imperatore in suum Codicem relata est ) laudat ipse  
 Ambrosius initio orationis de eius exitu, & in quadam ad ipsum epi-  
 stola, <sup>b</sup> sic ferè; *Antiochenis tuam donasti iniuriam, inimici tui filias re-  
 uocasti, nutriendas apud affinem dedisti: matri hostis tui, misisti de arario  
 tuo sumptus. Hæc tanta pietas, tanta erga Deum fides, hoc factò obfu-  
 scabitur: hoc etiam addens in illo altero loco, Quidni mundus ipse  
 desereret eum principem continuò esse rapiendum, per quem dura mundi  
 iustus temperari solerent, cum criminum pœnas indulgentia præueniret?*  
 Item, *Si magnum est misericordem aut fidelem quemcumque hominem  
 inuenire; quantò magis Imperatorem, quem potestas ad vltiscendum  
 impellat, sed reuocet tamen ab vltione miseratio?* Et postea, *Quid præ-  
 stantius fide Imperatoris, quem non extollat potentia, superbia non eri-  
 gat, sed pietas inclinēt?* &c. Item, *Beneficium se putabat accepisse  
 Augustæ memoria Theodosius cum rogaretur ignoscere: & tunc pro-  
 prior erat venia, cum fuisset commotio maior iracundiæ. Prærogatiua  
 ignoscendi erat, indignatum fuisse, &c. Denique vbi dixit quod antè  
 retulimus, maluisse quasi parentem exostulare cum delinquentibus,  
 quam eos quasi iudicem punire: hoc etiam addit Ambrosius; vincere  
 enim volebat, non plectere; æquitatis iudex, non pœnæ arbiter ( vbi ma-  
 lim scriptum, *Æquitatis arbiter, nō pœnæ iudex* ) qui nunquam veniam  
 confitenti negaret: aut si quid esset, quod occulta conscientia inuoluerat,  
 Deo seruabat. ἡπίστατο καὶ ὡς εἴποιεν ἔτ' ὁ βασιλεὺς ( de Theodosio ipso  
 Themistius <sup>c</sup> apud Senatū ab humanitate, & clementia ipsum com-  
 mendans loquitur ) ὅτι ἐκ αὐτῆς ἐλάττωσα χρεὶ τὴν ἀγαθὴν βασιλείαν, ἀλλ' εἶ  
 ταῦτα μείζων φάσμα καὶ ἡδονικώτατος ἀρετῆς καὶ αὐτὴν νῆκ, τιμωρίας ἢ δίκαι-  
 μως. Ibidem paulò antè dixerat diuinas laudes atque appellationes  
 desumi ex lenitate, iustitia, pietate ; quæque ipsis præfider, humani-  
 tate ; per quam dumtaxat Deum princeps imitatur. τί δὲ ἔργον ὁ ἐν  
 ἀνδρῶν καλάνοσιος ( ait ) μάλλον ἐθέμιον ἔσθ' εἶναι προσήματι, ἢ ἔσθ' ἀνθρω-  
 πίνῳ; ἢ πρᾶξι καὶ ἢ δικαιοσύνη καὶ ἢ ἀσθένεια, καὶ ἢ τῶν ἐξαρχῶν φιλανθρω-  
 πία, καὶ ἢ μόνον δίκαιον βασιλεὺς δεῖν ὁμοίωσθαι. Et aliquantò post, ὅδ' εἰς  
 καὶ τὰς ἐπιπέσεις τὴν δεῖν, τὴν νικητὴν ἡτοι θαυμάσιον ἀνακαλεῖται, ἢ τὴν γο-  
 μανικὴν ἢ τὴν συνθηκῶν : ἀλλὰ τὴν φιλανθρωπῶν, καὶ τὴν ἀσθένειαν, καὶ τὴν σωτηρίαν. Quem  
 locum ad illustrationem eorum cognominum ; quæ sibi Iustinianus  
 ipse noster putidiusculè ( ne ambitiosè dicam ) sed superiorum scili-  
 cet ( quos Themistius obiter carpebat ) imitatione principum, in in-  
 scriptionibus ac titulis proæmiorum tam Codicis, <sup>d</sup> quam Institutionum  
 & Pandectarum tribuit ; commodissimum arbitratus ; hoc lu-  
 bentius integrum descripsi, atque proposui. Probabat in principibus  
 Themistius hos titulos pij & clementis ( vt arbitror ) qui ad lenita-  
 tem & beneuolentiam in homines pertinebant ; quam & ipsi Deo  
 in oratione tribuere solemus : istos Felicis, Victoris, ac Triumphato-  
 ris, & ( qui ex iis sequitur ) Gotthici, Germanici, Parthici, & similes,*

a l. si vindicari, C. de pœnis, de qua & Sozome- nus lib. 7. Eccle- sia. histo. cap. 24.

b Epistola 29. ad finem.

c Orat. 5. in Senatu habita vbi de Lycurgi mā- suetudine ac hu- manitate: de qua præter Plutarchū in ipsius vita idē ipse Themistius agit orat. 9. περὶ τῆς ἡτοιχασίας ἐπὶ ἐκείνῳ.

d In consuet. de emendato C. vbi se Alemani, Got- thicum, Franci- cum, Germani- cum, &c. pium, fœlicem, incly- tum, victorē ac triumphatorem nuncupat. Vide- ro & locum B. August. à mē al- larum sermone inferius proximo de Felicis cognomine: vbi de aliis ex Plu- tarcho in Ari- stide.



a Orat. 9. *ὅτι ἐπι-  
κρίτως ἐπι-  
κρίτως.*

b In Grat. act.

c Lib. 10. cap. 27.

d Lib. 11. cap. 17.  
vide & cap. 11.  
lib. 12. vbi ille,  
*ὡς ἂν ἰσχυρῶς*  
*ἰσχυρῶς* (inquit de  
Theodosio) *con-*  
*tra culpabiles Im-*  
*periali non uti po-*  
*tuit.*

e In eius vita,  
ad finem.

f In eius Impe-  
rio, ad finem.

g Lib. 1. de bel-  
lo Persico.

h Quae extat in-  
ter Aristidis o-  
pera, folio 165.  
verso, & 166.

i In sermo. de  
mansuetud. sub  
fin. in col. 683.

utpote ad superbiam spectantes, aspernabatur: quorum affectionem in Antonino Caracalla non leuiter carpsit Spartianus; eum dicens aded stultum & dementem fuisse, vt assereret si Lucanos vicisset, Lucanicum se appellandum, quādo militum quidem à fortitudine, quae virtus militaris est; principum verò à pietate ac humanitate deduci laudes, atque ipsis appellationes tribui Romano more & instituto Reipublicae solitas, idem ipse Themistius alio loco <sup>a</sup> memorat: Imperatores ita ferè alloquens, *ὁ βασιλεὺς φωνῆ, ἢ ὁ θεομῆς τ' πολιτείας, τῆν δὲ κατέροις παρέπρασεν ἀρετῆν ταῖς ἐπιπλήσεσιν ἠμετέροις; ὑμᾶς μὲν ἀσθεῖας, ἢ φιλανθρώπων προσαγορεύων, τοῖς στρατιώταις ἢ ἕξ ἀνδρείας μόνως τὰς ἐπανομιὰς νομοθεσίας.* Meritò sanè Theodosium, Theodosium eiusque in Imperio socios compellans: nam & Gratiani Augusti clementiam non obscurè aut leuiter tetigit Aufonius <sup>b</sup> ipsum alloquēs quo loco; *Agat gratias clementia* (inquit) *quam humano generi impertis.* De Theodosio iuniore agens Epiphanius in historia Tripartita, <sup>c</sup> eum multis etiā aliis adornatum virtutibus narrat; maximè verò clementia, mansuetudine, animi tranquillitate; vt nūquam reciperet tempestatem: quo verbo Epiphanius commotionem ac perturbationem significare voluit. Idem alio eiusdem historiae loco, <sup>d</sup> aded clementem fuisse scribit; vt si quando quispiam dignum aliquid morte committeret, ne vsque ad ciuitatis quidem portas moriturus perueniret: sed ex eius clementia continuò reuocatio sequeretur. Moderatum equidem erga subditos aded fuisse principem Martianum, Zonaras memorat; <sup>e</sup> vt diceret, arma non mouenda Imperatori, quandiu degere in pace liceat: *ἐπιεικὴς ἢ τῆν γνώμην αὐ (ait ille) καὶ πρὸς τὸς ἐπι-  
κόους χρηστὸς, ἔλεγε μὴ δεῖν ὄπλα βασιλέα κινεῖν, ἕως εἰρωμένον ἔξω.* Sed & Leonem Magnum, cū aliis virtutibus ornatum, tum verò miserationis ac indulgentiae amantem, Zonaras idem auctor est, <sup>f</sup> solitum dicere; non aliter oportere Imperatorem quoscumque aspexerit sua ipsos benignitate atque misericordia dignari, quā Sol, quos sui luminis claritate collustrat, sui quoque caloris participes efficiat; *κινώμενοι ἢ καὶ ἀλλοῖς μὲν ἀρεταῖς, ἐπέλαμπεν δ' αὐτῶν μάστιγα τὸ φιλοκρίσιον: εἰσὸν λέγειν, ὅτι ὡσὸρ ὁ ἥλιος οἷς ἐπιλάμπει τ' Ἰδρυῖς αὐτῆς μετὰ δίδωσιν. ἕτω δεῖν ἢ βασιλέα οἷς αὐ ἐπιβλέψῃ οἷς αὐτῆς ἀξίον.* Quae Leonis verba, in suis ad Iustinianum praecipis, atque admonitionibus Agapetum vsurpasse, meque superius recitasse, nunc recordor. Iustinianum ipsum Pompeij & Hypatij maiestatis imminuta damnatorum liberos pristinae dignitati restituisse, opibusque auxisse narrat Procopius. <sup>g</sup> De mansuetudine siue clementia principum, quod hanc ipsorum dos prima sit (quemadmodum Vopiscus in Aureliano loquitur) ideòque humanior, quā bellicosior princeps magis commendetur; Libanius Rhetor praeclare in oratione, <sup>h</sup> *ὡς ἐλπίσας.* Hac virtute Mosem, qui Iudaeorum insaniam moderatè ferret, precibusque seruaret inimicos; honorem & gloriam caelestem pra aliis obtinuisse, Deique amicum vocatum esse ait Chrysofostomus. <sup>i</sup> Hac quoque virtute Dauidem inimicis parcentem, & hostibus, Deum sibi amicum & benivolunt effecisse: dein addit, *Hac enim cū omnes homines ornare valeat,*

leat, imprimis tamen eos qui in potestatibus agunt. Cassiodorus ad Senatum vrbis Romae. <sup>a</sup> *Nulla erit accessio temporis difficilis clementia nostro principi; qui in annis puerilibus didicit seruire pietati.* Et postea de Regina eius matre, *Nam si pietatis huius velimus atria intrare, vix nobis poterunt centum lingua centumque ora sufficere; cui par est quidem aequitas, & voluntas, sed maior benignitas, quam potestas, &c.* Et apud eundem Cassiodorum <sup>b</sup> Theodoricus Rex, *Materia est gloriae principis (inquit) delinquentis reatus: quia nisi culparum occasiones emergerent, locum pietas non haberet.* Item alio loco, <sup>c</sup> *In partem pietatis recidit mitigata distinctio: & sub beneficio praestat, qui poenam debitam moderatione consideratam palpauerit.*

Quin & ipsi duces, magistratus ac iudices, non tantum à iure aequabili reddendo ex praescripto legum & iustitiae: verum etiam, atque aded multò magis, à clementia & humanitate laudari ac praedicari solent. Thucydides <sup>d</sup> de Brasida Lacedaemoniorum duce, *αὐτῆς αὐτῶν παρασχὼν δίκαιον ἢ μέγιστον ἐς τὰς πόλεις, ἀπίστωε τὰ πολλὰ, τὰ ἢ προσοίκα εἶλε τ' χωρίων.* Apud Athenienses Phocion non alio fuisse animo videtur; qui soleret dicere, nec è templo aram, nec ex hominibus misericordiam tolli debere: *ἔτε ἔξ ἱερῆ βωμῶν, ἔτε δὲ τ' ἀνθρώπων φόνους ἀφαιρέσει τὸν ἕλεον.* Claudianus alicubi <sup>e</sup> de Stiliconis laudibus.

*Pendat iustitia crimen, pietate remittat  
Errorem, puròsque probet, damnètque nocentes;  
Et patrias iterum clemens exerceat artes.*

D. Augustinus ad Macedonium <sup>f</sup> qui iudex erat; *Malis parce vir bone: quantò melior, tantò esto mitior; quantò sis celsior potestate, tantò humilior fias pietate.* Et paulò antè, *Iudices legum ministros, alienarumque examinatorum iniuriarum vindices à diuina censura territòs, dixerat; vt cogitarent sibi propter sua peccata, Dei misericordiam esse necessariam: nec putarent ad culpam sui officij peruenire, si quid erga eos misericordiae agerent; quorum vitia necesse haberent legitimam potestatem.* Eusebius etiam Emisenus <sup>g</sup> alicubi: *Quando nobis (ait) iudicij potestas data fuerit, & ad nos causa delata est; non personarum conditio, sed rerum iustitiae stabilitatem incuruasae prauealeat: lex normam teneat veritatis, charitas prona sit ad misericordiam; non insultans peccantibus, sed condolens: facilis est enim lapsus ad vitia; & fragilitas conditionis humanae quicquid cernit in alio, hoc in se debet perimescere: cūque alius fuerit pro errore correptus; illius emendatio, nostra sit cautio, &c.* Huc accedat, quod ipsorum vtroque vetustior atque aded grauior D. Ambrosius <sup>h</sup> in eandem sententiam: *Bene admonet Evangelica lectio, etiam cū peccatum appareat, surreptum tamen debere esse iudicis iudicium (vbi forsitan meliùs legatur, Surrectum, pro subrectum; vt scilicet, inflexum nec rigidum significet) ac memorem vnumquemque esse oportere suae conditionis & meriti. Saepè enim etiam & (horum alterutrum cū superfit, lubenter sustulerim) in iudicando maius iudicium est, quam peccati ipsius de quo fuerit iudicatum. Nam si praescriptum est à quibusdam sapientibus mundi; vt in iudicando cauea*

a Form. 2. lib. 1. Variar.

b Epist. 46. lib. 3. Variar.

c Epist. 47. eiusdem lib.

d Lib. 4. Histor. quem locum citauit ca. 19. lib. 1.

e Lib. 3.

f Epist. 54.

g Ad finem homil. 8. de Pasch. & quod ait de facili hominum lapsu ad vitia: hoc ipsum Iustinianus noster No. 5. de monachis, s. hinc autem, circa finem, in versu nequaquam, ἢ γὰρ ἀνθρώπων εὐσεβείας ἀνεπίστωτος ἐστὶν πορῆς τὴν πλημμελίαν.

h Sub initium Apolog. David.

caueatur, ne maior poena, quam culpa sit, idque seruetur: quanto magis id seruandum videtur, vt vnusquisque de alio iudicaturus, de se ipso prius iudicet; nec minora in alio errata condemnet, cum ipse grauiora commiserit. Nec praetermittatur istud, quod cum natura nostra (sic malo, quam quod in excusis est, nostro) vitio ad peccandum procliuus sumus; adeo vt neque sine vmbra corpus vllum, nec homo absque peccato sit. Praeterea Basilius Imperat. Leonem filium ad optimam Imperij administrationem vtilibus praecipis informans; suadebat, vt aduersum delinquentes lenior humanitatem iuri admisceret, ipsisque proinde parceret, vt sibi peccanti Deum esse propitium desideraret: *πρὸς τὴν σῶμα ὃ ἐπαρέπε* σικ: *ἔως δὲ ἀνθρώπου ὃ ἐπαρέπε* ἀμαρτία. ἢ ὡς φύσις ἡμῶν, ἀδολιοδύ. τι χροῖμα, ἢ πρὸς τὸ πλείονι δικάζομεθα. ἔσθ' ἐν τοῖς ἀμαρτάνοισι δὲ μὲν, ἢ ὡς δικαίω κίρνα τὸ φιλόανθρώπου: καὶ ὡς ἔτι ὅτις πλείοντας λογιθεῖς, ἀλλὰ ἢ αὐτὸς ἑσται σφαλμάτων λογιθεῖται ἕως ἡμεῶν, ἢ καθενάστῳ ἑαυτῷ παρεῖνα τῶν ἡμεῶν, ὡς ἀπίστους ἢ αὐτὸς, ἀπειθήσοι παρ' αὐτῶν ἔλπιζε, &c. quae sequuntur. Sed nec illud quod praclare Cassiodorus de criminum indulgentia loquens, & officio iudicum atque magistratum: *Qui periculose iusti sumus, sub securitate semper ignoscimus.* Mansuetudinem ac lenitatem denique, cum ceteros homines Christi seruos (quos magis à morū lenitudine, quam à nomine quod ipsis parentes imposuerint, vocandos ait Chryso- stomus) tum eos maximè qui sunt in potestate ac magistratu exornare; vt cum omnia possint, inde tamen maximam sibi laudem propriae comparent, quod sese cohibeant ab inferenda cuiquam iniuria. Sic enim de mansuetudine alicubi agens Libanius; *ἀπαρτα μὲν ὡς ἀνθρώποι, κοσμηῶν διάνοιαν, ἀκαθάρτου τὸς ἐν ἕξασίαι. τὸ ὡς πάντα ποιῶν ἐπιβέβησεν τ' ἔχους, εἶναι τὸ ἐπιταχίσαι, ἢ διακαλύσαι μέγα γέρας ἀσφραγίσαι ἢ ἀξίω. Quod enim neruos in corporibus nostris, hoc esse mansuetum hominem ac benignum in domo, Ecclesia, & ciuitate; ait idem (qui à me lubenter nominatur) Chryso-stomus; eo sermone quem de mansuetudine habuit. Sed considerandum iudicibus illud quoque Ammiani Marcellini, scribentis imitandum Tullium; qui cum parceret vel laedere potuisset, vt ipse affirmat, ignoscendi tamen quareret causas, non puniendi occasiones: quod iudicis leni & considerati est proprium. Adde ad Marcellinum, qui fuit ethnicus; secundum fidem tamen orthodoxam hac in parte loquutus est, & Christiano illo germano atque antiquo more (nam quod Christus discipulos suos increpauit, quia ignem de caelo descendere super eos gestiebant, qui ipsum non receperant; ostenditur Ambrosio teste; nobis non semper in eos qui peccant, vindicandum: quin nonnunquam amplius prodest clementia tibi ad poenitentiam, quam lapsio ad correctionem) istud postremò quod Seneca grauius (vt solet) ad Lucilium: clementiam alieno sanguini tanquam suo parcere, scireque homini non esse homine prodigè vtendum. Quos ego tres admodum, aut quatuor locos à criminalium litium iudicibus non histrari solùm; sed memoriae mandari atque infigi, vt animo semper succurrant, cupio: sed ita, vt hoc Symmachi tamen verbū teneant, qui*

a In Parenet. cap. 50. *ὅτι συμπεριείχης.*

b Lib. 11. Variar. form. vltima.

c In sermone de mansuetudine, sub initium col. 68. Niucliani libri anno 51. Lutetia impressi, sed & col. 67. Christianū virum praeteris virtutibus mansuetudinem decere.

d Orat. *ὅτι τῶν ἐπιπέσων*, apud Aristidem.

e Sub initium in col. 686.

f Lib. 19. ad fin.

g c. quod Christianus, in princ. 23. q. 4. apud Grat.

h Epist. 86.

i Epist. 49. lib. 1.

qui praefectus vrbis Romae fuerat; aliam esse conditionem magistratum, quorum corrupta videntur esse sententiae, si sint legibus mitiores: aliam diuorum Principum potestatem, quos decet acrimonia seueri iuris inflectere. Quam inter utrosque differentiam, à Themiatio Imperatoris Theodosij humanitatem celebrante, his admodum verbis expressam Graecè, atque illustratam reperio: *γνώσκω ὅτι ἄλλοι μὲν δίκασθαι, ἄλλοι ἢ βασιλεὺς ἀρετῆ: ἢ ὡς μὲν πρῶτον ἐπέσθη τοῖς νόμοις, ὡς ἢ ἐπαυροῦν ἢ τὸς νόμους, &c. ἀπὸ νόμου ἐμψύχω ὄντι, &c. διὰ τοῦτο ὡς ἔστι βασιλείου οὐ ἔρανοῦ κατέπεμψεν εἰς τὴν γλῶσσαν τοῦ θεοῦ: ὅπως αὐτὸν ἐπιταχίσαι ὡς ἀνθρώπου, ἀπὸ τῶν νόμων ἢ ἀκρίτων, ἐπὶ τῶν ἐμψύχων ἢ ζῶντων. Laetantius quoque iudicem peccatis veniam dare non posse dixit, quia voluntati seruit aliena: Deum autem posse, quia est legis suae ipse disceptor & iudex: quam cum poneret, non vtique admissit sibi omnem potestatem, sed habere ignoscendi licentiam. Quod autem de Deo ille; hoc ad principes regesque protrahendum: quibus suprema in subditos homines potestas (quae tamen sine cuiusquam iniuria exeratur) ab ipso, cum suo itidem Dei nomine, atque imagine, communicata est. Huc aspiciens Agapetus haud dubie, Regem licet natura sua & substantia corporis hominibus ceteris aequalem; potestate tamen dignitatis atque auctoritate, omnium Deo similem dicebat: cum nemo in terris quisquam ipso esset altior. Itaque tanquam Deum, id est, ad Dei exemplum, cuius imagine honoratus est; irasci non debere, verum peccantibus ignoscere. *τῆ μὲν δόξα ἢ σὺ μάλ' ὡς πάντι ἀνθρώπων ὁ βασιλεὺς: τῆ δὲ δόξῃ ἢ ἀξιώματι ὁμοίως ἔστι ὡς ἐπὶ πάντων θεῶν. ἐκ ἐξ ὧς ἐπὶ γὰς τὸ αὐτοῦ ὑπερόδοτον. χρὴ τοῖσι αὐτῶν καὶ ὡς θεῶν μὴ ὀργίσσασθαι, ἢ ὡς θεῶν μὴ ἐπαίρεσθαι. εἰ ὡς ἢ εἰκόνι θεοῦ τείμεθα, ἀλλὰ ἢ εἰκόνι χροῖνι συμπεπλησθαι δι' ἡμῶν ἐπιπέσων* τὴν πρὸς πάντας ἰσότητά. Caterum Deus vt pius & misericors, ita etiam iustus est vbi oportet, ac seuerus: d propterea quod, cum eius naturae sit mens Dei atque maiestas (iuxta Saluianum Massiliensem Episcopum) vt nulla iracundiae passione moueatur; tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio est, vt per nos cogatur irasci, vim (vt ita dixerim) facimus pietati suae, ac manus quodammodo afferimus misericordiae suae. Quamobrem quantum pietate indulgens semper & bonus est, tantum iudicis maiestate metuendum ipsum esse, Cyprianus olim dixerat. Cum enim flagitiosissimis illecebris Deum prouocemus, & ideo nequaquam vt mereamur prosperis, qui non corrigimur aduersis; quemadmodum ab eodem Saluiano pie ac verè admone-mur: vt quamuis bonus dominus quasi indulgentissimus pater, nobis interdum bona indignis tribuat, nonnunquam tamen pro peccatis nostris humiliari sinat; sed ita, vt interim diu non patiat affligi: ac nunc quidem asperis rebus (quod idem Saluianus docet) castiget suos, pro disciplina; nunc tranquillis foueat, pro indulgentia. Ipsi itaque Dei summi exemplo (qui cum nos ad similitudinem formauerit suam; hoc à nobis, vt ipsum sequamur atque imitemur expectit) humanitas atque clemetia, tam iudicum ac magistratum, quam Regum ipsorum ac principum; quodam iuxta seueritatis atque iustitiae*

a Orat. in Senat. habi. fol. 74. libri à Stephan. impressi.

b In de Ira Dei, cap. 19.

c Ad Iustinian. praecip. 21.

d Vt in Psalmo David. 111. vers. 4.

e Exortum est in tenebris lumen re-  
cti, misericors, mi-  
serator & iustus.

f Lib. 4. de gu-  
bernat. Dei, vbi  
de iustitiam Dei

tantam esse ait vt  
in aliquid iniustū

cadere non possit.

Et lib. 5. tantam  
esse misericordiam

Dei, vt etsi nos

pati vult aliqui  
de peccatis nostris,

noluit tamen cun-  
cta tolerare: quia

castigat malos no-  
re mala & agno-

scere nos peccata  
nostra manule

quam sustinere,  
&c. quae sequun-  
tur. Et postea,

Vim Deo facimus  
iniquitatibus no-  
stris, ipsi in nos ira

Diuitiarum arma-  
mus, cogimus ad  
ulciscendū acriminū

nostrorum inma-  
nitates nolentem

Deū, prope est vt  
eum non permit-  
tamus vt parcat,

&c.

f In sermone de  
lapis.

g Lib. 6. de pro-  
uidencia. Idem  
lib. 1. ante dixe-  
rat, Plenus & iu-  
stus & misericor-  
dia Dominus &

pietati suae multa  
donat per indul-  
gentiam & seueri-  
tatem per disci-  
plinam.

veluti aculeo temperari debet: iuxta verus illud aculeo Epigram-  
matarij cuiusdam Græci carmen, a quod ἐς ἀρχόντα sic cecinit;

Μίσην μαλιχίην βαδύ φθόρον, ὅστις καὶ ἀντὶ  
βομβήσας μέλιτα κούρσος ὄξει κέντρον  
Ὅν δ' ἀτὸρ μάζην (ἢ θύω) ἴσπῃ ἀγύω  
Ὅδ' ἐσὺν ἀγέλην ἐπιπέθε' ἀνδρὶ νομῆι  
Πεῖρ καὶ δευδ' ἐπιὸ καλάρου (ἢ) ἴχου ἀνδρῶν.

b Lib. II. Variar. form. 40. & vlti.

Pietas enim suæ indulgentia, regit & calos; cui omnes virtutes (vt  
apud Cassiodorum b est) honorabiliter cedunt; quando eam hu-  
mano generi salutiferam esse cognoscunt: verum tamen non sine tri-  
bus aliis fororibus caelesti gratia perfruitur; quæ simul omnes am-  
plexione amabili nectuntur, sicut idem auctor loquitur. Ad iustitiam  
illam humanitate ac lenitate seu mansuetudine temperatam, vt Ago-  
nothetarum more, ciuibus & subditis princeps, eorum communi bo-  
no, legitimè imperans præmia distribuat, verustus quidam auctor  
spectabat: ex quo hæc in eam sententiam, in quibusdam manuscriptis  
è iure Orientali excerptis schedis, ad exemplar Strossianum (quod

c Habeo penes me ex collatione cuiusdam basilicæ in compediij facta Romæ ad exemplar Strossianæ (quæ tum ibi erat) Bibliothecæ, in titulo. I. ἡ δὲ βασιλεία. d Proverb. Salom. cap. 16. & 25. e è Psalm. 114. Dilat.

in Regina matris Bibliotheca feruatur) comparatis e possis agno-  
scere: βασιλεὺς ἐστὶν ἡννομήσας ἐπιτοσσία, κενὸν ἀγαθὸν πᾶσι τοῖς ἐπινοοῖς. καὶ  
καὶ ἀντιπέλας τιμωρῶν, μήτε καὶ πρὸς ἀδελφῶν ἀγαθοποιῶν: ἀλλὰ ἀναλόγως  
τοῖς ἀγωνοθέταις τὰ βραβεῖα παρεχόμενος. Iustitiâ quidem firmari thro-  
num soliumque regis, idè auferendam de vultu ipsius impietatem,  
eòsque qui agunt impiè, regi esse abominabiles; à Salomone in Pro-  
uerbiis d memoratur. Itaque aridet mihi, quod B. Ambrosius nec  
iustitiam sine misericordia, nec sine iustitia esse misericordiam scri-  
bit: nam postquam illud e Pfaltis, vatisque Dauidis proposuerat, Mi-  
sericors & iustus Dominus, & Deus noster miseretur: bis misericordiam  
posuit (inquit) semel iustitiam. In medio iustitia est, gemino septe in-  
clusa misericordia, &c. Et statim, Neque tamen iustitia sine misericor-  
dia est, neque sine miseratione iustitia: quia scriptum est, Noli esse ni-  
miam iustus. Quod supra mensuram est, et si bonum est, tu non sustines:  
mensuram serua, vt secundum mensuram recipias. Non impedit tamen  
iustitia misericordiam; quia misericordia ipsa, iustitia est, &c. Deinde  
citato loco Psalmi III. & altero Euangelij, quo Dominus ad Ioan-  
nem; Sine modo (ait) sic enim decet nos implere omnem iustitiam: sub-  
iicit istud idem Doctor verè Ambrosius: Liqueat igitur iustitiam esse  
misericordiam, & misericordiam esse iustitiam. Rectè hoc quidem il-  
le; non humano tamen, sed diuino iudicio, vt Petr. Chrysologus f

f Ex cap. I. Euāgelij secundum Matth. Γωσθὸς δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς διέκατος ἄν, καὶ καὶ ἐξ ἑαυτῆς αὐτῆν πεισθεῖσεν ἑαυτῆς ἀποδοῦναι αὐτῆν.

Episcopus Rauennas (quem lubens auctorem laudo) eleganter ex-  
presit; illa Euangelij verba explicans, Voluit occultè dimittere eam.  
Hoc pio magis videtur conuenire (inquit, hoc est, clementi & milti)  
quàm iusto; sed humano iudicio non diuino. Penes Deum neque pietas  
sine iustitia est, neque sine pietate iustitia. Caelesti sensu sine bonitate  
æquitas, sine æquitate bonitas non habetur: virtutes si separatæ fuerint,  
dilabuntur. Æquitas sine bonitate, seuitia est; & iustitia sine pietate,  
crudelitas. vbi, æquitatis appellatione iustitiam, ex qua τὸ ἴσον καὶ ἰ-  
κασιον omnibus redditur, quemadmodum apud Dauidem forsitan in  
Psalmo

Psalmo 110. vers. 7. (vbi ait, Fidelia mandata Dei omnia, facta in ve-  
ritate & æquitate) bonitatis & pietatis vocabulis clementia, indul-  
gentia, eaque quam æquitatem alij Latini, ἐπιείκεια καὶ φιλανθρωπία  
Græci vocitant; ostendi arbitror. Sanè Lactantius a alteram iustitiæ  
partem, æquitatem esse; vbi scripsit: illicò subdit, Æquitatem dico,  
non vtique bene iudicandi, quod & ipsum laudabile est in homine iusto;  
sed se cum cæteris coequandi, quam Cicero æquabilitatem vocat. Sed  
hoc aliò pertinet; quò & istud Philonis æqualitatem esse iustitiæ ma-  
trem dicentis, πρὸ πάντων ἀρετῶν ἀρχὴν & sic ferè, ἐστὶ δὲ ἴσους, ὡς οἱ τὰ  
φθῶρας ἀπέχουσιν ἡμῶν τὰ ἀπέδωσαν, καὶ τὸν ἀποσοῦν. Porro bona est iu-  
stitia, bona est & misericordia; habet illa suum locum, habet & ista  
suam (vt inquit Eusebius Emissenus b alicubi) Neque verò perit iu-  
stitia, si in quibusdam causis misericordia temperatur. Quod de locis  
Emissenus pronunciat; hoc de temporibus similiter existimandum  
est: vt pro ipsorum varietate ac differentia, clementiæ, pietati ac in-  
dulgentiæ; vel contrà, iustitiæ sacrum fiat, ac litetur. Quò istud Cas-  
siodori spectat, lib. II. Variar. c Quamuis nomen ipsum iudicis dicatur  
esse videatur iustitiæ, & totius anni orbitam æquitatis inbeamur am-  
bulare vestigijs; his tamen diebus (de festis maioris hebdomadæ die-  
bus agit) in domiciliam pietatis iure desectimus, vt ad Redemptorem  
annuum, remissionis itinere peruenire possimus. Ex hac enim virtute sua-  
uissimos fructus legimus, & remittendo alijs nobis parcimus. Plerunque  
autem alterius altera comes est, seseque mutuo adiutuant; quemad-  
modum casibus asperis (puta) quibus præstandum sub iustitiæ lau-  
de moderamen; sub Theodorici Regis persona Cassiodorus idem  
alio loco d admonet: Vt nec vindictam sinamus superare peccata, nec  
culpam insultare sinamus legibus impunitam. Atque huc etiã facit,  
quod B. Gregorius e ad bonum monasterij Lirinensis Abbatem; Ita-  
que boni te dulcem (inquit) prauis sentiant correctorem: in qua videli-  
cet correctione, hunc esse ordinem noueris obseruandum; vt personas di-  
ligas, & vitia persequaris: ne si aliter agere fortasse volueris, transeat  
in crudelitatem correctio, & perdas quos emendare desideras. Et statim;  
Ipsa in te dulcedo, cauta, non remissa sit, correctio vtò diligens sit, non  
seuera: sed sic alterum condatur ex altero, vt & boni habeant amando,  
quod caueant; & prauis metuendo, quod diligant. Similiter, de admini-  
stratione prouinciæ agens quodam loco Tacirus, f oportere dicebat  
paruis peccatis veniam, magnis seueritatem commodare; nec pœna  
semper, sed sapius pœnitentia (quod Agricola solebat) contentum  
esse. Quod ita seruandum tamen, vt spes interea peccati redimendi  
(præsertim antequàm illud admissum fuerit) non detur. Crescit  
enim hoc modo (vt Arnobius monet g) multitudo peccantium: &  
facile itur ad culpas, vbi est vanalis ignoscèntium gratia. Nec pro-  
miscuam habere ac vulgarem clementiam oportet, nec abscissam (inquit  
alicubi Seneca h) nam tam omnibus ignoscere, crudelitas est; quam  
nulli. Modum tenere debemus: sed quia difficile est temperamētum;  
quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præpon-  
deret. Idem ipse alio loco Seneca, i Moderatoris Reipublicæ optimi

a Cap. 15. lib. 5. Diuin. instit.

b In homilia in natali plurimor. martyrum ad il- lud, Beati miseri- cordiæ.

c Formu. 40. & vltima statim in ipso initio de indulgentia. Qua de re videto ple- nissimè apud Leonem Papam serm. 2. de Qua- drages. ad fin. & serm. 3. & 9.

d Lib. 3. Variar. epist. 46.

e Epist. 8. lib. 9.

f In Agricola.

g Lib. 7. aduers. gentes.

h Lib. 1. de Cle- mentia, cap. 2.

i Lib. 1. de Ira, cap. 5.



a Euangel. c. 6. in princ simili-  
ter in Psal. 102.  
Benedic anima  
mea Domino. ver.  
6. Faciens miseri-  
cordias Dominus.  
vbi ex Hebraeo  
plerique recen-  
tiorū hodie iu-  
stias malunt.  
Non malè igitur  
Euthymius, qui  
istud ex versu  
penultimo Psal-  
mi III. *Disperst,*  
*dedic pauperibus,*  
*iustitia eius ma-*  
*net in seculum se-*  
*culi;* sic exponit,  
vt ad eleemosy-  
nam, eamq; ius-  
titiam quæ ex  
misericordia se-  
quitur coarctet:  
quàmquam aliter  
Genebrardo vi-  
ceri nō ignoro.  
b Cap. 1. Euang.  
c Cap. 31. vbi sic  
est Hebraicè;  
אֲנִי אֲנִי מִיִּצְחָק  
הֵאָמַר עֲשֵׂה אֲסִירָה  
עִיר אֲדָמָה. Simi-  
liter in cap. 24.  
Gen. vbi ex He-  
braeo Hierony-  
mus, Non abstulit  
misericordiam &  
veritatem suam à  
Domino meo. In  
versione Septua-  
ginta virorum  
Græca iustitiam  
legitur; & κατὰ  
λίαν πλὴν δικαιο-  
σύνης σὺ καὶ πλὴν  
ἀληθείας ἀπὸ νο-  
εῖν. & è contra-  
rio in c. 3. Hiere.  
Quia sanctus ego  
sum, dicit Dominus  
& non irascar in  
perpetuum optimè  
Ἰσοὺν chasid  
Hebræum ad mi-  
sericordiā per-  
tinere Septua-  
ginta viris visū  
est, qui sic ver-  
tēter: ὅτι ἐλεήμων  
ἐγώ εἰμι λέγει κύ-  
ριος, καὶ ἡ μέντοι  
ὕμῃν εἰς τὸ αἰῶνα.  
d Cap. 4.  
e Lib. 1. de Of-  
ficiis, in c. Om-  
ni autē.

Quamobrem interpreti veruſto noui Testamenti rationē vt cumque  
constare arbitror, dum Hebraico more tranſtulit apud Matthæum,  
*Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus:* quo loco in  
exemplaribus Græcis, non δικαιοσύνην, sed ἐλεημοσύνην passim legitur.  
Sanè apud Dauidem Psalmo III. versu 6. vbi ait, *In memoria aeterna  
erit iustus:* hoc iusti vocabulo, eum quem misereri & commodare  
versu præcedenti cecinerat, hoc est, beneficium, benignum, & in ege-  
nos liberalem designari, doctiores admittunt; nec Genebrardus ipse  
disſidet: quamuis iustitiæ vocabulum ad eleemosynam in versu pe-  
nultimo eiusdem Psalmi perpetuam ab Euthymio coarctatum sentiat;  
in quo ipsum falli, qui se suo gladio iugulat, equidem arbitror: præ-  
sertim cum secundam illam eius Psalmi partem, de beneficiis & libe-  
ralibus esse, in adnotatione ad versum quintum concesserit. Quid  
quod ipsum Ἰδικαὶ iusti vocabulum B. Iosepho attributum ad cle-  
mentiam potius & bonitatem, quàm ad legis Mosaicæ obseruationē  
videtur esse referendum illo D. Matthæi b loco; Ἰσοὺν ἢ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς  
δικαίωσεν, ἢ μὴ δέλωσεν αὐτῆν παραδειγματίζουσι: ἐβλάθη λάθρα ἀπολύσαι αὐ-  
τήν. Vt sit hic quidem ὁ δικαίωσεν, qui aliter à Græcis χρηστὸς ἢ φιλό-  
φρων nuncupatur; quod ipsum etiam Theophilactus ad eum locum  
eruditè adnotat. & ἢ ἐβλάθη (inquit in reliquis) ἀπλοῦς εἶναι ἀλλ' ἐπι-  
λαυθροπέβη ἀπὸ πολλῶν χρηστῶν ἢ ἀνώθρων ἢ νόμῳ εὐαγῆρ δεικνύου, καὶ  
ἢ δὴ ἔπειρ τὰ νομικὰ ἡπτάλωμα ἴσῳ. Et similiter cum nomen Ἰσοὺν chesid  
apud Hebræos misericordiam, beneficium, gratiam significet; eius  
vice Septuaginta, velut si Hebraicè scriptum legissent Ἰσοὺν tsedec in-  
uersis eiusdem soni, licet non earundem literarum, syllabis; iustitiam  
scribere maluerunt quodam e Geneſeos loco, ἰκανόσδω μοι ἀπὸ πά-  
σης δικαιοσύνης καὶ ἀπὸ πάσης ἀληθείας ἢς ἐποίησας ἴσῳ πασῶν οὐ: vbi vul-  
gata Hieronymi ex Hebraeo interpretatio, *Minor sum cunctis misera-  
tionibus tuis & veritate tua quam explesti seruo tuo.* At apud Danie-  
lem d ex diuerso, vbi sic est, *Peccata tua eleemosynis redime;* Græcam  
potius versionem & (verè vt dicam) ipsius Prophetæ sententiam ex-  
primere maluit Hieronymus; quàm Hebraeo verbo quod iustitiam  
sonat insistere. Qua de re alio loco subtiliùs à me differetur, si Do-  
minus (quod spero) facultatem dederit. Nunc istud solum addam,  
ad superiorum illustrationem; quod Ciceroniana lectio e commodè  
suppeditat: In iustitia virtutis esse splendorem maximum, ex qua boni  
viri nominantur; & huic coniunctam beneficentiam, quam eandem, vel  
benignitatem, vel liberalitatem appellare licet: vt tamen vt trumque ho-  
rum, ipso iustitiæ vno vocabulo comprehensum nonnunquam videri  
possit; sicuti δικαίος non ἴσοσ tantum, sed & ὁ χρηστὸς ἢ γὰρ ἀγαθὸς καὶ  
προσετὶ ὁ φιλόφρων; προσίως ἢ πῶσ ἢ πρῶσ. Atque hæc quidem  
omnia, non propriè, sed καταχρηστικῶς, vel ex illa plenissima iustitiæ  
specialis quoque vi forsitan: ne dum alterâ generalis significatione;  
secundum quam, illo vno nomine virtutes omnes comprehédi con-  
stat, de qua versus iste Græcus ab ipso Aristotele f proditur;

f Lib. 5. Ethi. ad Nicom. videto Oecumenium ad illud B. Pauli ad Ephes. cap. 4. ἐν δικαιοσύνῃ ὁσπότης ἢ ἀληθείας. fol. 638. δικαιοσύνη ἢ ἡ καθολικὴ λέξις αἰρετὴ, ὁσπότης δὲ ἡ καθαρὸς, &c. Iustitiæ nomen in lingua sancta virtutem omnem complecti Genebr. notat ad vers. 3. Psalmi 110.

Ἐν ἢ δικαιοσύνην συλλέβδω πᾶσ' ἀρετῆς ἴσῳ.

Qua etiam ratione ipsum iustitiæ nomen, meritò religioni ac pietati  
in Deū tribui, nemo negauerit. Etenim iustitiæ summa virtutis ori-  
go, in religione, iuxta Lactantium a Firmianum; ratio in a quitate est:  
adeò vt cum omnes simul virtutes complectatur, tamè duæ sint om-  
nium principales, quæ ab illa diuelli separarique non possunt; pietas  
& æquitas: quasi venæ eius, quæ iis duobus fontibus tota cõstat. Cum  
autem pietas, nihil sit aliud, quàm Dei noſtio, sicut Trismegistus ve-  
rissimè definiuit, teste ipso Lactantio: atque istius pietatis, hoc est,  
Dei cognitionis, hæc summa sit, vt eum colas: ideò ignorare vtique  
iustitiam eum, qui religionem Dei nō tenet, idem Lactantius eo ipso  
loco retulit: post Ciceronem tamen, qui alicubi, b pietatem esse ad-  
uersus Deos iustitiam olim tradiderat. Cui congruit; quod apud  
Athenæum c Ochus Ægyptiorum Rex moriturus à filio natu maxi-  
mo in regni successionem vocato interrogatus, quàm ratione per  
tot annos regnum conseruasset; respondisse fertur, *Iustitiam erga  
omnes homines ac Deos exercendo;* τὰ δικαία πράττων, εἶπερ, πρὸς ἅπαν-  
τας ἀθρώπους ἢ θεῶς: pietate nimirum in Deos, iustitia in homines, re-  
gnum se fuisse tutatum significans: tum verò quòd pietatem in Deos  
in iustitiæ profapia, siue progenie Iulianus Cæsar quodâ loco d posuit  
sic admodum scribens, ἔστι ἢ ὁσπότης δικαιοσύνης ἔργον, αὐτῆ ἢ ὅτι  
ἢ διαοτέρς Ἰυχὺς εἶδὲς ἔστιν, ἐδένα λέληθῆρ ἢ ὅσοι τὰ ταῦτα μεταχειρίζοιαι.  
Postremò id etiam quod Aristides duas summas partes iustitiæ facit;  
quarū antiquior, atque præstantior sit, aduersus Deos: sic enim ipse, e  
ἔγω ἢ οἶμαι πᾶντας ἀρ (ait) ὡς ἔπῳ ἔπαυ συμφοῖσαι, ὅτι καὶ νόμῳς θέναι  
(sic lego; non εἶναι, vt in impressis) καὶ Ἰήφης ἡνεκῆρ, ἢ σιωπέτω τὰ  
δικαία, ἢ συμβεβλῆσαι, ἢ χειροτονῆσαι: καὶ ἢ δια πωελ αὐτῶς τῶς θεῶς ἢ χρῆ  
πράττειν. καὶ πᾶντα τὰ ταῦτα ἐς δὴ κεφάλαιον κοινὸν πλὴν δικαιοσύνην ἀνα-  
φῆρ. Et statim, Διούρ μὲν ἢ δικαιοσύνης μέρῶν ὄντων ἢ ἀνώτατα: πρῶτον  
ἢ ἢ κατῆσῳ ἢ πωελ τῶς θεῶς. Quanquam Cicero alibi f Platonem  
sequutus, s tres partes fecerit æquitatis siue iustitiæ, sic ferè ad Tre-  
batium scribens; *Atque etiam rursus æquitas tripartita dicitur esse,  
vna ad superiores Deos, altera ad manes, tertia ad homines pertinere: pri-  
ma, pietas: secunda, sanctitas: tertia, iustitia aut æquitas nominatur.*  
Ergo Psaltes ipse diuinus, idemque Rex alicubi h ad Deum, *Sacer-  
dotes* (inquit) *tui induantur iustitiam:* pietatem atque sanctimoniam  
scilicet, iuxta Chrysostomum, hoc est, vt iustè ac sanctè coram te mi-  
nistrent, & sicut eiusdem Psalmi vers. 16. & lib. II. Paralipom. traditur,  
*induantur saluari, vel salute.*

Pietatis profectò itemque religionis nomina (quæ in obseruantia  
in Deum nostraproprè sumpto vocabulo; fortasse etiam in mutua,  
sed immensa tamen & ineffabili eius erga genus humanū charitate,  
ac indulgentia constiterant ab initio) postea per quandam similitu-  
dinem translationémve (ne abusionem dicam) ad homines etiam  
ab auctoribus classicis relata sunt; & adeò quidem, vt à religione in  
Deum religiosissimus antistes Ambrosius i omninò seiunxerit: sic  
ferè, *Magnum pietatis officium, sed religionis vberius. Nam sicut neminem  
filio*

a Lib. 5. diuinar.  
instit. cap. 15.

b Lib. 2. de Na-  
tura Deorum.  
c Lib. 12. Deap-  
nosophist. folio  
218. A. Id. lib.

d πωελ ἴσῳ αὐτοῦ  
κράτορος πωελ ἴσῳ  
ἢ πωελ βουπείας,  
fol. 35.

e ἐν κοινῇ ὁσπότη-  
σίαι.

f In Topicis,  
sub finem.  
g Meminit Dio-  
genes Laërtius  
in eius vita, lib.  
3. de vitis Philo-  
sophorum.  
h David Psalm.  
137. Memento Do-  
mine David.  
vers. 9.

i In lib. de vi-  
duis, sub init.

<sup>a</sup> Lib. 3. ad Ec-  
clesiam Cathol.  
fol. 387.

<sup>b</sup> Vti apud Ci-  
ceron. lib. 6. de  
Repub. in somn.  
Scipio. idē lib. 1.  
de Republic. ex  
quo vide frag-  
mentum Sigo-  
niana pag. 16. &  
38. vbi ex Plato.  
lib. 5. de Legibus  
& in Critone.  
c. d. cap. 2. lib. 2.  
d. in gratiarum  
actione, pro  
consul.

<sup>e</sup> In de pud-  
icitia.

<sup>f</sup> Lib. 10. cap. 7.

<sup>g</sup> I. antepen. C.  
de excuf. tut. in  
princip.

<sup>h</sup> Lib. 1. & 2.  
epist.

filio oportuit anteferri, ita Propheta Dei & filio præferri debuit & sa-  
luti. Et statim, Vnde aduertitur vtrumque pietatis affectum vidue in-  
esse debere, vt filios diligit, parentibus deferat. Quod ipsum à Salua-  
no Malsiliensi <sup>a</sup> factum scias; quo loco de parentibus, qui sine vl-  
la in pauperes erogatione facultates hereditarias filiis derelinquunt.  
Habere aliquam excusationis (inquit) speciem videntur dicentes; Pie-  
tas vicit, vis sanguinis compulit, natura ipsa quasi amoris manu in ins sua  
traxit: sciimus quid iustitia Dei posceret, quid sacra veritas postula-  
ret, sed subacti (fatemur) sumus iugo incarnate necessitudinis, & dedi-  
mus captiuas manus vinculis charitatis, cessit sanguini fides, & vicerunt  
deuotionem religionis, iura pietatis. Pius pater in liberos, pius filius in  
parentes, propinquos ac patriam, velut antiquiorem (vt ait Cicero)  
parentem plerunque dicitur. <sup>b</sup> Pius princeps in Rempublicam tan-  
quam pater patriæ, vel parens publicus. Valentinianus itaq; de Gra-  
tiano filio in Augusti nomen & honorem asciscendo, apud Marcelli-  
num (vt alia mittam quæ suo loco <sup>c</sup> protuli) & quod pietatis sum-  
mum primūque munus est Rempublicam, vt domum paternam  
diligere poterit, & auitam: quanquam piissimi titulum aliò referte  
maluit eundem Gratianum iam Imperatorem alloquens Ausonius, &  
nō habita eius vt Augusti, sed vt priuati ratione; in hac omninō ver-  
ba, Huius verò laudis locupletissimum testimonium est, pater diuinis ho-  
noribus conseruatus, instar filij ad Imperium frater adscitus: à contume-  
lia belli patrum vindicatus, ad præfecturæ collegium filius cum patre  
coniunctus: ad consulum præceptor electus: & postea, pietas qua or-  
bem tuum temperas, quamque in vlciscendo patriuo probas, tuendo in  
fratre cumulas, ornando in præceptore multiplicas. Rursus pietatem  
parentibus debitam, religionis nomine censerī, olim apud Tertallia-  
num <sup>e</sup> animaduertimus: quo loco, Post commendatam (ait) Sabbati  
venerationem, post imperatam in parentes secundam à Deo religionem,  
nullum aliud in talibus titulis firmandis monendisque substruxit præ-  
ceptum; quam, Non mœchaberis. Sed & aliis apud Constantinum Im-  
perator. & B. Augustinus. locis, quos superiore libro adnotauimus.  
Denique ad propinquos nomen religionis B. ipse Augustinus, vul-  
gari loquentium more pertinere, in libris de ciuitate <sup>f</sup> docuit; vt pie-  
tatem quæ sanguine coniunctis debetur significet, & cum humanita-  
te copuletur. Quæ significatione illius nominis Imperatores Diocle-  
tianus & Maximianus <sup>g</sup> alicubi scripserunt, humanitatis ac religio-  
nis rationem non permittere, vt aduersus sororem vel filios sororis,  
actionum necessitates tutelæ occasione suscipiantur. Quin & apud  
Symmachum <sup>h</sup> non semel, latius ad amicitiam inter extraneos quo-  
que contractam, porrigi religionis vocabulum, reperias.

S V M M A

Sermo Ethicus, de artibus, hoc est, virtutibus Regiis, vt  
alter à proximo; historicus atque criticus.

Pietatis nomen in principe coniunctum iniustitia, quam vim habeat. Religiois or-  
thodoxæ curam suscipere principem debere. Tria Regi officia iuxta Diogenem  
Pythæ

Pythagoræ; vt sit exercitus Imperator, vt iudex, vt sacerdos seu Dei cultor. Io-  
sephi locus illustris de virtutibus quas inesse in principe Deus velit; ex quo menda-  
cassæ tollitur: eloquentiæ an verecundiæ principi magis necessaria, disceptatur.  
Philippus Macedo ab eloquentia commendatus. Adm. Reges. Iosephi locus de Ari-  
stobulo, in quo verecundiæ illius mentio. De verecundiæ principis, ex alijs auctoribus  
peruenerunt. Artochæres qui verecundus apud Marcellinum, qui Marcus apud Ca-  
pitolinum. Eunabæa. Seleuci Regis in Deos pietas, item Antiochi, Numa, Theodosij  
Iunioris; de quo plurimum ex historia Tripartita. Antisthenes & Socrates Philoso-  
phi pietate in Deos pollentes. Dicearchus impius. Pietas iustitia, impietas iniustitia  
adiuncta in veterum scriptis. Alexius bonus vir & mitis, sed cur non bonus tamen  
Imperator. Quatenus quosdā appellatio ambigua principi conueniat; ex grauitate  
quadam, animiq; firmitate, comite iniustitia: nempe venerationi vt sit non formidini  
subditis; sine superbia, morumq; vilitate: tentata vnius apud Stobæum, itemq; duorū  
apud Marcellinum locorū emendatione. Quibus terrori esse bonus princeps debeat.  
Iuliani principis moderatio, ex Marcellini opinione. Itē Coryos Thracis apud Stobæi.  
Veritas cum misericordia in principe cōmendata. Eliani ea de re illustrato loco, &  
fortasse castigato; adiunctis insuper Salomonis & Pythagoræ testimonijs. Aduersus  
mendaces, versutos, & perfidos duces ac principes. Simplicitas cum tolerantia in  
principe commendatur; quæ vacet à superbia, & ineptia. Insurandum in Byzan-  
tiorum principum inauguratione atque coronatione præstitum, è Curopalate: cu-  
ius verba castigantur, atque illustrantur, notato bis interprete. Supplantatio seu  
simulatio Iehu in sacris litteris vt accipi debeat. Grauitas lenitati miscenda à prin-  
cipe iuxta Plutarchum, qui explicatur. Felices Imperatores qui ex Augustini sen-  
tentia. Nihil propter principem faciendum, sed optimatum adhibito consilio,  
iuxta præceptum Homeri ac Philonis; sed & exemplo Antonini Philosophi & Imp.  
apudque ad eodē ipsarum: ex Eliano, cellas ipsarum tripartitas describens. Excursio  
in hac tempora, & pro Republica votum. De oculo iustitia dices Adrastea veterum  
loci ad marginem.

CAPVT XVIII.



VERVM quod ista tam exquisitè, atque ad eodē anxie  
prolatā *λεπτολογηματα*? dicit quispiam: eodē scilicet,  
vt cum iustitiæ vocabulo, clementia & humanitas  
in subditos comprehendī possit; quam ipsam pas-  
sim pietatem ab auctoribus nuncupatam, libro su-  
periore <sup>a</sup> ostendimus. Pietatis nomē, cum de prin-  
cipe loquimur, iustitiæ vocabulo coniunctum; de religione in Deū,  
atque deuotione interpretemur: obseruata scilicet propria & genui-  
na significatione nominis. Etenim si iustum, si clementem esse prin-  
cipem oportet; vt saluti Reipubl. consulat, suūque munus præcla-  
rè administret: multò magis religiosum, veræque ac à maioribus illis  
antiquissimis traditæ velut in manus fidei ac pietatis, hoc est, diuini  
cultus studiosum; rituumque sacrorum, atque sacerdotum obserua-  
torem, custodem, atque ad eodē vindicem esse debere; nisi qui ratione  
omni careat, inficiari nemo velit, aut etiam possit: atque ita demum  
in optimo principe laudari clementiam, si religiosus in Deum cul-  
tus non desit; cuius vberius esse, quàm pietatis officium (vt antè <sup>b</sup>  
dixi) testatur Ambrosius. Idem alio loco, pietatem pro religione in  
Deum accipiens, & à clementia quæ est in homines distinguens in  
oratione de obitu fratris; cæterarum ipsam virtutū parentem, atque  
originem nominat: sic ferè, Ergo si libido atque iracundia reliquorum  
vitiatorum educatrices sunt; iure castitatem, atque clementiam dixerim.

<sup>a</sup> Cap. 2. lib. 2.  
Semestr.

<sup>b</sup> Cap. superi.  
proximo.

a In de Abrahā Patriarcha, ca. 1. b Initio lib. de fide. Rhemigius Rhemensis Episcopus cum Clodoveum in Gallia Regē inungeret, atque inauguraret; tandem regnum duraturū esse prædixit, quamdiu in eo religio & iustitia colerentur: & similiter Agathias lib. 1. de bello Gallico, durationem Imperij Gallici præannunciavit in quo pietas non minus quam iustitia floureret ac vigeret. Libera religio à nullo principe admittenda nisi sibi hereticorum furore ad iniquas aliquas & bonis hominibus præduras conditiones Respubl. cogitur, & ceterorum verè priorū id ita fieri refert: propter eā quod à seculari potestate nullum foedus in Ecclesia vel Ecclesiasticæ auctoritatis præiudiciū iniri queat: à doctore Ioan. Molano traditur copiose lib. 1. de fide Hæret. servan. cap. 22, 23, & 24. & lib. 3. c. 11. ubi non licere pacta cum hæreticis inita violare docuit. & ca. 17. aliquando ex grauib. causis pactum iniri de toleranda religionis libertate concessa hæreticis: & ibi objectionibus in contrarium satisfacit. Ob religionis libertatē civibus conservatam, Iouianum principem laudat Theophrastus orat. 12. fol. 144. libelli à Stephano excusi. c Collect. locorum commun. sermo. 147. d Lib. 7. Cyrilli. e Isaiz cap. 49. & 60.

quasdam virtutum parentes: quanquam pietas quoque, ut omnium principatus honorum: ita etiam seminarium virtutum est ceterarum. Postremo alibi diuus ille ac diuinus doctor, de Abrahami deuotione in Deum verba faciens; *Ea enim virtus* (inquit) *ordine prima est, quæ est fundamentum ceterarum; merito que hanc ab eo primam exegit Deus dicens, Exi de terra tua, &c.* Itaque multò potius pietate in Deum ista, quam aut præmio, aut pœna contineri Respublicas; vetus verbum est, ex Homeri & Hesiodi disceptatione literis traditū. Etenim cum hic ita quæsiisset

ὡς ἄν ἀριστὸν οἰκοῦντο πόλεις ἢ ἐν θεῷ ποιεῖσθαι

Ille respondisse fertur, his admodum fenariis tribus:

ἔμεινεν δὲ ἐν τῷ ἀρχαῖοις τὸν θεόν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀδελφόν, ἔπειτα εὐχέσθαι ἢ θεῷ, ἢ τῷ ἀνθρώπῳ ἕστιν ἀμείνον.

Quod si verum esse agnoscunt omnes, si gloriosam in Deum pietatem Regiis honoribus immobile fundamentum esse prudenter ac verè Cyrillus b ad Imperatorem Theodosiū scripsit; & ante ipsum Aristoteles quoque in politicis: illud etiam sequitur, ut Principem Reipublicæ parentem alterum, atque tutorem, religionis antiquæ ac veræ cura quam maximè deceat: sicuti Theodosius & Valentinianus ipsi B. Cyrillo rescripserunt, ea epistola quæ Cyrilli eiusdem operibus adiuncta est. *Quid enim* (ut est apud Minutium in Octaui) *magis in vlla Republ. curari obseruarique oportet, quam religionem?* Hoc equidem inter ipsos etiam Paganos, Romani veteres olim cum dispicerent; virtutem religiosam in armis exercere, orbemque munire sacrorum religionibus, castis virginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum optimum putarunt. Ipse adeo Numa simul cum legibus, sacra in Romanam Rempublicam inuexit, quò magis feratatem exueret; sicuti tertio factorū Ouidius luculenter docet. Tria regis officia Diogenes Pythagoricus prædicabat; quemadmodum à Stobæo c relatum meminim: rem bellicam administrare, siue exercitui præesse; iudicia exercere, ac ius civibus reddere alterum: tertium verò Deos colere: ἐργα ἢ βασιλείας τρία. τὸ, τὸ στρατηγεῖν, καὶ δικαστικῶν καὶ θρησκευτικῶν. Et statim, ὡς ἀνάγκη ἔτελειον βασιλεία, στρατηγεῖν ἀγαθὸν ἢ μὴ, καὶ δικαστικῶν καὶ ἱερέα: ταῦτα γὰρ καὶ ἀνάγκη καὶ ὑπερῆσαν ἀντὶ βασιλείας ὑπεροχὰς τε καὶ ἀρετῆς: & aliquantò post, τότε μὲν τρίτον, λέγω ἢ τὸ θρησκευτικῶν τῶν θεῶν, βασιλείας ἀντάξιον. ἀλλὰ γὰρ τὸ ἀριστὸν ὑπὸ τῶν ἀριστῶν τιμῶν καὶ τὸ ἀγεμονεῖν ὑπὸ τῶν ἀγεμονεῶν. Xenophon d denique, tantò religionis amantiorem quemque principem exhibere se debere, quantò sit foelicior; in institutione Cyri olim admonuit: cuius principis imitatione, religiosos magis magisque futuros subditos; eorumque pietatem vicissim ipsi erga numen Diuinum summè profuturam esse scripsit. Hoc si falsæ religionis cultoribus plerisque omnibus ita visum; quantò magis Christiani Reges & Orthodoxi (qui effata ista prophetica e ignorare non debent; *Et erunt Reges nutritij tui.* & iterum,

rum, Reges eorum ministrabunt tibi: gens enim & regnum quod non seruiert tibi, peribit) incunctanter aduertere debent, sicuti Leo Pontifex ad Leonem A. scribit; a regiam potestatem sibi non solum ad mundi regimen, sed maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam: quo scilicet solida veraque fidei se cultores, erroribus, hæreticisque profligatis; atque propagatores religionis, sacrorumque ac sacerdotum propugnatores exhibeant. Rectissimè ( nisi fallor ) Ioannes Roman. Pontifex ad nostrum Iustinianum scribens, b *Nihil est* (ait) *quod lumine clariore præfulgeat, quam recta fides in principe: nihil est quod ita nequeat occasui subiaccere, quam vera religio: de cuius studio statim; sic ferè, hoc est enim quod vestrum firmat Imperium: hoc quod vestra regna conseruat. Nam pax Ecclesiæ, religionis unitas, auctorem facti in sublime prouectum, grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim ei parua vicissitudo à potentia diuina tribuitur; per quem nullis rugis Ecclesia diuisa secernitur, nullis insertis maculis variatur.* Hactenus Pontifex Romanus: quid autem ille, ad quem scribebat Imperator: nonne superioribus conuenienter alicubi? c *Nos omni providentia* (inquit) *curam Ecclesiarum gerimus; per quas, & Imperium nostrum sustineri, & publicas res per clementiam Dei ac gratiam muniri credimus: sed & ille alter princeps, qui eadem ætate vixit, ad Romanam Ecclesiam scribens Gotthorum Rex Athalaricus, apud Cassiodorum; d in sacerdotes Dei rependi à principibus debere acceptum tantæ in alios potestatis beneficium, ea quæ ad diuinum cultum pertinent procurando, palam profitetur in hæc verba: Tantò diuinitati plurima debemus, quantò à (deleo istud à) ceteris mortalibus maiora suscepimus. Nam quid simile rependat Deo, qui potitur Imperio? sed licet pro tanto munere nil compensari possit idoneè; ipsi tamen gratia redditur dum in seruientibus honoratur.*

Præ subditis pium, religiosum, atque orthodoxum esse debere principem traditur in illis basilicæ Eclogis; e quas ad Strosianum exemplar, cum essemus Romæ, ad annum reparatæ hominum salutis 1559. & 60. exscribi atque conferri iussimus: *ἡπιστημότης ἢ ὑπερβολὴ καὶ ἀσθενεία ἀπαλή ἐν αὐτῷ βασιλεὺς καὶ ἐν ἡλωθείῳ διαβολῇ ἢ ἐν τῷ ὑπὲρ τῶν τριάδων διοργανισθῆσιν, ἦν τε τοῖς τῶν οἰκονομίας λαμπρότατοι καὶ ἀσφαλεστάτοι διὰ τὴν κατὰ σάρκα ἐπιδημίαν ἢ κατὰ ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ δεισθῆσι, &c.* Inter animi certè virtutes, quas potius quam rectam corporis constitutionem spectare se Dominus Deusque summus, apud Flauium Iosephum, f in eligendo atque constituendo ad populum Rege prædicat; *ἀσθενεία*, id est, religionem, iustitiam, fortitudinem, & aliis virtutibus adiungit: ex quibus ait animæ pulchritudinem atque dignitatem consistere. Nam Samueli quarenti, quem potissimum ex Ieslæi liberis in Regem Israëlis inungeret, atque inauguraret; inter cetera respondisse fertur, *ἐγὼ γὰρ καὶ σαμάτων ἀμορφίας ἐπαθλον ποιεῖμαι τῶν βασιλέων, ἀλλὰ ψυχῶν ἀρετῆς: καὶ ἡτὼ ὅστις ταύτης ἐπιτελέω ἀπαρεπῆς ἀσθενεία καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία καὶ πεποιθῆσθαι ὡς τὸ ψυχῆς σωτῆς καὶ κάλλος.* Vbi hoc quoque obiter, ex more nostro, vel potius ex illa scriptionis miscellaneæ libertate; quod obseruatione dignum nunc primum menti

a Epist. 73.

b Inter claras, C de summa Trinitate. Exigere veram & unicam religionem, ut omnes principes Christiani Ecclesiam contra hæreticos & eorum complices tueantur; docet Ioan. Molan. cap. 19. lib. 1. de fide hæret. seru. hoc enim principibus cunctis iure diuino preceptum esse, ut Domino in timore seruientes religionem Christianam suo gladio protegant, & promoueant; sicut ex scripturis sacris pulchre ostendit B. Augustin. epist. 50. & alibi.

c Iustinian. Nouel. constit. 42. quem, & Leonis locum citat Nolanus idem d. lib. 1. cap. 23. d Epist. 24. lib. 8. Variar.

e tit. 1. qui est de principe, cap. 5. ex lib. basilicæ.

f Cap. 9. lib. 6. ἀπὸ γεννητοῦ.

succurrit, indicare non graubor : non satis placere , quod Suadam ( quam leporem Cicero vocat) siue eloquentiam pietati, iustitia, fortitudini copulatam lego. Nam esse quidem principi ducive non inutilem eloquentiam, immò commodissimam & maximè decoram; vtpote flexanimam; & in Philippo illo Macedone agnitam, sentio: de quo scriptum apud Ælianum <sup>a</sup> legitur, *ὅτι ἔ μόνου ἐλέγετο τὰ πωλέμια εἶναι ἀγαθός, ἢ ἑπάρειαν, ἀλλὰ ἢ πωλέμια ἀνδρείου αἰετῆμα.* Et generaliter in quouis Reipubl. administratore commendatam his verbis ex Menandro relatis à Stobæo alicubi, <sup>b</sup>

*Δὲ τὸ πολιτῶν προστάτην ἀϊρόμενον,  
τὴν τὸ λόγος μὲν δυνάμει ἐκ ἐπίφθορον,  
ἢ δὲ ἢ χρηστῶ συγκειραμενίῳ ἔχον.*

In ipso autem rege potissimum à Musonio: qui si quicquam aliud, hoc maximè regium esse scribit apud Stobæum ipsum, alio quodam loco; <sup>c</sup> dicendi facultate minimè superari, & haud secus oratione colloquentes, quàm armis hostes vincere: *καὶ δὴ βασιλευσὶ μὲν, ἄτι ἄλλο, ἢ τὸ ἀείψηται ἢ λόγῳ εἶναι. ἢ δυνάμει κρατεῖν, ὡς ὅτ' ὅποιος τὸ μακρομύμων, ἔτω τοῖς λόγοις διαλεγόμενων.* Malim tamen ipse, vt nunc quidem est, verecundiam ( cuius partes esse constat, Tullio <sup>d</sup> auctore, homines non offendere, iustitiam verò non violare) hoc est, metum pro subditis atque adeo innocentiam, clementiam, & vigilantiam Imperatoris illis virtutibus adhibere; ac pro illo *παθεῖ* (quod est Sua-dæ, persuasioni, siue eloquentiæ) sic scriptum agnoscere *αἰδοῖ*, quod pudorem obseruantia testem, atque verecundiam sonat: à qua iu-

stitia assidua contubernali ( sicuti compluribus veterum testimoniis aduocatis præclare ante aliquot annos, eum de iustitia veraque Philosophia iuxta Ethnicos Ethicos differerem, <sup>e</sup> docuisse videor) *αἰδοῖ* βασιλεῖς vtique vocantur. Nam præterquam quòd τῆ δυνάμει *αἰδῶ* καὶ τῆ σωφροσύνη copulatur ab Hesiodo, Thucydide, Plutarcho, & aliis; <sup>f</sup> à Xenophonte imprimis de principum virtutibus differente illo Cyripædiæ loco, quem sermone vicesimo indicare certum est: ipse quoque Iosephus alicubi <sup>g</sup> de Aristobulo Hircani Regis filio sic loquitur, vt æquitatem illi non sine verecundia ista tribuat, & τῆς *αἰδῆς* vocabulum vsurpet: sicut Pythagoras ( inter cuius dogmata & præcepta hæc itidem duo referuntur <sup>h</sup> νόμῳ βοῦδῆν, & αἰδῶ ἢ οὐλάβειαν εἶναι) longè antea fecerat; Principem admonens apud Stobæum, <sup>i</sup> vt magis coli ac venerationi haberi, quàm metui veller à conuictoribus: propterea quòd reuerentiam admiratio, timorem odium comitaretur. *θέλει μάλλον τὸς σύνοντας σοὶ αἰδοῦσθαί σε, ἢ φοβεῖσθαί: αἰδοῖ μὲν ἢ φοβέσθαι σέβας, φόβῳ ἢ μῖσθῳ.* Inter Chilonis etiam præcepta, istud à Diogene Laërtio <sup>k</sup> relatum video; vt potens quisque, atque au-

toritate pollens, leniter quoque ac moderatè se gereret; quò magis intimis venerationi esset, non timori: *ισχυρὸν ὄντα* (vbi malè interpres fortem reddidit) *πρῶτον εἶναι, ὅπως οἱ πολλοὶ αἰδοῦν* μάλλον, ἢ φοβεῖσθαι. Sicut Diotogenes Pythagoricus de regno, Imperij dignitatem atque præstantiam sibi principem debere induere, aut circumponere; quâ intuitu, quâ ratiocinatione, moribus animi, omnique gestu corporis præci-

a Lib. 4. Variar. Histor. cap. 19.

b Sermo. 151.

c Sermo. 147.

d Lib. 1. Officio.

e In tractatu quem commentario ad iuris regulas adiunxi. f Iuliano in Miopogone quem & alios citauit in Syntag. de vera Philosoph. & à Marco Antonino, lib. 7. de vita sua, fol. 275.

g Lib. 13. antiq. Iudaic. cap. 19. quem locum attuli in eo tractatu de vera Philosophia.

h Vide Diogen. Laërt. in Pythagora.

i In collect. loc. commun. ferm. 147. tale illud quod supra sermone 17. attuli ex orat. 5. apud Themistiū, ἀλλ' αἰδοῖ μάλλον φόνον το δέειν ἢ βλοῖσθαι πλεον ἢ φόβῳ κειτέχον τὸς ἰσχυρῶς.

k Lib. 1. in Chilon.

præcipiens: hoc enim adiicit apud Stobæum, <sup>a</sup> ita vt qui circa eum sunt, non minùs quàm ipse, reuerentia, temperantia, habitùque omni decoro in admirationem rapti exornentur. *ὡς τὸς ποτ' αὐτῶν* ( sic lego, non αὐτῶς; vt significet τὸς, vel πρὸς αὐτῶν) *μὲν ὡς αὐτῶν κατακοσμηθῆμεν καταπεπλεγμένως αἰδοῖ ἢ σωφροσύνη τε, ἢ διαθήκη τε πρὸς τὴν ἐπιπέπειαν.* Musonius quoque, vbi regi Philosophandū probat; nullam esse scientiam statuens, quæ ad temperantiam perducatur, excepta vna Philosophia: quæ voluptatem & auaritiam vincere, frugalitatem diligere, luxum & sumptus declinare doceat, *ἐθίξῃ δὲ αἰδῶ ἔχον, ἐθίξῃ ἢ γλώτῃς κρατεῖν, verecundiam seruare, linguamque compescere assuefaciat; modum, ordinem, & elegantiam & honestatem pariat: denique decorum in gestu habitùque conciliet. Subiicit statim hisce omnibus grauem, ac temperantem hominem reddi; ταῦτα ἢ ἀνθρώπων προσόντα παρέχῃ ἢ σεμνῶν, ἢ σέφρονά αὐτῶν.* Quapropter & iis instructum Regem, maximè Deo similem, & reuerentia seu veneratione dignum esse; vbi vocabulum τὸ αἰδῆς vsurpat: *καὶ δὴ ἢ βασιλεῖς ὅτῳ ἵπταρχῇ ταῦτα: μάλα γὰρ ἂν εἴη θεοσφραγῆς ἢ αἰδῆς ἄξι.* Marcum Imperatorem à clementia celebratum apud auctores, ipsum verecundum fuisse à Marcellino nuncupatum antè <sup>b</sup> ostendimus: Artoxerxem quoque Longimanum Persarum Regem, eodem verecundi cognomine honestatum; <sup>c</sup> sed ita vt passua significatione potius hîc quidem ( sicuti *αἰδοῖς* vocabulum apud Græcos solere diximus) exponi debeat id epitheton, alteri tolerabilis adiunctum vocabulo. Nam quod Capitulum Marcum illum ( de quo agebamus modò) verecundum vocat: aliò videtur aspexisse, quàm vt alterutrum eorum que diximus, significare voluerit: cum ita scribit, *Sanè quamuis esset constans, erat etiam verecundus:* quanquam potest ad moderationem principis temperantiæ contubernalem, cuius apud Musonium & Plutarchum mentio, <sup>d</sup> referri; ex priore illa, quam diximus, significatione istius vocabuli: vt quamuis per constantiam illam hominis Philosophi, atque grauitatem siue tranquillitatem tantam, vt vultum nunquam mutauerit, vel mœrore vel gaudio (quemadmodum idem Historicus loquitur) verecundus esset, hoc est, reuerendus *διὰ τὸ σεμνῶν αὐτῶς*: nihilominus ex lenitate animi quadam, & moderatione, verecundum se præberet, in audendo aliquid quod cuiquam nocere posset; præsertim è Senatorum ordine. Sanè quòd se Marcus absente Vero erga omnes Senatores atque homines moderatissimè gesserit, hoc disertè Capitolinus ibidem paulò post memorat. Quin & cum per nouemdecim totos annos in Republica fuerit, & per vndecim annos Imperium administrauerit; vir verè bonus & simplex, semper sibi similis, nec vlla re immutatus, aut simulatus fuit: *ὁμοιῶς δὲ πάντων ἐγένετο* ( inquit Dio apud Xiphilinum) *καὶ ἢ ἐδὸν ἢ ἀλλοίωθαι ἔτιως ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς ἀνὴρ ἢ καὶ ἐδὸν προσσωπιτῶν εἶχε.* Adde quòd cum eandem aut geminam profectò significationem *διδάβεια* ἢ *αἰδῶς* habeat: nihil ipsa præfecti *διδάβεια*, hoc est, reuerentia, subditis vtilius ex Chrysofostomo in Antonij collectaneis legimus, sic ferè; *μεγίστην φέρῃ τοῖς ὑπαικούσις ἀφέλειαν ἢ τὸ προσεῖσθαι δὲ δάβεια.* Quo testimonio ( si vllò

a In collectan. locor. commun. ferm. 147.

b Superiore sermone. c Ab ipso Marcellin. lib. 30.

d Vide quæ scripsi in Syntagma-te de vera Philosoph. ex Thucydide, Euripide, Platone, Ouidio, & aliis post Hesiodum.



a Cap. 2. vers. 25.  
 b Sic *ἐπιθετικῶς*  
 vetus interpres  
 reuerentiam red-  
 didit cap. 5. epi-  
 sto. ad Hebraeos,  
 vers. 7. vbi neo-  
 terici nonnulli  
 metum reponūt.  
 c Sic & apud M.  
 Antoninum Im-  
 perator. lib. 7. de  
 vita sua, sub fine  
 in pag. 242. ἢ μὴ  
 ὅτι ἀσκήσιας  
 διακονίας καὶ  
 φουλάδας δια-  
 κόνιστος ὄνομα ἢ  
 ἐκ εὐθερίας καὶ αἰσῆ-  
 μων καὶ κοιωνίας,  
 καὶ ἐκ πειθήσεως  
 vbi vulgatum Xy-  
 lander veritit.  
 Ego reuerentiam  
 interpretor, sicu-  
 ti sub init. lib. 8.  
 folio 246. μόνον  
 ἐπιθετικῶς καὶ αἰσῆ-  
 μίας καὶ ἀνομοσι-  
 τίας. & lib. 10. fo-  
 278. ἀγαθὸς ἐπιθε-  
 μων ἀληθῆς ἐμ-  
 φρων, &c. & fol.  
 279. ἀπλάττει καὶ  
 ἐκδιδέσκει, καὶ αἰ-  
 σθητικῶς. & fol.  
 282. τῆσιν ἀνταδι-  
 ὶσθαι καὶ ὁμοπλα-  
 κῶσιν ἐφύσσει ὁ πε-  
 σωμένος ἀνθρώπος, καὶ  
 αἰσθητικῶς λέγει. ὅτι  
 ἢ θέλει, ὁπόσοι  
 ὁ θέλει. λέγει δὲ ἢ  
 καταθέσει ὁ νόμος.  
 καὶ ἀλλὰ ἀπειθα-  
 χῶν μόνον καὶ δι-  
 νοῶν αὐτῆ. Qui-  
 bus verbis opti-  
 mē vim & signi-  
 ficationem ve-  
 recundi expli-  
 catam arbitror.  
 d Vt apud The-  
 mist. orat. 12. fol.  
 144. libelli à Ste-  
 phano excusi.  
 e Epist. ad Heb.  
 cap. 12. vers. pen.  
 f Præcepto 15.  
 ad Iustitia.  
 g Lib. 5. de ciuit.  
 Dei, cap. 14.  
 h Iliad. 2.  
 i Præcepto 62.  
 k Lib. 36.

alio potest) castigatio illa nostra nimium quantum asseritur: tamen si  
 video, non ineptè ad religiosum Dei cultum, in principe (vti dixi)  
 necessarium, referri posse hoc nominis. Simeonem profectò illum,  
 qui Dei salutare, Christum Dominum vnus suscepit suis; non modò  
 ἀδικου, *iustum* B. Lucas <sup>a</sup> in Euangelio sacrosancto vocauit, sed si-  
 mul etiam ἀλαβῆ, hoc est, *primum & religiosum*, ὁσίου ἀλαβῆ καὶ ἀνομιῆ; aut  
*venerandum ac reuerendum*, <sup>b</sup> ἀιδέσιμος, ἀιδόσιος; aut potiùs (actiua fi-  
 gnificatione scilicet) verecundum atque adeò innocentem ἀιδόσιον,  
 ἀιδήμονα; qualem Oniam fuisse Machabæorum secundi capite deci-  
 moquinto <sup>c</sup> proditum, ἀρχιδρέα ἀνδρα καλὸν καὶ ἀγαθόν: ἀιδήμονα μὲν τῶν  
 ἀπάντησιν, πρῶτον ἢ τὸ τρίτον; & quem timorati vocabulo licet barba-  
 ro (quod nonnulli ex neotericis adnotant, ipse non diffiteor) aptio-  
 re tamen ad exprimentam nominis Græci vim; & haud paulò me-  
 liore forsitan, quàm pij, vel religiosi, quæ ipsi placuit substituere, si-  
 gnatum intelligo: etiam si τὴν πρῶτην τὸ θεῖον ἀλάβεω, rectè dici <sup>d</sup> non  
 ignoro; sed ita vt μετὰ τὸ ἀιδῆς, ab ipso B. Paulo <sup>e</sup> coniungatur; illa sci-  
 licet qua superius monui significatione positum istud vocabulum:  
 quo loco, ἔχω μὲν χάριμ (ait) δι' ἡς λατρεῖω μὲν ἀναρέτως (ἔδ) θεῶν, μετὰ ἀ-  
 ιδῆς καὶ ἀλαβῆς: *cum verecundia seu reuerentia, & timore, siue religio-  
 ne potens*: pro quo vulgata versio, *cum reuerentia & metu*, habet.  
 Sed vt ad religiosum Dei cultum reuertar, quem in principibus  
 ipsaque adeò constituenda vel propugnanda Republ. esse necessa-  
 rium ostendi: hac tanquam corona Regem exornari, sibi que ipsum  
 gloriam ex vita Deo grata immortalē parere; Agapetus ille Dia-  
 conus <sup>f</sup> his verbis admonet: Ἐπεὶ πάντα τὴ βασιλείας τὰ φέρετα, τὰς  
 ἀνομιῆς τὸ τίμημα τὸν βασιλέα κοσμεῖ, &c. τὸ ἢ κλίμα τὸ ἢ θέας πολιτείας  
 ἀπάντητος αἰῶσι συμπαρατίθενε καὶ λήθης ἐπέκεινα τὰς ἔχοντας ἴησι. Misera-  
 tionis quidem, humilitatis & orationis sacrificium offerre Deo, si ca-  
 teri omnes; princeps certè multò magis debet (vt apud B. Augu-  
 stinum aliquando legimus <sup>g</sup>) quod ex mero est pietatis ac religionis  
 officio. Nam & pro se, & verò pro omnibus esse principem sollicitum  
 oportet βασιλέω ἀνδρα, ὃ λαοὶ ἐπιτερεῖσθαι, sicuti Homerus <sup>h</sup> loquit-  
 tur: quem si Deus ac Dominus tuetur, & curæ habet; tam hostes ab  
 ipso fortiter expugnari atque prostrari, quàm suos protegi studiose  
 ac illæfos conferuari, consequens omninò sit. Atque hoc quidem ita,  
 is quem nominavi modò Agapetus <sup>i</sup> expressit Græcè; quod in eo-  
 rum gratiam qui librù præ manibus non habent, iuuabit appingere:  
 τρέχει μὲν εἰς τὴν ἀνω βοηθείαν πᾶς ἄνθρωπος ἐφείλη, ὁ σωτηρίας γινόμε-  
 νος: ὁ βασιλεὺς ἢ πρὸ πάντων ὡς μελεμῶν ἔπερ πάντων. Ἐπὶ τὸ θεῶν καὶ φυ-  
 λατῆσιν, καὶ τὰς πολιτείας καταγωνίζεσθαι (sic legendum, non, vt in qui-  
 busdam impressis, καταγωνίζεσθαι) γοναίως καὶ τὰς δικαίας κατασφαλίζεσθαι  
 σωσθῆναι. Ergo istud adeò persuasum Iudæis, de oratione, sacrificio  
 pietatè que Deo à principe exhibenda quod diximus; vt post Mo-  
 sen etiam eius filio Arua sacerdote sacris Ægyptiis mox creato reges  
 semper exinde morem hunc apud Iudæos fuisse Iustinus <sup>k</sup> ex Trogo  
 referat, vt eosdem & reges & sacerdotes haberent; quorum iustitia  
 religione permista, incredibile quantū coaluere. Seleucum praterè  
 regem

regem vt à iustitia, sic à pietate in Deos commendatum Pausanias  
 memorat, <sup>a</sup> Σέλευκος ἢ βασιλέω ἢ τοῖς μέγιστα πᾶσθεσιν καὶ ἄλλωσ γονεῶσ  
 ἀδικου, καὶ πρὸς τὸ θεῖον ἀνομιῆ. Antiochum etiam δι' ἐπιθετικῶν θε-  
 σιασ, ob eximiam diuini cultus obseruantiam, ἀνομιῆ appellatum Iose-  
 phus <sup>b</sup> tradidit. Ipsum ergo Romanorum Regem Numam pri-  
 mum de constituenda subditorum erga Deum pietate; tum verò de  
 iustitia inter ipsos conferuanda sollicitum leges ita suas comparasse  
 Dionysius Halicarnassæus <sup>c</sup> retulit, εὐσεβείων μὲν πρῶτον (ait) ἀδικου  
 τὸς ἀνθρώπους; ὅτι πάντες ἀγαθῆ θεοὶ διοτίτες εἰσι τῆ θυγατρὸς καὶ φύλακες.  
 ἔπατα ἀνομιῶσιν, δι' ἡν καὶ τὰ παρὰ τὸ θεῖον ἀπέφικεν ἀγαθὰ καλὰ τὰς  
 ἀπολάσεις φέροντα τοῖς ἀνομιῶσιν. Leo Imperator in libro quem de  
 bellico apparatū conscripsit, <sup>d</sup> belli duces atque Imperatores, ad fi-  
 dei & religionis veræ primū, deinde ad iustitia studium exhorta-  
 tur; his admodum verbis, παρὰ τὸν νόμον σοὶ εἶναι στρατηγέ, πρῶτον  
 πρὸς τὴν παρακλήσιν καὶ παρανομιῶσιν: ὡστὲ πρὸ τὸ ἄλλω ἀπάντων θεοσεβείας καὶ  
 ἀνομιῶσιν ἐπιτελεῖσθαι καὶ τὸ θεῖον ἔχειν πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ φοβέσθαι αὐτὸν καὶ  
 ἀγαπᾶν, &c. & postea, τοῖσιν ἐπιτελεῖσθαι εὐσεβείας μὲν πρὸ τῶν πῶσιν, ἀνομιῶσιν  
 ἢ πρὸ τῶν πρῶτων ἐπαρχῶν, ὡσπ δὲ δευτέρω ἀγαθῶν καὶ ἀσφαλείων, καὶ τὰ  
 ἄλλα ἀγαθὰ ἐπιτελεῖσθαι πρῶτον γονεὶ καὶ ἀτάραχον τοῖς θυγατρῶσιν. De  
 Theodosio iuniore narrat historia Ecclesiastica, <sup>e</sup> fide vera ipsum at-  
 que probabili adeò fuisse; vt cum vir quidam, conuersationis qui-  
 dem monasticæ, sed asperior consilio, ab Imperatore quod crebrò  
 postularat non impetrasset; eumque ab Ecclesiastica communione  
 prohibuisset, atque imposito ipsi vinculo discessisset: fidelissimus Im-  
 perator ad palatium reuersus, tempore prandij presentibus conuiuius,  
 non se sumpturum cibum dixerit, nisi priùs ei vinculum solueretur:  
 ob quàm rem misit ad ciuitatis Episcopum, rogans vt iuberet ei qui  
 ligauerat, vt ipsius vincula solueret. Cùmque dixisset Episcopus, non  
 debere à quolibet obligationem recipi; & mandasset quòd solutus  
 esset: ille tamen eius non suscepit solutionem, donec qui ligauerat  
 multo labore requisitus, ei communionem quam prohibuerat, red-  
 didisset. Idolorum etiam templa quæ fuerant derelicta, à fundamen-  
 tis dirui fecisse; vt posteri ne vestigium quidem erroris pristini re-  
 perirent. Eadem historia docet alio loco; <sup>f</sup> Principem istum plerum-  
 que ieiunare solitum; & maximè quarta feria, & sexta, studio Christia-  
 nissimi: & addit, nec aliud quàm monasterium, regalia (palatium prin-  
 cipis intelligit, quod Græcè τὰ βασιλεία) videbantur. Ipse namque  
 mand. ad suas sorores proficiscens, diuinas dicebat laudes, &c. Tanta  
 verò pietate præcelluit, vt omnes quidem Deo consecratos honora-  
 ret; præcipuè autem quos audiebat veneranda actione pollere. Fer-  
 tur autem quòd cùm Constantinopoli Episcopus Chebronensis fui-  
 set mortuus, sagum eius valde sordidum quæsierit, eoque circum-  
 amictus sit: credens se aliquid ex defuncti sanctitate promereri. Hu-  
 ius Theodosij specimen & exemplum, atate ista oculis hominum ex-  
 hibere voluit, Henricus I I. Christianissimus & religiosissimus  
 princeps; sacco illo & cilicio pœnitentium, cucullatò que Hierony-  
 mianorum monachorum habitu identidem assumptis; & plerisque  
 ritibus

a In Atticis.

b Lib. 13. ἀρχαῖοσ. 207. cap. 16.

c Lib. 2. Antiq. Rom. fol. 123.

d Lib. 1. cap. 2.

e Lib. 10. cap. 27. histor. Tripartit. apud Epiph.

f Videto Epiph. lib. 11. Historia Tripartita, cap. 17. & Nicephor. lib. 14. hist. Eccl.

ritibus Ecclesiasticis non sine miro pietatis ardore ( vt credere par est ) peractis : nimirum ita existimans, verè scriptum ab Isidoro illo Pelusiotà ; nihil vtilius atque conducibilis pietate in Deum , quæ laureatis quoque Imperatoribus sartam tectamque subditorum obedientiam conseruat. Huius enim auctoris grauiissimi atque religiosissimi in quadã ad Timotheum clarissimum epistola <sup>a</sup> istud est, quod hic aspergam: εὐσεβείας ἐδέραι ἀριστερὸν ὀφελιμώτερον. αὐτὴ γὰρ σώζει καὶ τοὺς τραυέχους βασιλεύσι τὸ ἔπινοον.

<sup>a</sup> Epist. 136. lib. 2. fol. 254.

<sup>b</sup> c. quando, 23. q. 4. & vide in c. qui peccat, 5. restat ergo, & c. si Ecclesia, 5. quod autem dicunt, & c. sicut, ibidem.

<sup>c</sup> In lib. de veri. prædestinat. & grat. citatus in cap. 21. addit. 2. ad capitula. Caroli Magni, fol. 360. videtur & c. 22. fol. 361. videntur etiã de Regis officio Cyprianus in de abusionibus seculi, cap. 9. folio 601. vbi tum de iustitia imprimis, tum verò quòd fidem Catholicam in Deū habere debeat. d. l. qualibet, 16. Cod. Theod. de Episcopis & clericis, tit. 2. li. 16. e. Ad fin. homil. 8. de Pascha.

<sup>f</sup> Ad extremum lib. 17. Hist. or.

<sup>g</sup> In Apologia.

Denique commoueri potestates Christianas contra dissipatores Ecclesia detestandos oportere, à B. Augustino <sup>b</sup> traditur. *Nam si non commouerentur, quomodo redderent rationem de Imperio suo Deo : intendat charitas vestra quid dicam, quia hoc pertinet ad Reges seculi, scilicet Christianos ; vt temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere: unde spiritualiter nati sunt, &c. Clementissimus Imperator non idè est vas præparatum in gloria ( sicut Fulgentius alicubi scribit <sup>c</sup> ) quia apicem terreni principatus accepit, sed si in Imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate præditus, culmen Regia dignitatis sanctæ religionis subiiciat, &c.* quæ sequuntur. Et statim, *Si iustitiam sic teneat, vt misericordiam non relinquat : si præ omnibus ita se sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ meminerit filium, vt eius paci atque tranquillitati, per vniuersum mundum prodesse suum faciat principatum.* Igitur Constantinus ille magnus Imperator, gaudere gloriariq; semper ex fide se velle, scripsit in aliquo librorum nostrorū loco, <sup>d</sup> scientem magis religionibus, quàm officiis & labore corporis, vel sudore, Rempub. sibi subditam contineri. Et generaliter non principes modò aut iudices ; quibus super omnia quasi culmen & corona virtutum pietas in Deum toto cordis timore seruanda est; sicuti Eusebius Emisenus <sup>e</sup> loquitur: verum etiam quoscunque homines immortalitatis cupidos, oportere piè non minùs, quàm iustè viuere ; Philosophus Antisthenes dicebat : τὸς βυλαμύνης ἀθανάτους εἶναι, ἔφη, δὲν ἴστω εὐσεβείας καὶ δικαίως. Dicæarchus autem ille clasii præfectus à Philippo Macedone adèd impius, insanus, & auersus à natura, vt traditurus vela ventis cum Deos precari debuisset, duas impietati & iniustitiæ aras tanquam Deabus posuerit, ipsque sacra fecerit, fuisse traditur: sed non inultus diem obiisse ; quippe qui tormentis atque verberibus ad necem ab Aristomene redactus fuerit, dignumque suis sceleratis factis supplicium ita diis, atque hominibus dederit: qua de re ita Polybius, <sup>f</sup> Δικαιάρχω ἡ τρεβλὰς καὶ μάστιγας προσαχαλῶν ἔτας αὐτῶν ἐπ' ἀνέλετο, λαβὼν παρ' αὐτῶν δίκην καθύπευκα. Et statim de ipso Dicæarcho, ἀλλὰ τῆ γὰρ ἀπορίας ὑπερβολῆ καὶ τὸς θεὸς ὑπέλαβε καταπλέξωσθαι, καὶ τὸς ἀνθρώπους ὡς γὰρ ὀρμίσθη τὰς ναῦς : ἄλλο κἀλεσκεύαζε βωμῶν, καὶ μὲν ἀσεβείας, καὶ ἡ παρανομίας : καὶ ἐπὶ τῆτοις ἔθνε, καὶ τῆτος προσκευῆς, καθάπερ αὐ εἰς δίκαιονας. Δὲ καὶ Δικαί μοι τυχεῖν τ' ἀρμόδους δίκης, καὶ παρὰ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. παρὰ φύσιν καὶ τ' ἀμαρμύνης ἔτυχε. Longè sapientior, quamquam capite pœnas expendit ob Numinis vnus assertionem Socrates, de se ad iudices loquens apud Xenophontem, <sup>g</sup> prædicabat semper se religiosè ac iustè vixisse;

vixisse ; quod erat suauissimum : ἄπο γὰρ ἡδίστου ἔστιν ἡδὲν, δίκαιος μὲν καὶ δικαίως ἅπαντα καὶ βίον βελιωμένον. Is Philosophiam è calo deuocasse dicitur : sed longè antea noster Abrahamus, qui à cali totiusque mundi contemplatione, ad creatoris Dei cognitionem traduxit: atque hac ratione pietatem siue religionem omnium possessionum præstantissimam sibi comparauit ; quemadmodum Philo Iudæus his verbis tradit : <sup>a</sup> τοιαῦτα ἐδιδάχθημεν περὶ τὸν λόγον μὲν μετονομασθέντα, ἔργον ἡ μεταβαλόντα ἀπὸ φυσιολογίας πρὸς τὴν ἰθιὴν φιλοσοφίαν, καὶ μεταναστάντα ἀπὸ τ' περὶ τὸν νόμον θεωρίας πρὸς τὴν τ' ποιητικῆς ἐπιστήμης : ἡ δὲ εὐσεβείας, ἐξημέτω τὸ κάλλιστον οὐκ ἔστι.

<sup>a</sup> In lib. ἀπὸ τὸν μετανομασθέντων.

Meritò igitur iustitiæ, compluribus auctorum locis, religiositatem siue pietatem coniunctam reperias. Apuleius quidem ita quodam loco ; <sup>b</sup> Est et illa iustitia ( inquit ) quæ quartum vulgata diuisione virtutum locum possidet ; quæ cum religiositate, id est, δειότητι, copulatur : quarum religiositas Deum honori ac supplicijs diuinis mancipata est ; illa verò hominum societatis & concordia remedium, atque medicina est. Impietatem quoque iniustitiæ apud Xenophontem ; vbi Socrates ait, cum falsi testes aduersum se subornati ab inimicis ac producti fuerint: qui fidem ipsi adhibeant, necessariò cum illis aduersariis suis, & iniquos esse & impios. τὸς μὲν δὲ ἀσκησίας τὸς μάρτυρας ὡς χρὴ ἐπισηκνύτας καταλειδομαρτυρεῖν ἑμῶν : καὶ τὸς παθημένους τῆτοις, ἀνάγκη ἔστι. πολλὴν αὐτοῖς συνωδένα ἀσεβείαν καὶ ἀδικίαν. Quæ omnia huc congeffi, vt ostenderem, cum pietas & iustitia referuntur ad principem, tam pietatis vocabulo posse religionem expressam intelligi ; sic tamen vt comprehendi sub iustitiæ nomine ipsa quoque clementia. censeatur: quàm vbi clementia pietatis nomine designatur ( sicuti paulò antè, ac superiore itidem libro comprobauimus ) iustitiæ appellatione ipsam religionem demonstratam existimari debere : quæ sunt omnes virtutes regie: quamobrem Manæmus Essaus ille apud Iosephum <sup>c</sup> prudentissimus, cum Herodi Regiam dignitatem prænunderet, eas in ipso desiderasse dicitur: sic ferè, ἄξιός γὰρ τοῦτος λογισμὸς εἰ δικαιοσύνην ἡγαπήσας, καὶ πρὸς τὸν θεὸν εὐσεβείαν, ἐπιτελεῖν τε πρὸς τὸς πολίτας. Non enim dubitandum reor, quin æquitatis seu ἐπιτελείας appellatione clementiam nondum satis à me celebratam (etsi de ipsa multus iam sermo est habitus) designarit. Hæc enim, hæc illa inquam est, quæ ( vt sæpe dixi ) alias supereminet omnes elementia: sed ita tamen, vt sine illis, sororibus scilicet suis, in principe sola inesse non debeat ; ne si absit fortè iustitia, non tam bonus princeps aliquis ( quo nihil esse difficilius, in Aureliano Vopiscus meritò tradidit ) quàm vir bonus dici mereatur : qualem fuisse Thraseam Senatorem Claudij, Neronisque temporibus accepimus ; quem virum fuisse mitissimum, & ob hoc quoque maximum, Plinius Secundus <sup>d</sup> refert ; & crebrò solitum dicere, *Qui vitia odit, homines odit.* De Alexio quippe Imperatore ita scribit Zonaras ; <sup>e</sup> vt optimū quidem virum, & ad clementiam aut misericordiam propensum, πρὸς ἑλ-ου εἰκαταφόρον, πρὸς κλάσσην δὲ ἔξερρόσπον, aliisque animi dotibus præditum, & ἰδιώτη ἀποχρῆντα πρὸς ἑταίρων : sed non omninò tamen Imperatorem bonum esse dixerit ;

<sup>b</sup> In libro de Philosophia.

<sup>c</sup> Lib. 35. antiq. Iudaic. extremo. cap. 13. fol. 492.

<sup>d</sup> Ad Gemin. epist. 22. lib. 8.

<sup>e</sup> tom. 3. Annales ad finem. f fol. 245. & 246. vbi vide de officio boni principis.



a Lib. 25.  
 b A. d. Heliodor.  
 epist. 3.  
 c In epist. folio  
 240. lib. Luteria  
 impressi anno  
 1556.  
 d Serm. 147. col.  
 lecta. siue locor.  
 commun.  
 e Prouerb. c. 10.  
 quamuis enim  
 alibi vstratum  
 scriptura ipsam  
 etiā clemētiam  
 dicere veritatem  
 ( vt notatur e  
 Chrysostomoad  
 istud Psalm. 110.  
 Confitebor. Opera  
 manuum eius ve-  
 ritatis & iudicium,  
 in Bibliis Roma-  
 nis, quae iussu  
 Sixti V. Pontificis  
 nuper in lucem  
 prodierunt) rāmen  
 propriē iumen-  
 dum hoc loco  
 nomē veritatis,  
 ea quae proponā  
 indicatū aper-  
 tissimē.  
 f Cap. 17.  
 g Epist. 18. quam  
 ad hoc citat Io.  
 Molan. c. 2. lib. 1.  
 de fide Hereti-  
 cis seruanda; vbi  
 multa praecarē  
 de promissis à  
 principe seruandis.  
 h Lib. 14. ca. 34.  
 vbi de Archidi-  
 casta Aegypto nō  
 est qd' dicitur qd'  
 Αρκαδιος τὸν ἀν-  
 θρωπον ἔλεγε ἐν  
 ἀρχῇ αὐτοῦ ἐν σαπ-  
 ροσφίᾳ λέγειν ἁπα-  
 ρτίας τὸ ἀγαθὸν  
 ἀλάθεια: vbi τὸ  
 ἀφελῆσθαι τὸν πολ-  
 λιτὸν ad feueritatē  
 eius qui nemini  
 parceret, nemi-  
 nem cognosce-  
 ret, nec vilius  
 personam acci-  
 peret, referre:  
 quamobrem à  
 Diodoro Siculo  
 li. 1. Bibliotheca,  
 figuram eius velut oculis orbi hominis expressam apud Aegyptios cum reliqui iudices ipsi affidentes non caeci, sed praecisis manibus effingerentur, traditum. Sed tamen ἀφέλεια, seu simplicitas cum veritate ac iustitia nescio quis melius connectitur, vt in tractatu de vera Philosophia doceo; quem adiuuati commentario Regularum iuris,

Chrysologi auctoritate. Itaque Marcellinus a Claudium Iulianum Imperat. *Iustitia bonis insignibus inclaruisse, multa* (inquit) *significant; primò quòd erat pro rerum (addo &) hominum distinctione, sine crudelitate terribilis: deinde quòd paucorum discrimine vitia cohibebat, tum autem quòd minabatur potius ferro, quàm utebatur. Postremò, vt multa praeteream, constat cum in apertos aliquos inimicos insidiatores suos ita consurrexisse mitissimè, vt poenarum asperitatem genuina lenitudine castigaret: sic enim vel, mitigaret, malo, quàm quòd corruptè in Gryphianis legitur vestigaret. Et quòd ait Marcellinus fuisse Iulianum sine crudelitate terribilem; eo verbo & φοβερὸν designare voluisse ipsum interpretor; sed ita vt de illa eius Imperatoris (quanquā sua alioqui animā, vt Hieronymus b loquitur proditoris) clementia, & lenitudine, iustitia scilicet consanguinea, nihil interea detractum velim: de qua superius à me actum est. Huius etenim cum fortitudine ac robore temperamentum de quo loquimur ab illo ipso Imperatore ad Alypium Caesarij fratrem scribente c ita commendatum reperias, vt erga bonos viros lenitate, ac moderationes; fortitudine verò ac robore ad prauos seuerè ac inexorabiliter corrigendos vtendum esse admoneat: & non mediocris ingenij atque virtutis rem esse his admodum verbis praedicat: *μῆτις δὲ πρῶτον ἡ καὶ σωφροσύνη ἀνδρείου, καὶ βία, καὶ τῆ μὲν χριστεύης πρὸς τοὺς ἐπιεικέστους, τῆ δὲ ἐπὶ τῶ πονηρῶν ἀπαρτιότητος πρὸς ἐπανόρθωσιν, & μισθὸς ἕστι φύσεως, ἔδ' ἀρετῆς ἔργου ὡς ἐμαυτὸν πείθει.* Nec aliter accipiendum, quòd cum Cotym Thracum Regem ob asperitatem ac seueritatem animaduersionis in subditos, amicorum quidam reprehenderet; dicens, furorem hoc non regnum esse: respondit, hoc suò furore subditos modestos atque temperatos effici; sicuti Ioannem Stobaeum in excerptis suis de regno, d ex aliquo auctore bono ac vetusto, narrare memini: *ἀλλ' ἢ ἐμὴ αὐτῆ μανία τὸς ἀρχιερέως σφοδρῶς ποιεῖ;* non quòd ipse Cotys furoris in se probaret nomen aut effectum; sed quòd ab amico illo damnatam vitij morbive appellatione administrandi regni rationem; ipse laudabilem sibi atque subditis conducibilem, vt pore à rigido iustitia sacerdote non alienam esse existimaret.*

Porro autem cum iustitia, religione, clementia, veritate quoque inesse oportet in bono principe. Id quòd Salomonis e oraculo isto comprehensum; *Misericordia & veritas custodiunt Regem, & roboretur clementia thronus eius: itémque isto altero, f Labium mentiens principem non decet.* Vnde Bernardus in quadam epistola, & Comiti simpliciter dicere (inquit) *iurare est; & leue mendacium graue perinurium imputatur, &c. Praecipue laudatur in vobis veritatis constantia, &c.* Atque huc spectat, quòd Aelianus h de varia Historia, summum apud Aegyptios olim sacerdotem, ac omnium iudicem eundemque iustissimum & simplicissimum, siue integerrimum ( etenim ἀφελῆσθαι,

ob id

ob id quòd sequitur legere malo; vbi vulgò scriptum ἀφελῆσθαι) praecque aliis maximo natu, gestasse collo imaginem Sapphyro geminae insculptam; quae vocabatur Veritas: per quamdam κακὸν λαὸν (vt equidem existimo) summorum apud Hebraeos, siue Iudaeos Pontificum, quibus rationalis illius ad pectus ferendi ius erat; in quo iudicij rationali praecperat Moyfi Dominus, vt puneret *הַיָּמִין וְאֵת הַיָּמִין הַיָּמִין* *hairim veeth baitummim, doctrinam & veritatem* (sic enim vel perfectionem D. Hierony. interpretatur Exodi cap. 28. possis & simplicitatem siue innocentiam; aut quòd magis placet, integritatem ex vi Hebraei vocabuli exponere: quo loco Septuaginta quos etiā Philo *πρὸς Διμασδ,* & item, *πρὸς μοναρχίας,* in secundo libro sequitur; vertètere τὴν ἀλάθειαν, hoc est, *σαφύθειαν,* vt Isidorus quidem Pelusiota epist. 13. lib. 3 ad Heraclidem Episcopum interpretatur, manifestationem seu explicationem, aut significationem, καὶ ἀλάθειαν) idque vt Aarōn super pectus portaret, cum ingredere-tur coram Domino. Iudici verò (atque aded multò magis principi summo, tanquam iustitiae sacerdoti) non sculptam quidem illam in lapide circumferendam, sed ipso potius animo continendam esse atque memoria recolendam sibi videri, Aelianus tradidit: *γὰρ ἡ ἡστέρι μὲν ἄλλῃς πεποιημένη καὶ ἀκασμένη τὴν ἀλάθειαν περιφέρει τὴν Δικαιοσύνην, ἀλλ' ὡς αὐτῆ ψυχῆ ἔχειρ αὐτῆ.* Itaque sicuti cum pietate in Deum, atque iustitia veritatem, de principe agens sapientissimus Salomon a coniungendam putauit; vbi oratione ad Deum sua de Dauide Rege patre-que suo, haec omninò verba protulit; *Tu fecisti cum seruo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate, & iustitia, & recto corde tecum.* Similiter cum beneficentia (cuius esse speciem clementiam, & vtramque summo dignam Rege virtutem, satis superque à nobis ostensum est) veritatem copulauit, cum ille ipse rex omniumque idem homo sapientissimus; b ita praecipiens alicubi, *Misericordia & veritas non deserant te, &c.* Tum verò praestantissimus ille Pythagoras, non obscure sentiens vtramque in optimo principe requiri: diuinitus hominibus datam virtutem eximiam; & quidem ita, vt cum semper illa Deo adsint, iuxta istud c Psalmista, *Misericordia & veritas praecedent faciem tuam:* ipsarum siue ministerio, siue exercitio, similia diuinis opera illos efficere atque ita Deos imitari & sequi (qua de re superius d quodam loco abundè actum est) in hac verba praedicarit, quae referam Aeliani e fide; *πυθαγόρας ἔλεγε διὰ ταῦτα ἐν τῶ θεῶν τοῖς ἀνθρώποις διδόναι καλλίστα, τότε ἀλθεῖν καὶ τὸ δόξασθαι: καὶ προσεθεῖν, ὅτι καὶ εἴποι τοῖς θεῶν ἔργοις δικά- τος.* Ac forsitan huc quoque aspexit, Theodosium Imperatorem alloquens Libanius f Rhetor: cum in lenitate plurimum inesse veritatis diceret, eo loco quem sermone sexto & decimo expressimus. Nam etsi praedicare solebat Archytas, g non facillè vel piscem spinis, vel hominem fraudis aculeorumque omni genere carentem reperiri posse: attamen quòd pueros talis, viros iuramentis decipiendos; siue Lyfander (qui & ipse alluendam vulpinam pellem, quòd leonina per-tingere non posset, Plutarcho teste h asserbat) siue Philippus Ma-

a Lib. 3. Reg. c. 3.  
 b Salom. Prou.  
 cap. 3. vbi Septua-  
 ginta ἐλεημοσύ-  
 νη καὶ πίστις, re-  
 ἔξιμῃ accepto  
 veritatis voca-  
 bulo vt fidem in  
 seruandis pro-  
 missis significet.  
 c Plal. 88. *Μη-  
 τριοδίας* vers. 2.  
 3. 4. & vers. 7. &  
 10. sed praeci-  
 pue in vers. 16.  
 & vers. 25. & 49.  
 & Iacob. in ora-  
 tione ad Deum,  
 c. 32. Genesios.  
 Minus sum eun-  
 tu miserationibus  
 tuis & veritate  
 tua, quam explesti  
 seruo tuo.  
 d Cap. 16.  
 e Quem videto  
 ca. 59. lib. 12. va-  
 riae Historiae, &  
 Longinum *πρὸς*  
 ὁ 4. 2. eo loco è  
 quo verba super-  
 rius retuli, c. 16.  
 f Oratione *πρὸς*  
 τὸν εὐσεβῆ, sub  
 initium.  
 g Vide apud A-  
 lian. lib. 10. Vari.  
 Historiae, cap. 12.  
 ἀρχαίως ἔλεγε ἐν  
 ἀσπίδι ἔργον ὄντιν  
 ἰχθύν ἀκροθάλιον μὴ  
 ἐγγόντα ἔπι καὶ ἀν-  
 ἔρωπον μὴ λεκτιν-  
 μένον π δολοφῆν  
 καὶ ἀκροθάλιον.  
 h In eius vita,  
 fol. 799. Stephe-  
 niani libri, ἃδ δὲ  
 ἀνθρώπων μὴ σπ-  
 ἄμετον μὴ δὲ λε-  
 κτικὸν ἢ σπυλικὸν  
 γρηγόριος βασι-  
 λεύων ἐκείθεν.  
 ὅτις γὰρ ἢ λεκτικὸν  
 μὴ ἐπιμύκτην  
 ποσοδωτικὸν ἐκεί-  
 τὴν ἀλαστονίαν.



sacrificulos, vnum in locum facile coegit; omnesque ab octoginta viris, quos in insidiis collocarat, trucidari iussit; non facile regibus in bello aut aduersus hostes, nedum aduersum subditos vsurpandum censuerim: qui scio, quae sacrosanctis literis enarrantur, quam periculosè in exemplum protrahi, contra mentem ipsarum Deique voluntatem, atque adeo Reipublicae Christianae vtilitatem, soleant.

Illarum igitur βασιλικῶν virtutum deficiente, alterutra in principe; administrationem eius, non Imperium dici debere, sed confusio- nem & Anarchiam potius; ille quem antè nominaui apud Cedrinum Isidorus, autumat; ὁ ἄτερον ἢ πατέρη χροίς (Isidorus ait) ἀναρχία μάλ- λον, ἢ ἀρχή. Itaque comites atque contubernales iustitiae, & quietatem, atque clementiam, siue ad ignoscendum propensionem Diotogenes Pythagoricus nominat; quarum illa praescriptam poenae duritiam emolliat, haec delinquentibus veniam aliquatenus indulgeat: vt qui-

a Sermone 147. locor. commun.

b Lib 30.

c. Qualis Probi fuisse dicitur ab Ammia Marcel- lib. 30. Valenti- nianum princi- pem querendae pecuniae vias ab- que iustorum in- iustorumque di- fcretione scru- tantem flexibile sequentis atque trāuersum: quae debuit erratē reducere ad tra- mitem aequita- tis; vt saepe mo- deratores fecē- re trāquilli. Eu- praxius contra magister memo- ria, qui tūc ma- gis in suscepta parte iustitiae permanebat, cū eum recta mo- nentem exagi- taret minax im- perator, & ni- mius.

d In Phocionis vita, sub initium fol. 1362. & 1363.

dem Stobaeus a retulit. & ἡ ἐπιείκεια ἢ ἡ ἄνευ νομοσυνίας πάρεδρος τις ἀντι- τὰς ἀνομοσυνίας. & μὲν τὸ ἐπιείκεις. & ἡ τὸ ἀπότρεμον τὰς βλάβας μαλθακίονα. & ἡ τοῖς ἐπὶ πρὸς ἀμπλακίσκοισι συνήνωμας ἀπομειλίξισα. Verè enim Am- mianus Marcellinus, b Theodosij immanitatem perstringens; eum oblitum fuisse, quòd Imperium regenti omnia nimia veluti praerupti scopuli vitanda sint: solis nimirum exemplo, qui nec eundem neque prorsus contrarium caelo iter instituit, ac tenet; sed obliquo aliquate- nus, sicuti Mathematici praedicant, inflexoque motu voluitur: vt len- tum, flexibilem, & sequacem anfractum efficiat; quo conseruatur vnuerfitas, optimamque temperaturam accipit. In Republ. itidem mi- nimium directus & per omnia voluntati populi reluctans, ingratus est te- nor, & rigidus; vt contra lubricus & procliuus, c qui peccantes sequi- tur; quum eò videat inclinare populum. Quid igitur? Nempe admini- stratio moderata quae obtemperantibus aliquid indulget, nec imperiose ac violenter vbique agit, salutaris est ac utilis; si eam, quae non ita facile tamen cum lenitate miscetur, grauitatem retineat: quae cum hac, si tem- peretur; ea demum fuit modulorum omnium, & concertuum maxime concinna, & delectabilis temperatura; qua mundum quoque perhibent à Deo regi: dum non violentia, sed suauitate placida & ratione auertit, ac declinat (sic malo, vel etiam traducit; quam illud Crusseriana inter- pretationis, inducendo leniens; & ad Deum, exigentibus ita Graecis, quod ille nō facit, refero.) necessitatem: id quod à Plutarcho d in Pho- cionis vita traditur; vnde huc pauca ista, lectoris vsui congerere li- buit. Ἔτος ἄρα τ' πολιτικός ὁ μὲν ὄφθι. ἄγαρ ἢ πρὸς ἅπαντα τοῖς διμω- σίοις ἀντιβάνων τὸν, ἀπίως ἢ σκληρὸς; &c. ὡς περ αὖ πάλιν ἐπιτοφάδης ἢ κατά τις τὸ συνωφελκόμην τοῖς ἐμαρτάνοισιν: ὃ πολλοὶ ἢ συνωφελρέπειον. ἢ ἡ ἀνθρωπεία πειθαρχία ἢ διδῶσα τὸ πρὸς χάριν, εἴτ' ἀπειτῶσα τὸ συμφί- ρου ἐπιτασία, ἢ κυβερνήσις ἀνθρώπων πολλὰ πρὸς χάριν ἢ χρηστικός ἐπαργέντα; εἴ μὴ πάντα ἀσποστικῶς ἢ βιάως ἀγοντο, σωθῆναι. Ἐργάδης ἢ, ἢ χαλεπὴ, ἢ τὸ σεμνὸν ἔχουσα. Ἐπὶ ἐπιείκει δὲ βασιλικῆν, εἴαν ἢ μὴ ἢ τὸ ἐπὶ, ἢ πᾶν τῶν μὲν ὄφθι, πᾶσων ἢ ἀρμονίαν ἐμμελεσάτην, καὶ μεσοκῶσταν κρείσσις; ἢ καὶ ἢ κῶσμον ὁ θεὸς λέγει δὲ δεικνύει, & βιάζομεν, ἀλλὰ πειθοὶ ἢ λόγῳ παράγει τὸν ἀνθρώπων. Misericordiam itaque à iustitia, & hanc ab illa principi tem-

peran-

perandam verum est: ita vt religionis ac pietatis inter se vinculo con- nexas esse illas, iuxta D. Ambrosij praecipuum, quod antè protulimus, appareat. Felices enim Christianos Imperatores tunc demum dicebat esse B. Augustinus alicubi, a ad illud nempe Felicis cognomen pas- sim ab Imperatoribus Romanis ( vt antè b admonui ) viurpatum as- piciens: si iuste imperant, &c. Si se homines esse meminerint, si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum, maiestati eius firmitatem faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud regnum, vbi non timent habere consortes; si tardius vindicant, facile ignoscunt; si eandem vindictam pro necessitate regendae tuendaque Reipublica, non profaturandis inimicitiarum odijs, exerunt: si eandem veniam, non ad im- puniuitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent: si quod asperè coguntur plerumque decernere, misericordiae lenitate, & beneficiorum lar- gitate compensant; si luxuria tantò eis castigatior quanto possit esse li- berior, &c. Si pro suis peccatis; humilitatis, & miserationis, & ora- tionis sacrificium Deo suo vero immolare non negligunt: tales Christia- nos Imperatores dicimus esse felices, interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod expectamus aduenerit. Haec & alia complura in eam sen- tentiam optimus Ecclesiae Catholicae Doctor; quibus potissimum ideò sermonem hunc de regia in Deum hominesque pietate libuit exornare; atque adeò ditare, ac locupletare: quoniam ad rem, qua de agebatur, omnium esse aptissima, verissima, sanctissima existima- ui; vt in optimo Principe has inesse imprimis virtutes consanguineas, iustitiam, pietatemque, siue clementiam & religionem τὴν τῆς φιλαρθρωπίας συνονέτιν ἢ ἀδελφίαν ( vt sentit c Philo ) καὶ ἀδύναμον ὄντως δυσέβαιαν, mutuo vinculo inter se colligatas, & permutatis inuicem nominibus plerumque designatas, oportere ostenderem. Ita quidem, vt cum iustitiae nomine virtutem politicam ac verè regiam ( de qua plenius à nobis alio loco, d veram Philosophiam ostendentibus aetū est ) significatam voluerimus; cum ea quoque σύνεσις τῶσων, & μόνον στρατηγικὴν διδάσκει, e ἀλλὰ ἢ πολιτικὴν prudentiam omnem tam in ciuilibus quam in militaribus negotijs, coniunctam esse, oportere in- telligamus. Ex qua illud est potissimum, ne illa quae optima factu sunt omnia simul, sed suo quaque tempore paulatim & corrigantur, & stabiliantur; sed moderatè, leniter, ac veluti suspenso brachio: ne quod Pertinaci olim accidisse Dio refert, alioquin rigido iustitiae fa- telliti & optimo principi; hoc ipsum eximio illo virtutis ac Reipub. constituenda studio, appropereata simul omnium & magnatum, & populorum castigatione; alijs principibus irritò labore fatiscensibus eueniat. Apponam ipsa Dionis verba, quae iuuat animo recollere: ἔγω μὲν ὁ Περτινάξ ἐπιχειρήσας ἢ ὀλίγω πάντα ἀνακαλέσασθαι ἐτελεύτησεν. & δ' ἔγω καὶ πρὸ ἐμπεριότατον πρὸς ἑμαυτὸν ἔειπε, ὅτι ἀδυνατήν ἔστιν ἀθροῦν τινὰ ἀσφαλῶς ἐπανορθῶσαι: ἀλλ' εἴπερ τι ἄλλο ἢ πολιτικὴν κατὰ κράτος, ἢ χρόνιον ἢ σο- φίας χρῆσις. Et sanè si cuiquam homini τὸ ἀπειθε βραδύως, &, Nil nisi consilio; principi cum primis praecipuum existimari debet; à quo nihil properanter faciendum alibi traditur, hoc est, nisi maturo confi- lio lectissimorum experia fide ac peritia virorum, atque in his opti-

a Lib 5 de ciuit. Dei, cap 24. b Cap. 17 superius proximo & cap. 14. lib. 1. vbi de Imperatorijs nominibus, qui- bus & addi pos- sit locus è Plu- tarcho in Aristi- de, fol. 589. libri à Stephano im- pressi, atque alij non pauci quos cum erit com- modum profes- tam.

c Initio lib. aetū & φιλαρθρωπίας, fol. 475. d Ad lib. 1. de iustit. & iure in tradat. de vera Philosophia, qui commen. ad iur. regu. adiunctus est. e Sic saepe loqui- tur Polybius, vt lib. 4. fol. 132. lib. 10. pag. 225. lib. 11. pagin. 239. & Diodo. Sicu. lib. 15. Biblioth. vbi de Chabr. quan- quam ibi male- bamus aliquan- do pro διωκτική, legere σωτήρις; idque à nobis adnotatum su- perio. lib. c. vlti. ad extremū: sed cum vtrumque eadem sit, praef- fiat vt de rece- pta scriptura ni- hil immutetur, sine manuscri- ptorum librorū auctoritate.



Palestinos, & Iudaeos, apud Byzantinos; ac denique in Occidente vsurpatio: qua vultu Romani incognita; nisi cum sciretur in Christianos, aut cum militares homines in Syria plerentur. Constantinus Iudeos rebelles velut seruos fugitivos, auricularum praefusione puniuit: e Chrysostomo. Illustrata l. 3. C. de seruis fugit. adhibitis Antonio & Martiale, qui obiter emendatus. Ob adulterium viri natura, feminis natus amputatus. Diodori ea de re locus: item Balsamonis & Harmenopuli de rapto, supra, incesto similiter aut per excacationem e posteriorum principum constitutionibus vindicatio. De castrationis & vereri abscissionis poena: sub Iustiniiano, Pediconibus inflicta secundum Zonaram a Nouella constitutionis tenore distendentem, & Cedrenum quoque idem flagitium ita vindicatum sub illo narrantem; cuius verba subobscura quapiam explanantur. Hugo nepos in Anglia ob id scelus similiter punitus. Christiani ob fidem sub Galerio & Maximino a tyrannicis iudiciis post castrationem in metallum dati. Eam castrationis itemque viuorum sepultura poenam (qua, ut olim, ita nunc apud nos in usu duplex; circa clericos vique ac monachos) a Byzantinis principibus post Iustinianum vsurpatam, varijs Zonara testimonijs ostenditur. De manibus sacrilegorum praefis sub Iustiniiano ex eius Nouellis constitutionibus. Leonis Philosophi Nouella 77. de poena falsariorum aliter atque ab interprete exponitur, aduocata Graeci scholiasti auctoritate. Quod qui secus fecerit, Dei permisso etiam patitur. Scriptori hereticorum librorum manus praefisa. Inuisa sacrarum imaginum pictoris monachi palma candenti ferro, iussu Byzantini principis Iconomachi, successu irrito. De excacationis poena varijs ex delictis. Oculis imposta ob furtum & libidinis flagitium poena ratio inuestigata, & de ipsorum sensu plurima vndiquaque prolata. Videndi verbum ceteris quoque sensibus aptatum in usu. Concupiscentia oculorum Oecropionis excacati fabula. Per que deliquimus, per ea Deo placere ut puniamur, vel expiemur. In blasphemos, periuros, falsos testes, delatores, contumeliosos in populum aut principem, vel apud ipsum falso quid sibi ad gloriam aut premium asserentes: constitutionibus principibus vindicatum lingua foratione ipsiusque aut labiorum praefusione. De poena perituris & latronibus per Caroli Magni constitutionem imposta, ut membrum unum pro altero, sed eiusdem corporis eam subeat: eoque exemplo non iniuste Deum de Rege pro peccatis populi, & e contrario, supplicium exigere in hoc seculo; Iustini verbis prolatis ostenditur. De vindicta diuina non nihil. Utilem nobis & felicem castigationem Dei, sua in nos charitatis indicem, ab Augustino cumprimis & Seneca, qui fortasse castigatur, sed & a D. Paulo, Iobo, & alijs.

CAPVT XIX.

**D**LETATEM siue religionem in principe, cum alijs, atque aded pra. alijs virtutibus requiri: maximeque necessariam esse, superiore sermone ad extremum ostendimus: atque hoc quidem non ipsius causa solum, sed multo maxime propter subditos illi populos, quorum vtilitati ac saluti, si bonus est, magis quam propriae, ad parentis aut pastoris exemplum, studere debeat. Cuius rei duas potissimum rationes memoria mihi nunc suggerit. Earum vna est, quod cum sine sincera fide in Deum, rectoque religionis tenore, Deo placere nemo possit: a plerumque accidit vt propter delirantis regis peccata, plectatur iusto illius iudicio populus: non quidem innocens ac sanctus iste, sed qui tamen veniam alioqui facile ab ipso patre omni indulgentissimo impetraturus fuerat. Quemadmodum enim non semper id membrum poenae subiicitur, per quod aliquis facinus vllum aut flagitium patrarit (quanquam olim id obseruari multis in delictis apud exterar quoque gentes solitum animaduertimus; vt sacrilego, vt impio in parentem, quem verbe

a B. Paul. ad Hebraeos, cap. 11. vers. 6. & alijs de peccatis aduersarij.

verberandi causa esset ausus attingere, a manus praeciderentur: b vt falsario nerui digitorum inciderentur; nepotibus, & naccis macellorum barathris, lamina candente venter inureretur: c adulteris ac inarchis, d raptoribus certe foeminarum, apud Aegyptios, e itemque puerorum stupratoribus; & iis qui rem cum brutis habent f natura, id est, id quo viri fumus abscinderetur; atque, vt Horatij verbum vsurpem, g cauda falax ferro demeteretur) sed plerumque fit vt furti admitti reus verbera tergo, & scapulis excipiat: sicuti olim quoque apud Romanos calumniatoris fronti ferro candente inscribatur litera, eiusque os stigmatum notis deformabatur: h itemque de ceteris corporis humani partibus, quarum alia vicariam in poenis subeundis operam pro alijs praebent: aut pro ipso potius capite, in quo naturalis veraque mentis sedes est: cuius nutu atque imperio totum corpus administratur atque dirigitur. Ita minime absurdum videri debet, quod, quamuis ibi esse poena debeat, vbi noxia est, i & nefas habeatur magnum; alterum pro altero plecti: aut aliena delicta aliorum ceruicibus vindicari; k populus tamen cui rex suus, tanquam vnus mystici corporis l caput est, pro rege ipso luat supplicium; Deoque interdum pro populi delictis m satisfaciat. Quod si a principibus consideraretur, ac perpenderetur, pro eo ac aequum est, Deus bonel quam magno ex vsu illud hominum ipsis subditorum fieret! Altera illa scilicet quod quemadmodum qui bene imperat, ipse in causa est, vt subiecti bene regantur & pareant: enunciante istud alicubi n Ecphanto Pythagorico, sic feret; τὸ δὲ θεῖνον ἀρχῆν εἶναι, αὐθιγὸν τὸ καὶ τὸ ἀρχῆν καλῶς. Propterea nimirum, quia princeps, cui nihil imputari potest a subditis, ipse pro sua illa (quae vicem legis non scriptae obtinet) iusta voluntate, vel punire delicta potest, vel remittere: iuxta verum illud ab Antonio in collectaneis o relatum: τὸν ἀρχῆν ἀνὴρ ἐπιλαμπρῆς ἢ πᾶσι, τότε διώκει) καὶ ὁσὺν βλάττει ὁσὺν καὶ κολάζει καὶ σωχάρην τὸν ἐπ' αὐτῷ ταπεινῶν: ita ex diuerso, qui minime religiosus est princeps, is suorum vitiorum imitorem populum (sicuti familiam pater aut dominus) non potest non sibi similem, exemplo tam prauo & pernicioso; atque ita diuini Numinis contemptorem efficere: quem deinde grauissimis in hoc seculo maclatum infortunijs, vltiores vindicetque scelerum in altero illo perpetuo Cacodamones, furiarum, hoc est, conscientiae quibusdam veluti flagris dissecatum, extremis ignium, frigidis, famis, aliisque quas mens non capit, sed asfiduis poenis miserum persequantur. Ac de poenis quidem quod diximus, ei membro per quod aliquis peccauerit inflictis; veterum testimonia quapiam a praestantissimo extra omnem aleam, huius aui Iurisconsulto P Iacobo Cuiacio, aut ab alijs deinde (si qui sunt) animaduersa, vt hic denuo proponam; nemo a me impetrauerit: praetermissa lubenter proferam, literariae rei adiuuandae, atque aded literatorum operae alleuandae studio. Non enim omnia vno modo ab

N n 3

147. quem locum interpres non videtur assecutus. o Locor. commun. serm. 141. d. b. l. x. cap. 13. Form. lib. 3. Sele. cap. 28. alia nonnulla & ipse attuli.

a Vide Cuiacii lib. 7. Obseruat. cap. 16. b Seneca declam. 8. lib. 2. & declam. 4. lib. 9. & Heraclides Ponticus citatus a Cuiacio ca. 13. lib. 7. Obseru. c Adfert Galeni locu Cuiac. cui adde alteri ab Horatio ad Vellam epist. 15. li. 1. d Vide Plautum Poenulo, actu 4. scena 2. Faciam quod mœchi haud ferre solent, v. feram vasa salua. Horat. Terent. & Lampyrd. Helio gabal. fol. 280. Turneb. cap. 8. lib. 24. Aduersa. e Vide Diodorum Siculu lib. 1. sect. 2. f Vide Basilicam li. 60. tit. 37. Lex diuina vltimum irrogabat huic delicto supplicium. Vide Philo. καὶ εἰς τὸν ἐπ' αὐτῷ τὸν ἀρχῆν καλῶς. lib. 3. fol. 536. vbi de Paphia Afinarina. g Lib. 1. sermo. Satyr. 2. h Sic loquitur Suetonius Caligula cap. 27. i I. sanctimus, C. de poenis, l. si poena alicui, l. crimen vel poena, D. eod. tit. k Lib. 7. aduers. gent. apud Arnobium. l Sic Philo, καὶ εἰς τὸν ἐπ' αὐτῷ τὸν ἀρχῆν καλῶς. fol. 546. Inu. καὶ τὸν ἀρχῆν καλῶς καὶ τὸν ἀρχῆν καλῶς. m cap. Ecclesia, 11. s. peccato quoque, l. q. 4. n Vide apud Io. Seobæum in collectan. locorum commun. serm. p Cuiac. lib. 7.





in fol. 142. Idem Zonaras sub Cōstantino Leonis filio Romano Lacapenū, damnatū fuisse narrat, fol. 149. vt ei oculi effoderētur ob cladem à Barbaris acceptam, cuius auctor siue de industria, siue per negligentia exiit: sed quorundam tamen apud Imperatorem in gratia plurimum valentium suffragio poene isti ereptū. Leonis & Nicephoro propter iteratā regni affectationem effossionis poenam oculorum poenam, ad quam antea damnati forent, tandem in iudicā sub Ioāne Zimishe idē auctor in eius imperio in fine, in fol. 172.

a Ex qua desumptum cap. 75. tit. 53. lib. 13. Basilicān: in eadem sententiam scriptū in iis eclogis Gracis quae apud me sunt manuscriptae atque cū vetusto libro collatae.

b Nouella Leonis 92. ex qua desumptū cap. 19. lib. 1. Regularum siue capitulum de poenis; in eclogis Basilicān, quas manuscriptas habeo, post lib. 13. titu. 53.

c In historiarum compendio, fol. 365. & 367. sic trecentos à Mahometanis equites Gallos excacatos, reuersus Hierosolymis Luretiam abduxit Ludouicus 9. ipsiusq. vultu duxit Luretiam construxit, ad annum 854. auctor Nicol. Gillius in Annalibus Franc.

Turcarum regibus latē in Thracia, Perside, Asia imperitantibus etiā in deuictos & superatos duces hostium ac reges, illorum historia (quam ignorare libet) satis manifestum facit. Ista membrorum amputationes humanorum, articulorum dissolutiones incisis neruis quae fierent: itēque oculorum effossiones siue orbationes luminum tota Thracia & vicina Byzantium probauit; ipsis etiam Iustiniani principis, eiusdemque prudentissimi legislatoris temporibus: qui tamen eas ita Nouella sua constitutione 134. a moderandas quodam humanitatis adhibito temperamento censuit; quod ipsum tyrannos quoque iudices varia Christianis martyribus supplicia inferētes probasse sub Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, eorumque successoribus Galerio & Maximino, Eusebius Pamphilus eo loco quem citauit modō, auctor est: vt ne vni homini poenae causa vterque pes simul, aut vtraque manus praecideretur, sed altera dumtaxat manus. Quo exemplo, non vtrumque sed alterum dumtaxat oculum poenae causa illi erui, qui ambos alteri effodisset; verū nisi prorsus inopforer (in quo vtriusque oculi ademptionis poena permansit) besse patrimonij praterēa multari, caeci vtilitatibus applicando; Leo Imperator idēque Philosophus postea voluit: b itēque ne grauior ademptione manus infligeretur articulorum dissolutio. Suborta profectō seditione, atque aded rebellione apud Byzantium Iustiniani secundi, qui Rinetus à nasi truncatione postea nominatus; cum clamante vniuerso populo ὡς ἐ ἀσυναρτῆ τὰ ὄσα Ἰουστινιανῶ, Vt Iustiniani ossa eruerentur, Imperatorem prima luce per Sphendonem siue fundam in circum fuisse productū, nasoque ibi truncatum & Chersona relegatum, à Georgio Cedreno siue Cedrino c traditur: postea verō cum à Romanorum exercitu mota seditione Apfimarus creatus Imperator, atque in urbem per proditiōē admissus foret, Leonium praefixo naso in Dalmatiae monasterio asseruari iussim. Denique cum Iustinianus ille Rinetus Imperio recuperato in rebelles animaduerti praecipisset, Callinico etiam Patriarchae oculos eruisse; atque ira Romam ipsum relegasse ostenditur. Quod poenarum genus in Occidente postea, non tam à iudicibus qui ius redderent, quam à principibus dum animo scilicet quem regere debuerant, & qui nisi paret imperat (vt ait Horatius) obsequuntur suo; vsurpatum fuisse comperi. De poenali capillorum, narium, aurium, manuum, incisione siue amputatione Childeberti Francorum Regis temporibus crebra apud Gregorium Turonensem, d atque alios mentio. Sic sub annum DCCXX. procurante Longobardorū Rege Desiderio per Paulum Ephialtem iussu Sergij Roman. Pontificis Christophoro & Sergio ipsius secretariis quōd rebus Gallicis fauerent, Romae Caroli Magni temporibus oculos erutos narrat historia. e Sic Ludouicus Pius ipsius filius atq; in regno successor superato Bernardo Longobardiae Rege circa annum DCCXV. I. rebellibus capite dānatis Baronū iudicio, erui

d Lib. 9. Histor. cap. 38. & lib. 20. cap. 15. & 18. e Vide Girardum in Carolo Magno.

erui tantum oculos voluit, Bernardo regnū ademittit: quod cum iniquē illi ferrent, morte poenas exoluere vt Gaguinus post Aimoinum a & Nicol. Gillius tradunt: hic quidem in Annal. Franc. vbi & Archiepiscopus siue antistites nonnullos dignitate amotos ex eadem causa, & post depositionē monasterio addictos memorat: quod facit pro his, quae dicemus cap. 20. Idem narrat bello superatum Istriae Regem ad annum 859. à Germaniae Rege Ludouico excacari iussim ob violatam saepius fidem. Ludouici verō illius temporibus circa salutis annum 826. Theodorum sanctae Romanae Ecclesiae primicerium, & Leonem nomenclatorem generum eius in Patriarchio Lateranēsi primō excacatos, ac deinde fuisse decollatos; dicentibus nonnullis, vel iussu vel consilio Paschalis Pontificis rem fuisse perpetratam, Aimoinus b tradit. Sic superatus ad Veronā praelio Ludouicus I I I. Imperator Berengarij primi in Italia principis iussu circa septimum & nongentesimum Christi annum excacatus fuit. Sub Berengario IV. Longobardorum Rege V I I. ad annum 956. ita se Ioannes Romanus Pontifex huius nominis X I I. de duobus Cardinalibus vltus est: c quorum praecipua opera creatum ipsi ab Othone Imperat. Romam euocato periculum fuerat; vt Ioanni quidem diacono nasum, alteri Subdiacono, qui manu sua literas exararat, eam praecidi iusserit. Quo minus mirum videri debet, quod de talibus suppliciis à Byzantino principe Andronico licet Christianam religionem professo, Persis tamen ac Turcis (efferis scilicet gentibus similia, immō etiam grauiora iam olim supplicia vsurpare solitis) vicino, post captū Prusae oppidū tam variē quam crudeliter in homines iam subiectos. & domitos exertis; in hac omnino verba Nicetas, d memorat: *ωλέθησεν ὅτι μάλιττα διέφθερε ἢ ἠφάνισεν, &c. ἢ μὲν ἢ δὲ θεόδωρον ἢ ἀνδρέαν ἢ ἰθὺν ἢ ἰερόν πρῶτως χρῶλοντα τήνησιμ δόξοματων, ἢ ὄνω ἀναβληθέντα ἢ ἢ ῥωμαϊκῶν ὄρων ἐπερέκεια ἀπαχθέντα εἶτα κελεύει διαφθεῖναι, ἢ αὖ ὅπου τὸ ἐπὶ τῆς γαίης ὄρωματων φερόμενο πλάθειτο.* Et postea, *πολλαπλασίασι δὲ ἐτέρης καθυποβέλκινῃ πονηρίας: ὡρ μὲν ἢ χάρας ἀπέτεμεν, ὡρ ἢ διακίβητες ὡς ἀμπέλων περέκεια κλάδους: τινῶν ἢ πῶδας ἀφῆκε. πολλοὶ ἢ χειρῶν ἢ ὀφθαλμῶν ἐπέκτισαν τέρησιμ. ἢσαν δὲ οἱ ἢ ὀφθαλμῶν διεξίδον ἢ πῶδα δὲ ὄνομα ἢ ζήμιζο, ἢ αὖ τανατῖορ ἐπεπόνθεισαν ἐτέροι.*

Atqui Romanos non temerē olim isto poenarū genere, vel stante Repub. vel sub Imperatoribus vetustioribus reperias scelera vindicasse. Quapropter, vt rem nouam & Romanis insuetam, atque aded barbaros saeuosque animos redolentem, Vulcatius Gallicanus notauit in Auidio Cassio; quōd multis desertoribus manus excidit, aliis crura incidit, ac poplites (sicuti cap. 18. lib. 1. admonuisse me recorder) quod deinde militum licentiam aded coercuerit, vt virgis caesos in foro & in mediis castris, securi percusserit, qui ita meruerunt; & manus multis amputauerit. Quamquam tentari potest, non absque ratione, his membrorum praecisionibus animaduersum à Cassio, in milites legionum Syriacarum luxuria diffluentium, & Daphnicis moribus agentium; cum Antiochia suburbis (quibus legionibus ipsum à Marco Antonino praefectum fuisse narrat historia) Syriam.

Q. o.

a Cap. 106. lib. 4.

b Lib. 4. de gesti. Franco. cap. 111. vnde sumpsisse videtur Bernar. Girard. id ipsum scribens Ludouico Pio.

c Vide Chron. Sigeb. Nauci. & Ioā. le Maire.

d Nicetas Choniati. in Annal. fol. 144.

Aegypto & Persidi vicinam, nemo nesciat; qui situm orbis à veteribus descriptum nouerit. Igitur his ex more Persico & Assyrio pœnis Græciani, quibus nihil tam expediret (C. Gallicano illo teste) quàm homo seuerior; aut Syri potius milites, atque ad eò in ipsa Syria extra ordinem, non ex uerulso militiæ Romanæ, ac disciplinæ Castrensium more, sed peregrino & barbaro ritu à Cassio castigati. Planè sicut à Macedonibus olim in Hyperidem Oratorem illum Atheniensem alicuius proditiõis compertum præcisione linguæ ac deinde obtruncatione ipsiusque cadaueris è finibus proiectione animaduersum Hermippus, Plutarcho teste, a reulit: sic in hostes Romana Re- publ. negare nolim istis decurtationum pœnis esse vindicatum: qui de Q. Fabio Maximo, de Claudio Flacco, de Cæsare Iulio in proditores, transfugas, rebelles ista manuum præcisione animaduertentibus; quæ historici veteres prodiderunt, lib. 1. reulisse me bona fide nunc recordor, cap. 18. Atque insuper scio Hirtium de bello Hispaniensi sic scribere; Eodem tempore capti tabellarij, qui à Corduba ad Pompeium missi erant, perperamque ad castra nostra peruenerant, præcisus manibus missi sunt facti. Et nummulario non ex fide uersanti atque falsario quoddam præcisus manus, incisos digitorum neruos, sub Claudio & Galba Imp. historia Romana proditum b legitimus, non tam consuetudini, aut legitimo iuri, quàm subita atque legibus soluta (ne dicam temeraria ac extraordinaria) principum uoluntati, adscribendum reor; sicuti & illud insolentiæ ac sauitiæ malebri; quod obtruncati iam Ciceronis capiti exertam linguam cum præcisus manibus, deinde pro rostris affigi triumphalis proscriptionis tempore iussit uxor Antonij; quod & Plutarchus in uita Ciceronis atque Antonij memorat: c tanquam scilicet contumeliosa & falsa, suis illis in Antonium orationibus, quæ Philippicæ uocantur, qui distarat, & scripserat Cicero; per quæ membra uelut instrumenta iniuriam fecisset, capitisque periculum creasset, illis ipsis pœnas persoluere deberet. Quod si non prius apud Romanos, at Seueri certe principis temporibus (quibus Tertullianum floruisse scimus) in Africa uisurpatum; hæc ipsius d exclamatio fidem non dubiam facit: *Proh scelus, semel Iudæi Christo manus intulerant, isti quotidie corpus eius lacestant, o manus præcidendæ!* Cæterum translato deinde Constantinopolim, illis Persidis & Aegypti populis uiciniorem antiqua Roma urbem Imperio; atque ita moribus finitimarum gentium ascitis: crebrius multo uisurpata ista ab Imperatoribus Romanis, & ciuilibus iudicibus quos ij promouissent, mutilationes in Repub. sceletorum uindicandorum ergo. Nam Theodosius (ut interim mittam, quod iis conuenienter quæ de abscindendis falsariorum manibus, Diodoro teste, diximus, lib. 10. Basilicæ tit. 41. de falsis, cap. 8. traditur, abscindi manus iis qui nummos radunt uel circuncidunt, uel fingunt: e qua de re nullum in tota Iustiniani nomothesia uerbum reperio; sed Carolum tamen Imperatorem re uera & cognomento Magnum in suis Capitulis f comprobasse uideo) Theodosius igitur, Marcellino Ammiano teste, s qui proditores præco more militibus dedit occidendos;

a In uitis decem Oratorum in Hyperide, fol. 1560. libri Stephani, *ἡμῶν δὲ ἐν τῷ αὐτῷ γλωτταρολογίῳ εἰς Νικαυδορίαν ἐλθόντα καὶ βρωσίῳ ἀπέθανε.*  
b Apud Suetonium & Lampr. quos Cuiacius citat cap. 13. lib. 7.  
c Folio 1623. & 1692. tom 3. *βίον τῆς ἀλλοτρίης*, Plutarchi ex editione Stephani.  
d Ex libro de idololat.  
e Lib. 4. cap. 43. fol. 84. de falsa moneta iubem<sup>9</sup> ut qui eam percussisse comprobatus fuerit, manus ei amputetur.  
f In hæc uerba quæ proponam ex meis Basilicæ Eclogis Græcis tit. 53. de dispersis capitulis. *ὁ πλάσιος μὲν ὁταν περιὼν μὴ ἴσῃ ὑπογράφει τὸν ἀντιπῶν ἀερωστέλ δωσαν, ο δὲ τὸ α. γκα δεικνυθῆς ἐν τῷ γέροντι ἢ πλάσι μὲν ἴστα, εἴτε γεωργός, εἴτε δὴ λος, εἴτ' ἐνεκεν ἢ ἐργασθεὶς ὁ πηρῆσαν τῷ ἀμορτιμῆς, καὶ ὁ τὸ ἴστος ἄερωστέλδω. Quibus non reddita sed interpolata sententiam l. i. C. de falsa moneta intelligitur perspicue mitigata, scilicet capitali pœna; quæ in s. in uerò, eiusdem proponitur, ut in manus abscissionem ista imposita.  
g Lib. 29.*

dendos; idem sagittariorum primoribus manus incidit, residuos supplicio capitali multauisse dicitur, exultis desertoribus paucis, aliisque ad sagittariorum exemplum, quibus manus adempta sunt, contruncatis: sed & milites recognoscentem eos quos à pugnandi proposito pauor & uerba deterrantem, firmi diuerso genere pœnarum extinxisse; alios ademptis dexteris, quosdam uiuos combussisse idem auctor est: Marcellinum quoque comitem in Chronico sub indictione X. Theodosio V. & Honorio I X. Coss. ita de Theodosij temporibus narrare memini: Attalus in mari captus, atque Honorio exhibitus, truncata manu uita relictus est. Ante ipsum, imò & ante Constantinum Maximianus Imperator plurimos confessores (ex quibus Paphnutius & Maximus fuere) oculos eorum dextros euellens, & sinistras furas incidens, in metallis opera exercere damnauerat, sicuti è Sozomeno a Epiphanius narrat, historia Tripartita lib. 1. cap. 10. Sed nondum à Romanis pœnæ huiusmodi pro legitimis receptæ, nec ipsis in alios ferè quàm Christianos à sua scilicet superstitione auersos, atque ad eò minimè Romanos ciues adhuc animaduersum. Quam in rem agentis de Christianorum persecutione sub Diocletiano & Maximiano Suidæ uerba mirum in modum faciunt, quæ idcirco liber hoc loco subiicere; *ἐπὶ Διοκλητιανῆς καὶ Μαξιμιανῆς γαμβρῶς αὐτῆς διωγμῶς καὶ χριστιανῶν ἀπὸ τῆς φεικῆς ἀπέθανον, & c. ἠτληθέντες ἢ ἐν πλάτῃ τῶν ἀμαρτωλῶν χριστιανῶν ἡέθοιο δόγμα, ὥστε τῶν εὐεισηκομένων χριστιανῶν ἀποβύτῃ καὶ ἀξίῳ ὀφθαλμοῦ. ἢ μόνου διὰ τὸ ἀδύνητον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀτιμὸν τε καὶ ἀπόδηλον καὶ τῶν ῥωμαίων πολιτείας ἀλλόθῃον.* Constantinus quidem, qui Byzantij sedem Imperij locauit, ac Theodosium aetate præcessit; tamen si Iudæorum rebellionem auricularum amputatione uindicandam censuit: attamen hoc genere supplicij ab ipso in eos tanquam extrema, & infimæ conditionis mancipia fuisse animaduersum, idem qui illud tradiderat D. Ioannes Chrylostomus b non obscure significauit: sic admodum aduersus Iudæos scribens, ubi de Imper. Adriano. Post hunc sub Constantino rursus eadem aggressi sunt: at ille amputatis eorum auriculis, ac rebellionis signo impresso corpori illorum, per omnia loco circumferèbat. illos ceu fugitiua mancipia, ac uerberones corporibus mutilatis conspicuos illos faciens, ac eos qui per omnes regiones erant sparsi erudiens, ne in posterum eadem conarentur. Sed hæc inquiet prisca & obsoleta. Hactenus Chrylostomus. Sanè Imp. ille, de quo nunc egimus, Constantinus in eo rescripto quod sub titulo de seruis fugitiuis, c in Codicem Iustiniani relatum est, fugitiuos seruos, ad barbaros transeuntes pede amputato debilitari non quidem oportere præcepit, sed posse uoluit: nam adiicit; *Aut metallo dentur; aut qualibet alia pœna afficiantur.* Et notandum de ciuibus Romanis minimè Constantinum agere (in quos ita lege agi nunquam licuit: nulla enim talis pœna membrorum amputationis legibus Romanis prodita) sed de seruis, & iis quidem ad barbaros transeuntibus; tanquam ipso animo iam barbaris, propterea barbaro, barbarisque uisitato supplicio puniendis, & pedis quidem amputatione propter fugam; quæ licet animo primum præcepta fuerat,

a Cuius hæc uerba sunt è cap. 10. lib. 1. Eccl. histo. *ἔξ ἐπιφανῶν ἢ ἀμορτωμένων ἐς Μαξιμιανὸν καὶ τῶν μεταλλοῦ ἐργασίας καταδύσαντες, τὸς δὲ τῶν ἀπὸ τῶν ἐπιφανῶν καὶ τῶν ἀμαρτωλῶν ἀποβύτῃ καὶ ἀξίῳ ὀφθαλμοῦ. ἢ μόνου διὰ τὸ ἀδύνητον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀτιμὸν τε καὶ ἀπόδηλον καὶ τῶν ῥωμαίων πολιτείας ἀλλόθῃον.*  
b Orat. 2. aduer. Iudæos, fo. 100.  
c l. i. C. de seruis fug.



pœnam præstitutam fuisse admonui, referendum reor: cum superius caput illud circa ciues curiales siue Senatores; & sacerdotum principes eius sceleris reos, ita forsitan accipi debeat, addita utique virgula post τὸ, καὶ τὴν ἀγορὴν γυμνασίον; per quam ab eo seungatur id quod sequitur οὐκ ἔστιν ἐπιλείψασθαι: vt non caput, sed veretrum abscissum; non bona, sed persona ipsorum publicate fuerint; in conspectu populi per solitas vrbs regiones traducta: quæ postmodum è vulnere ista corporis parte accepto, non etiam inflicto alioquin capitali supplicio decesserint. Atque hoc Iustinianici seculi exemplo forsitan, aut si quo

a Lib. 3. cap. 5. & 7. tit. 5. fol. 79. de mascul. stupra.

b Vide volumen 1. eius Historiæ, cap. 14.

c Lib. 6. Prochi. tit. 4. vbi ἀεὶ τὸ ἀποστρέφειν. Sic & in Eclogis nostris manuscriptis, & ad Strophanum olim exemplar à me Romæ comparatis, ex lib. 13. Basilicæ, tit. 53. ἀεὶ δὲ τὸ ἀποστρέφειν καὶ ἀλλοτρίων, cap. 67. οὐκ ἀποστρέφειν τὸν ἄλλοτρίον ἀποστρέφειν.

d Epist. 1. ad Corinthios, cap. 6. vers. 10.

e In supradicto loco epist. 1. ad Corinth.

f In appendic. ad lib. 8. fol. 95.

non ista Sodomitæ castratione puniuntur; commoti Angli proceres sub Edoardo primò Hugonem nepotem (quem Gallica lingua *le despensier* Froissardus vocat) Regis intimum, ob id auersa Veneris perpetratum cum Rege (vt quidem insimulabatur) flagitium, virilibus viuo exemptis & extracto corde, tum vtrisque in ignem proiectis, examinandum esse censuerunt. Apud Constantinum quidem Harmenopulum c *τὸς ἀποστρέφειν ἡγοῦν ἀποστρέφειν καὶ ἀποστρέφειν* bestiaris inquam (sic enim eos nominare liceat) secari virum traditur: cum tamen hi acerbiorem grauioremq; aliquantò pœnam subire quàm pædicones debeant. Quod si à Iustiniano est, recentiore quadam ipsius constitutione in librum *νεαροῦ* minimè redacta introductum, id quoque verum debet existimari, quod circa pæderastas ἀποστρέφειν, siue ἀποστρέφειν (vt B. Paulus nuncupat d) ab ipso constitutum auctore Zonara diximus: quod etiam ad catamitos parthicos (qui à Græcis *κατάπυγοι* & *κυνῆδοι*, teste Suida; & *λαγνοί*; & *μαλακοί* ab ipso D. Paulo e in epistolis appellati) olim pertinuisse merito quispiam existimauerit. Quod enim excogitato suppliciorum atque tormentorum nouo genere aduersus Christianos Galerij & Maximini temporibus in Palestina vsurpatum, vt castratos ipsos in metalla Phaënonis darent; hoc iudicis tyrannidi atque sauitia, non vlli legitimo iuri tribuendum esse, admonitu Eusebij Pamphili cognoscimus: cuius hæc verba cum sint ex historia Ecclesiastica, f δ *αὐτὸς δικαστὴς δεινὸς ἐπινοήσας τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν καὶ τὸν χυ δὲ δασκαλίας ἐπιχειρήματα κινεῖ, τὰς μὲν ἀποστρέφειν ὡς ποτε καὶ τὸν θεοσεβῶν ἐπινοήσας, &c. subiicitur ipsis illic & istud, ἄλλος δ' αὖ πάλιν τελείων ἀνδρῶν φέροντας ἡλίμων εἰς δυνέχους ἀπέβαλεν, τοὺς αὐτοὺς κατακτείνε μετὰλλοις.*

Planè sub Imperatoribus Byzantinis nostro Iustiniano recentioribus, frequentata castrationis, ac virilium abscissionis pœna, non ad vindicandum adulterij, stupri, pædicationis, incesti crimen, sed ob præcipuanam inuadendæ vel iam affectatæ tyrannidis suspicionem ad puniendum parricidium, aut ad reddendum Imperio administrando inutilem quempiam, ob contumeliosa verba in principem prolata, & alia id generis. Ergo cum Heraclius Phoca superato, insultans hoc protulisset, *Itane miser Rempubl. administrasti?* & Phocas ex desperatione aut præ amentia respondisset, *Tu verò melius eam administrabis?* ob huiusmodi responsum iratus Heraclius, calcibus in Phocam insiluit, ipsumque castrari iussit: tamen alij statim occisum: alij mani

manibus prius & pedibus amputatis, virilibus denique ob lasciuiam, & multorum coniuges adulteratas, exlectis obtuncatum miser in super cadauere concremato: *ὄργισθῆς δὲ ὁ Ἡράκλειος* (ait Zonaras a in Phoca.) *λαβὲν ἑκέναν θρόνον, καὶ ἐπιμακρύνει προσέταξεν· οἱ μὲν αὖ ἀπὸ αὐτῶν ἀπαιθνήσκουσι ἐξ ὀνόματι· οἱ δὲ πρῶτον αὐτῶν τὰς χεῖρας καὶ τὰς πόδας ἀποκτείνουσι, ἅτα καὶ τὰ ἀπόστα, διὰ τὴν ἀσελγίαν, καὶ ὅτι πολλὰν κατήσχυε γαμέτας, καὶ ἔτι δ' αὐτῶν τὴν κεφαλὴν ἀποκτείνουσι: τὸ δὲ ἀποκτείνουσι σῶμα καὶ θνήσκουσι.* Sic, cum pulsus Imperio Michael Rangalè à Leone Armenio monachi habitu assumpto in insulam Protà sepositus fuisset, Theophylactum ipsius filium, qui & ipse Imperatoris appellationibus honestatus fuerat, virilibus exlectis cum matre & fratribus fuisse relegatum, ab eodem Zonara in Michaelè b traditur; sic admodum, *τὸ δὲ πάλιν τὸς Θεοφύλακτον, ὃς καὶ ἀναρρήσεως (ὡς ἐφημῶν) κατηνέστο, καὶ παροδοῶν μοσίων ἀπέλετο, καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς μητρὸς καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπαρθεῖς ἐποίησε.* Idem Zonaras in Michaelè c Theophili filio Ignatij monachi meminit filij Michaelis illius Rangabe; ita vt post huius è regno expulsionem, à Leone castratus comam strictim totonderit, & per diu aeticis sudoribus carnem domuerit, deindeq; ab Imperatrice Theodora in Pontificiam Constantinopoleos sedem euectus fuerit: *μετὰ τὴν τὴν βασιλείαν ἀπέλασεν τὸ πᾶν αὐτῶν παρὰ τὸν λέοντα ἀπὸ τῆς γονόμηνος ἀπαρτῶν τε τὴν τελεῖα, καὶ ἐπὶ μακροῦ ἀσυντικτοῖς ἰδρῶσι τὸ σαρκίον ἐδάμασεν.* Et addit quòd circa istam de vario pœnarum genere materiam animaduersione non indignum censet. Pontificem illum Ignatium quòd Bardam Cæsarem, qui vxorem sine causa dimiserat, & cum sua nuru consueuisse dicebatur, sacra ad ingredi vetuisset, ea de causa Ecclesia pulsus à Cæsare, multisque tormentis cruciatum, sepulchro tandem inclusum esse; *ὃ δὲ διὰ τῆς (inquit Historicus) τὴν ἀποκτείνουσι ἀρχιερέα, καὶ πολλὰ κακώσας, τέλει ἐγγλέει τάρω.* Hoc pœnæ genus inclusionis in sepulchro illi affine arbitror, non quòd Vestales in subterraneum cubiculum defossæ subibant apud Romanos, de quo libri superioris cap. 7. actum est; aut sacerdotes Dianæ in Syringem seu cryptam demissæ apud Græcos, vt ab Achille Statio de Clitophontis amoribus huius lib. cap. 1. circa finem, & cap. 3. quòdque hodie apud Franciscanos, aliòsque Synoditas monachos, si qui capitaliter damnantur, subire constat in eum locum deiecto quem *Vade in pace* passim nominant, sed illi quòd inclusionis intra quatuor muros vulgò dicitur, & nostra memoria circa seculares presbyteros, feminasque, imò & circa fanaticos de religione secus sentientes aut loquentes, quibus ex melancholia morbòve animi alio quopiam non satis constare mens credita; vsurpatum scimus. d Illo autem affectum antea iussu Theophili principis Methodium sanctissimū, ob id quòd peruersæ còtra imaginum venerationem opinioni refragaretur, post multos cruciatus, malarum contusionem, & euulsionem dentium affectum; ita vt in insulam Panormum abditus, intra monumentum cum duobus latronibus concluderetur, vbi cum altero ex iis mortuo grauem cadaueris foetorem per diu tolerasset, exacto ibidem septennio, eiectus inde atque in regia conclusus est, quò ad eum accessus nemini

a Annal. 3. fol. 66.

b In eius vita, ad extremum in fol. 104.

c Fol. 130. cod. tom. 3. Annal.

d De perpetua carceris pœna hæreticis indicta, vide cap. penult. de hæretic. apud Gregoriū.

præter

a In Imperio Theophili, fol. 121.

prater ministrum ipsius atque Theophilum daretur. Qua de re tota sic Zonaras Annal. 3. a ...

... ζώντι νεκρῶ, καὶ νεκρῶ ζωνόφω ...

Huius verò ad ipsos isti, Τὸς ταῖς βίβλοισιν ἔραυε κλησιγράφας, ...

Ad castrationis pœnam ut reuertar, frequenter ab Imperatoribus Byzantinis posterioribus sumptam, de his potissimum à quibus sibi ac Repub. ob inuasionem tyrannidis vererentur, dudum obseruauimus. Ita sub Constantino Leonis filio tutores ipsius, uxorem Constantini Ducis iam defuncti totonderunt, filiumque Stephanum virilibus exsectis in Paphlagoniam simul cum ipsa relegarunt, ut Zonaras b tradit, ἀποκείραντες ἡ οἱ ἐπίτροποι, καὶ τῶν ᾤ Κωνσταντίνου γυναικα, καὶ ἡ ἴψην φέρων ἐπιτομῶν ποιήσαντες, εἰς τὸ ἐν παφλαγονίᾳ οἶκον αὐτῶν ἐσέλασαν τῆς τῆς. Ipsaque adeò Constantinus Leonis filius post Romanum Imperio pulsum potestate, filium Imperatoris Stephani Romanum iuniorum, itemque Romani senioris filium. Basilium ex ancilla procreatum, castrauit, Christophori filium Michaëlem in clericum tondit: ...

b Annal. tom. 3. fol. 148.

c Fol. 155. in Constantino, sub insisium.

d Zonaras in 3. Annal. fol. 194. in Michaële Calaphate.

Basilium, Gregorium, & Theodosium regia eductos, & ipsam quidem in monasterio dominorum inclusam feminam, istos verò in insulam Protam relegatos omnes virilitate, an virili facie priuatos Zonaras a hisce admodum verbis retulit; τὴν ἡ ᾤ λείοντος γαμετῶν, καὶ τὸς παύδας, &c. ᾤ βασιλείου καταγωγῶν, τῶν μὲν ἐν τῇ μὲν κατέβητε ᾤ δεσποτῶν. τὸς ἡ εἰς τὴν πρῶτῶν καλεσμένῶν νόσον περιεσείσας, ἀπαρτὰς τᾤ ἀρρωστίας ἐσέρουσε. Verius tamen est ut de ademptis per castrationem virilibus intelligi debeat: quando id vocabulum, ita necessarid expendum alio apud Zonaram loco, in Leone Isauro sub initium, b vbi ...

a fol. 109. in Michaële Balbo in principio. b fol. 32. c Nouella 126. &c. 134. ut nulli iudic. s. quia verò, &c. authent. sed nouo iure, C. de feruis fugitiuis. d Militar. leg. 5. 37. & Rusticar. leg. tit. 8. de cadibus animal. s. pen. vide & Harmenopol. lib. 5. Prochi. tit. 5. de furib. & abig. & Basilic. lib. 60. tit. 15. si fam. furt. fecisse dic. in fin. & tit. 26. de abig. sub init. & lib. 13. tit. 53. de dimer. cap. 47. & 49. e Vide leg. Rust. tit. 10. de arbor. 5. 3. & 4. & Constant. Harmenopol. lib. 6. Prochiri tit. 7. ἀπὸ Νέφδων. f tit. 13. de noui oper. nunc. 5. 4. & Constant. Harmenopol. lib. 6. Prochiri tit. 8. ἀπὸ ἐμφορῶν. g Lib. 6. tit. 5. de furib. & tit. 6. de sicar. & tit. 7. de raptor. & tit. 13. de plag. & tit. 14. de diuers. pœn. in cap. de moneta. & Basilic. lib. 60. tit. 41. c. 8. & tit. 48. de plagariis. c. 21. & vlti. itemque lib. 13. tit. 53. de diuers. capitul. ca. 49. & 50. eius codicis quæ ipse Græcum penes me habeo. & ca. γ. ᾤ ἀπὸ σπινθῶν, tit. qui sequitur ca. 2. vbi, ὁ σῶμα ἐλεύθερον.

Porro de sacrilegi manuum alterius præcisione, quod ait à Iustiano prolatum Historicus; valde isto ex eiusdem Imperatoris Nouella constitutione testimonio asseritur. Etenim, cum vbi criminis qualitas membri abscissionem exigeret, vnam solam manum amputari voluerit; pro furto autem simplici occultè ac sine armis commisso talem infligi pœnam disertè prohibuerit; e in sacrilegio permisisse atque adeò sanxisse ᾤ ἀντιδιαστολῶν, meritò à nobis existimatur: præsertim cum iumentorum è fossato & castris abactorum fures χερροκοπέσας, hoc est, manus præcisione, sicut eum qui inuenti in sylua bouis, ibique mactari carnes abstulisset similiter puniri voluerit: d itemque vitis aut alterius arboris, quæ collitigantis foret, aut arboris frugiferæ ad alium quemcunque pertinentis succiforem, vel euulsorem; e alienæ itidem domus destructorem sine iudice, aut qui sepes alterius inuenit prorsus reddiderit; f ignis denique immisorem in paleæ fœnive horreum, vel in frumenti aceruum extra vrbem, g eadem manus amputatione plecti constituerit. Nam si alterius arundineto aut vineæ sepi ignem immisisset, alienasve arbores non fructiferas succidisset; eius manum non abscindi, sed cauterio tantum & stigmate signari, duplo damni repenso, Imperator idem præcepit. h Sed idem ipse profectò aut alius quispiam è recentioribus Orientis Imperatoribus, eum qui gladio quem percussisset, nec occidisset tamen, nisi forsitan in duello & rixa; similiter eum qui libidinis causâ mulierem sine armis rapuisset; qui semel ob admissum furtum castigatus iterum furti conuictus foret; itemque plagiarium falsæque monetæ cuforem & cadauerû spoliatores eadem illa manus amputatione plecti voluit ( quantum ex Harmenopuli Prochiro i addiscimus ) restituta circa falsarium antiqua illa Ægyptiorum pœna, de qua superius authore Diodoro scripsimus: cuius vice, in falsario scelus maximum admittente, Imperator Leo & Philosophus capitale supplicium statuendum censuit Nouella sua constitutione septima & k septuagesima; qua istius vocabuli ἀποτέμνεσας ( quod est præcidi membrum, siue caput ipsum quoque ) interpretationem, velut ambigui, sic fecit; reprehensa propter obscuritatem constitutione, hoc dictante ὁ παλασθόγραφοσ ἐπὶ μεγίστῳ ἀμαρτήματι ἀποτέμνεσας, Fal-

P P

k De falsario. pœna.

sarius in maximo delicto abscinditur, vel etiam, mutilatur (sic enim is omnino reddi locus Latine debuit ambiguo scilicet vocabulo, non quemadmodum ab Agylao alioqui diligentissimo interprete factum, Supplicio capitali afficitur.) Nam etsi obrutu primo quispiam existimare possit, in eo fuisse obscuritatem; quoniam, quod esse maximum delictum intelligeret, constitutio non ostendisset: nihilominus tamen esse vim faciendam equidem arbitror, in hoc quoque mutilandi siue amputandi verbo; & hac fuisse mente Leonem Philosophum, ut quandam talionis poenam censeret falsario (cui manus antea solebat semper sine vlllo falsi discrimine amputari <sup>a</sup>) subeundam in posterum: atque ita si admittendo falsum, capitis alteri periculum creasset, ei caput praecidi voluit, si abscissionis manus, aut nasi, aut membri alterius; hoc sane casu membrum idem falsario, non etiam caput ἀποτέμνεται, hoc est, praecidi atque amputari iussit. Hanc esse Leonis mentem ab aliis minimè adhuc perceptam, ij nobiscum sentient; & pro istis Agylai traditus decolletur, omnino sic reponent, traditus similiter amputetur aut mutiletur: qui has poenarias membrorum mutilationes, in vsu fuisse principis illius temporibus, ipsiq̄ue placuisse; in memoriam, admonente me, reuocabunt: <sup>b</sup> nec aliter interpretabuntur, quod secundum illam Leonis Philosophi ac principis constitutionem in eclogis Basilicān <sup>c</sup> (quae apud me sunt manuscriptae) ad hunc modum exprimitur: ἄλλ' ἢ πλάσσογραφίσαντα, ἀποτέμνεται: καὶ τῆ ἀουτῆ παραδιδόσθ' τιμωρία, ἢ καθ' ἑτέρας ἐσκεωρήσασθ'. Sape enim circa delictorum aut facinorū poenas (Deo ita volente) accidere, ut quod quis fecerit alteri, hoc spectet, ac toleret: vel isto vno sacrosancti vetusti foederis loco, <sup>d</sup> aperte comprobatur; in quo de Iasone in Aegyptum extruso ab Areta Arabum tyranno, Et qui multos de patria sua expulerat, peregrè perijt, &c. & qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus & insepultus abijcitur, sepulturā neque peregrinā vsus, neque patrio sepulchro participans. Item ex illo vbi de Antiocho aliquantū post, Apprehendit eum dolor dirus viscerum & amara internorum tormenta, & quidem satis iuste: quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Quamobrem Saluianus ille noster, <sup>e</sup> Et quid rogo (inquit) evidentiū Dei iudiciū esse potuit, quàm ut habens praedatoris fiduciam, praeda fieret: triumphū praesumens, triumphus esset; circumdaretur, corripere-tur, alligaretur, et orto tergo brachia gereret; manus quas bellicas putabat, vincas videret, &c. & qui maximum habuerat supercilium fortis viri, mortem subiret ignaui. Sanè Iulianus antecessor idemque Nouellarum Iustiniani decurtator, Seueri haeretici libros non comburentibus poenam Imperatorem comminari, vbi tradidit, <sup>f</sup> hoc statim subiicit, quod ad ea quae de manus praecisione diximus, illustranda pertinet: nam & manus incisionem subsistere (vbi *substinere* lubens legerim) iubet eos, qui libros eius scribere ausi fuerint. Idque ipsum Iustiniani Nouella 42. §. 1. esse comprehensum in memoriā reuoco. Falsario igitur praecidi solita manus, <sup>g</sup> vel idè quod ipsarum quodam quasi ministerio atque instrumento, delictum admissum foret;

a Vide quae superius attingi ca. 15. ad castigandū Tertullianū locum.

b Vide Constit. Leonis 32. & 93.

c Ex lib. 13. titu. 51. & lib. 1. regul. 1. cap. 18.

d Lib. 2. Macha. cap. 5. & 9.

e Lib. 7. de gubernat. Dei.

f In constit. 70. fol. 20.

g Vide lib. 6. Basilic. titu. 41. de falsariis, fo. 242.

vt

vt praecipue id hominis membrum plecti, poenaeque pendere debuerit; vel eapropter, ne ulterius tale admitteretur quidpiam. Quapropter à sacrarū imaginū ofore supra superiores alios Iconomachos Imperatores Theophilo Byzantino principe monachum quendam Lazarum, celeberrimum a tatis suae pictorem, quod post dira ob eam rem illata verbera in carcerem coniectus, imaginum sacrarū picturae adhuc admouisset manus, hanc luisse poenam Zonaras refert in Annal. 3. <sup>a</sup> ambabus palmis candentes admouerentur laminae, nequis in posterum ex piarum numero ipsius manuum laboris venerari posset; quod tamē longè aliter euenisse, cum hac depensa poena, emissus carcere confessor ille plagas adhuc gestans in manibus diuina iuante gratia venerandas imagines nihilominus depinxerit. *πρωταλα δ τυρανν* (ait ille) *διέλιθον ἐμπυρωθίντα σιδίρεα τοῖς ἑ Λαζάρου ἐπιτεθλιώαι καρπῶς, ἵνα μὴ τὸς πόνους ἑ καρπῶν αὐτῶ οἱ ἀσθεδόντες ἔχοιεν προσκινεῖν, &c. λέγει) μὲν ἡ μετὰ τ' ἐρίης, ἐκβληθῆς ὁ δμολογητής ἐκείν*, ἐτι τὰς πλῆγὰς φέρων ἦν τὰς χερσὶ τ' ἑίας χέειτ' *συνεραπῶμελῆς αὐτῶ, εἰκόνας διαναράξαι σενπλάς, & reliqua.*

De oculis ob libidinis perpetrationem erutis, cui non illa Zaleuci legislatoris Locrensiū nota lex, atque adeo iustitia coniuncta in filium pietas memorabilis: qui enim iusserat ut adultero deprehenso, vel (sicut ipse malim ab interprete redditum) adulterij conuicto uterque oculus euelleretur, cum euenisset adulterij reus teneretur filius: nolens quod semel sancitum à se fuerat, irritum fieri pater, pro altero filij oculo ipse suum veluti vicarium. & poenae succedaneum tradidit; ne utique profus excacaretur iuuenis. Qua de re ita *Ἐλιανος*, *ἡ ἀλοῦν* (ὁ Λοκρῶν νομβέτης προσέταξε ἑ μοιχῶν ἀλόνη ἐκκόπῃ τὸς ὀφθαλμοῦς, &c. ἦν τὰ αὐτὰ ἵνα μὴ διαφθάρῃ τὸ ἀπάξ νεωρωμῶμελῆς, ἐπιμένειν αὐτὸς ὁ ἀσκηνοῦμελῆς ἐπὲρ ἑ ἑτέρας ἑ ἑ παίδος ἰσθαλαμῶν ἀντιῆναι ἑ ἑ αὐτῆ: ἵνα μὴ ὁ νεανίσκος τυφλωθῆ τελῶς. Ob armentum quoque dispalatum ex quo quis bouem abigere pararet si id à feris dilaniatum fuerit Imperator Iustinianus <sup>c</sup> eum qui id fecisset luminibus priuari iussit. *ἐάν τις κλέψαι θέλω βοῦν ἢ ἀγέλης ἀπελαθῆσα ἢ ἀγέλη θηρέων ἢ γένῃ τυφλῶσθω.* Item & qui tertio frumentum ex horreis furari deprehensus sit, eadem excacationis poena plectendum eum censuit. <sup>d</sup> Nec poenam alienam à vero & æquo existimes; tanquam furis manus potius, quàm oculi plectendae fuerint: non enim contrectatio quae fit manibus, sed animus alienum quid scienter dolo malo lucri facere parantis furem facit; voluntas (inquam) & propositum, quibus maleficia distingui solent: quamuis enim alioqui sine contrectatione furum fieri non posse constat, <sup>e</sup> attamen, si origo delicti (ut fieri oportere leges suadent <sup>f</sup>) inspicitur, causaque faciendi non factum quaeritur; <sup>g</sup> nemo inficias ibit, quin voluptarij, quin furacis hominis oculi primùm (per quos tanquam per ostium aut fenestram <sup>h</sup> libido atque auaritia subintrat, ut turbato, clauso, excacato cordis oculo <sup>i</sup> mentem totam occupet) deinde verò manus pedesque ad delicta huiusmodi & flagitia perpetranda, opem homini ac ministeriū praestant: prior autem potiorque sit oculorum, quorum sensus reliquis

a In Theophilo fol. 118.

b Lib. 13. de var. Histor. cap. 24.

c In legibus rusticis, titu. 4. de furto, §. 7.

d Eod. tit. §. 12. Penult.

e I. si quis vxori; §. si Titius, eod. titu.

f I. si quis in seruitute, 7. D. eod. titu.

g I. verum est, eod. tit.

h Oculos fenestras mentis dixit Augustinus enarrat. in Psal. 41.

i Sic loquitur Augustin. serm. 18. in Matth.

a Lib. 1. de morib. Manichæorum. cap. 20.  
 b Epist. 3. ad Voluian. vide & sermo. 33. in Lucam, de verbis Domi. cap. 5. ubi oculatorum est in quinque sensibus principatus proprie ad oculos pertineat visus, ipsum videre per omnes quinque sensus solemus appellare.  
 c Lib. 2. de lib. 2. fol. 551.

d Ibidem aliquando post.

e In Pœmatio de Hero. & Leandro.

f Lib. 10. Confession. cap. 35 & ad Paulinū, epist. 112. cap. 2. vide & lib. 5. locutionis de Deuteronomio sub init. ex cap. 4. & lib. 2. que sit. super Exod. 9. 72. & serm. 34. in Lucam, de verbis Domini, c. 5.

g Cap. 5. in lib. de Iosephi Patriarcha.

h Cap. 8. ad finem.

omnibus antistat, quàm aliarum corporis partium functio; quibus etiam partibus, illorum effectum, tanquam ipso egeant; nec facile carere possint, accommodamus inter loquendum, atque tribuimus: certè in ipsis sensibus nostris, quibus anima per corpus vitur, nihil esse oculis præferendum; & idèd in scripturis sanctis, visibilibus nomine sensibilia cuncta significari, à B. Augustino traditur; <sup>a</sup> ubi de moribus Ecclesiæ Catholice. Idem alibi, *An sentire, non est videre* (inquit <sup>b</sup>) *cum sit in quinque sensibus ceteris excellentior visus*. Quod ipsum longè antè Philo Iudæus <sup>c</sup> oculis principatum sensuum ceterorum à natura concessum dicens, his ferè verbis expresserat: *διότι ὡσαύτ' τῶν σώματι ἡγεμονίαν ἢ φύσιν ἀντὶ τῆς κεφαλῆς, &c. ἔτω καὶ τῆς ἀσθητικῆς τῆς κερῆς ἀνδρώων ὀφθαλμοῖς: cuius etiam rei rationem perelegantem aliquantò post subiicit; quo loco, ἵνα δὲ τῆς ἄλλων ἀσθητικῆς ἡγεμονίας ἡ κεφαλὴ καθέστηκεν. ἀπάται μὲν δὲ τῶν πρὸς διανοίαν ἔχουσαν οὐκ ἀσθητικῆς ἡ καθάπερ ἐν ταῖς οὐκείαις τῶν ἐπιτάγῳ γένος πρῶτον, καὶ ἀνωτάτω τῶν ἄλλων. Ceteros sensus habere cum mente intellectualem animæ parte quandam, ut in hominibus, familiaritatem: oculorum verò sensum, tanquam genere atque cognatione quapiam ipsi menti proximum, ordine primo atque supremo (qui est honestissimus) locatum esse à Deo; ut animæ perturbationibus ipsos quoque oculos simul affici, atque variis modis & ineffabilibus commotionibus immutari, propter illam quæ ipsis est cum anima coniunctione naturalem vni veniat: καὶ σωδῶς (ait Philo <sup>d</sup> ipse) τοῖς τῆς ψυχῆς πάθει συμπάσσομεν ὀφθαλμοῖς, καὶ ταῖς ἐπιτάγῳ τροπαῖς συμμεταβάλλωμεν πνευματικῶν: διὰ τῶν οὐκ ἀσθητικῆς. Vnde propriam illam videndi facultatem, qua homo à ceteris animalibus distinguitur, oculis præcipuè tribui scimus. Musæus <sup>e</sup> quidem*

— εἰς δὲ τὴν ἡρῆς (inquit)

ὀφθαλμὸς γελῶν οὐκ ἔχει χαίρειναι τῶν ἰσθμῶν.

De isto præ ceteris sensibus principatu oculorum, quid præclarior cogitari, atque subtilius queat, non video; quàm quod ex vñu communi loquentium B. Augustinus colligit, sic ferè: *Videre ad oculos proprie pertinet* (ait ille quodam loco <sup>f</sup>) *vimur autem hoc verbo etiam in ceteris sensibus, cum eos ad cognoscendum intendimus, &c. dicimus autem, non solum, vide quid liceat, quod soli oculi sentire possunt; sed etiam vide quid sonet, vide quid oleat, vide quid sapiat, vide quàm durum sit.* Ideoque generalis experientia sensuum, concupiscentia (sicut dictum est) oculorum vocatur; quia videndi officium, in quo primatum oculi tenent, etiam ceteri sensus sibi de similitudine vsurpant, cum aliquid cognitionis explorant. Adulteræ porrò cum prima esse oculorum tela, secunda verborum; atque ita, ut qui non capitur oculis, possit verbis resistere, à D. Ambrosio & Patriarchæ Iosephi historiam explicante, notatum sit; ac suppetere defensionem, ubi liber adhuc affectus est: nihil iniqui circa adulteros, oculorum, quorum extremam (retroverfus scilicet; id est, primam) in amore lineam esse, superius quodam loco <sup>h</sup> diximus; & per quos flagitium inchoari solet; exemptionis pœna complectitur: propterea quòd eos esse in amore

amore duces Propertius <sup>a</sup> dixerit; & per ipsos viam ad conciliandum amorem sterni, atque ad rem voluptatis perpetranda; longè antè Musæus Poëta vetustissimus, istis, qui lucem orationi superiori nostræ adferent, elegantissimis versibus:

καλλὸν δὲ περιπυρῶν ἀμωμῆστοιο γυναικὸς  
 ὄφθαλμοῦ μὲν ὄφθαλμοι, πῶς δὲ πῶς ὄφθαλμοι  
 ἀφθαλμὸς δὲ ὄφθαλμοι ἔστιν ἀπὸ ὀφθαλμοῦ βολάων  
 Ἐλκὸς δὲ ὄφθαλμοι, καὶ ἐπὶ φρονέας ἀνδρῶν ὄφθαλμοι.

Et Chrysoctomus ipse radicem adulterij esse curiosam inspectionem in faciem dixit; ex quo istud in Antonij <sup>b</sup> collectaneis, *εἰς αὐτὴν μοιχέας ἢ περιόρῳ* <sup>c</sup> *δία τῆς ὀφθαλμοῦ*. Quamobrem & qui mulierem libidinis causa eiusque potiundæ desiderio aspexerit, in corde suo iam esse moechatum Dominus peritus ac prudens legislator, idemque verus & iustus iudex Evangelio <sup>c</sup> suo sacrosancto definiuit: sciens utique vitii notis in animum per oculos viam esse (sicuti Quintilianus in pariete palmato <sup>d</sup> dixit) fenestras quodammodo esse nostrarum mentium (ut Saluianus Massiliensis <sup>e</sup> admonet alicubi) lumen oculorum; & omnes improbas cupiditates in cor per oculos quasi per naturales cuniculos introire: extinguere eas penitus foris voluit, ne intus orirentur; & lethaliter crescentibus fibris conualescerent fortasse in animo, si germinassent in visu. Heliodorus igitur in Æthiopicis <sup>f</sup> fascinationem ex oculis ut probet; argumentum *ἐν τῆς ὀφθαλμοῦ γενέσεως*, ita ducit, ut amorum originem primam vel instrumentum præcipuum oculis assignet, naturali quapiam eiusce rei allata ratione; quæ ipsius verbis malo, quàm meis exhibere: *οἷς τὰ ὀφθαλμοῦ τῶν ἀρχῶν* (inquit) *ἡ ἀσθητικῆς, καὶ οἷον ἐπιτάγῳ διὰ τῆς ὀφθαλμοῦ τὰ πάθει ταῖς ψυχῆς εἰσφορεῖται* (sic legendum pro *εἰς τοῦτο*) *καὶ μάλα γε ἐκτόσως. τὸ δὲ ἡμῶν πόρον τε καὶ ἀσθητικῆς πολυκίνητόν τε καὶ ὀφθαλμοῦ ἔσα ἢ ἄλλῃς, ἀσθητικῆς πρὸς τὰς ἀπορίας γίνεσθαι, τὸ κατ' αὐτὴν ἐμπύρον πνεύματι τὰς μεταβάσεις τῆς ὀφθαλμοῦ ἐπιπαυόμεθα. Eapropter ab Hieremia Propheta, & mortem per fenestras nostras intrasse dicitur; partem innocentia cæcitate esse, oculos irritamenta vitiorum, ducensque scelera à Seneca: <sup>h</sup> huic oculos adulterium monstrare, huic incestum, huic domum quam concupiscat, huic urbem, & mala omnia: eapropter Orionem antiquitùs, qui cum Thebis Chium venisset; Meropem Oenopionis filiam, per vinum cupiditate incensus cõpresserat, sicut est in fabulis: <sup>i</sup> Oenopion ob iniuriam excæcavit, & de finibus suis expulit.*

Cæterum placere Deo ipsi, ut per ea quisque vel puniatur, vel expietur atque purgetur, per quæ deliquerit; præterquam quòd ab ipso Salomone in suo Sapientia libro <sup>k</sup> disertè traditum recordor (ubi, *Immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam, ut scirent quia per quæ peccat quis per hæc & torquetur*) duos habeo, qui hoc asserant, ex vetustis Patribus, testes admodum locupletes: B. Ambrosium, quem quòd olim in Repub. & ipse fuerit, hoc est, magistratum gesserit, eò libentiùs citare soleo; itemque B. Cyprianum. Ac ille quidem in sermone quodam <sup>l</sup> de Quadragesima; *Hoc enim agit Saluator* (inquit) *ut eisdem vestigijs, quibus admissa fuerint, delicta*

a Lib. 2. Eleg. 35. Si nescis cui sunt in amore ducet.

b Locorū commun. sermo. 8. ad fin. video de vi oculorum ad amorem conciliandū quæ scribit Achilles Statio lib. 1. de amor. Clitophor. & Leucip. folio 5. & 10.

c Matth. cap. 5. d Declamat. 1. e Lib. 3. de gubernat. Dei. f Lib. 3. fol. 65.

g Huc etiā pertinet quod idem auctor narrat, fol. 63. de origine amoris inter Theagenem & Charicleam, καὶ ἐπὶ δὲ τῆς ἡ ψυχῆς ἡ σαρξενὸς δὲ ὄφθαλμοι τῶν ὀφθαλμοῦ ὅτις ἐπιτάγῳ ὁμοῦ τὸ δὲ ἀλλήλων εἶδον, ὡσαύτ' τῆς ψυχῆς ἐπιτάγῳ ὁμοῦ τὸ δὲ ἀλλήλων εἶδον, καὶ τῶν ὀφθαλμοῦ ἀποσπασθέντων.

h Cap. 9. citat Hieron. epist. 32.

i In lib. de remedijs fortuit. i vide Germanici Cæsaris interpret. in Arati Phænon. in Honone & Hygnii Poëtices Astron. lib. 2. f. l. 73. verso, in Orione. k Cap. 11.

l Sermo. 37.



<sup>a</sup> Nonus huius nominis Gallorum Rex in duorum numerum relatus ob vitam sanctimoniam: a quo circa Christi annum 1234. post suum ab Hierosolymis reditum, inter cetera blasphemiam poenis propositis prohibita, sed & blasphemio cuiusdam in quem forte incidere, illic id est labia candenti ferro adurere, ut narrat Nicol. Gill. in Annal. extat & Ludouici alterius constitutiones aduersus blasphemios quibus ea ipsa poena, sed non sine distinctione, infligitur.

<sup>b</sup> §. 6. penul. de armentar. titu. 5. ruffic. leg. quem locum citat Fornerius d. cap. 28. vide & lib. 13. Basilic. tit. de dicit. capit. cap. 39. quod habet c. Lib. 1. Prochiri tit. 7. in fin.

<sup>d</sup> Lib. 2. de petition. & viro dat. tit. 10. li. 10. C. Theod.

<sup>e</sup> Can. delatori, §. 9. 6. qua Pontificis Romani sententiam secutus in Capitulario Carolus magnus. libr. 7. cap. 277. fol. 309. pag. 2.

<sup>f</sup> Vide Gaguinū lib. 10. fol. 238.

<sup>g</sup> Lib. 3. Histor. Tripart. cap. 9.

<sup>h</sup> Lib. 3. Histor. circa finem.

*purgentur; hoc est, ut quod homo manducando deliquerit, corrigat abstinendo.* Beatus item Cyprianus in sermone de lapsis, *Vnus ex his qui sponte Capitolium negaturus ascendit, postquam Christum negavit, obtulit: poena inde cepit, unde cepit & crimen; ut nec rogare iam posset, qui verba ad precandam misericordiam non haberet.* Merito itaque luminæque ratione, pro ultimo supplicio, quod iurantibus per Dei capillum, vel alioqui blasphemias in ipsum voces effutientibus Imperator Iustinianus Nouella sua 77. praestituerat; Rex Ludouicus <sup>a</sup> primum, ac alij deinde nostris temporibus Christianissimi Reges, lingua perforatione labiorumque praecisione in eos animaduerti voluerunt: quemadmodum olim abscisione linguae, Iustinianus <sup>b</sup> ipse in periuros falsosque testes, ac post ipsum Leo & Constantinus (quorum scita ab ipso Harmenopulo <sup>c</sup> relata comperi) sed & in delatores quoque antiquitus Constantinus <sup>d</sup> Imperator praeciperat: quibus etiam aliquantò post Adrianus Pontifex linguam capulari voluit; sicut Canone quodam <sup>e</sup> Decreti à Gratiano compilati comprehensum est. Normano siue Neustrio cuiusdam nobili, propterea quod Parisienses ciues per contumeliam Burgundiones appellasset, hanc inflictam Ludouici XI. temporibus poenam historia Gallica <sup>f</sup> memorat; ut discinctus, nudo capite, accensam faciem gestans, ad D. Ioannis plateam qua in Grauia nuncupatur, petenda à procuratore urbano venia gratia deduceretur: ibique mox lingua candenti ferro ipsi paulò post in exilium exigendo, perforata fuerit. Cùm Eusebius decretum de Melitio Episcopo sibi commendatum, nisi omnes dicerent qui traderant, non restitutum se dixisset: veredario ea de causa missò ab Imp. Constantio, narrat Epiphanius <sup>g</sup> ex Theodoro in Ecclesiastica historia; indignatum Imperatorem denuò misisse ut redderet quod acceperat, & adiecisse scripto, ut (si reddere nollet) dextera illi manus abscinderetur; verbo tamen iussisse illi quem miserat ne faceret quod habebatur in literis: quumque epistolam legisset Eusebius, & inuenisset poenam ab Imperatore dictatam; cum dextera manu obtulisset & sinistram, ambasque incidi petiisse: nec enim se decretum, utpote clarum Arianae pestis indicium, vnquam daturum esse. Ex qua historia manifestum satis est, praecisionem manus eo tempore fuisse in orbe Rom. poenae causa vsurpata, sicut linguae ipsius; sicubi maledicentia vel periurium aut simile quodpiam delictum crimineve quod linguae ministerio admittitur, vindicandum fuit. Valentinianus denique in maledicos, loquaces & iniuriosa aduersus principem verba proferentes, quod ferè sic Ammianus Marcellinus alicubi <sup>h</sup> narravit: *Prater haec linguas Erechthij & Aristomenis praecidi iusserat Imperator, quos inuidiosa quaedam locutos idem Palladius intinuat: & postea, Exiluerunt Erechthius & Aristomenes è laquebris, qui cum sibi iussas abscidi linguas didicissent, ut prodigas, ad longè remota declinarunt, & abdita.* Sic olim Artoxerxem alterius Longimani è filia nepotem militi cuiusdam, qui se praelio aduersus Cyrum fratrem in transitu & fuga (vel potius cùm inde reuerteretur) duos ex hostibus prostratos peremisse mentitus fuerat; tribus acubus linguam traieci iussisse Plutar.

Plutarchus <sup>a</sup> in haec verba retulit: *ἑτέροις ἢ πρὸς τὸ μεταστῆσαι τὴν γλῶσσαν.* Quò illud etiam referri forsitan debet, quod de praecisa olim Hyperidi Atheniensi Oratori lingua, superius dictum est. In satisfactionibus quidem quas emendas honorabiles vulgò nuncupamus; cùm is qui alterum aliqua contumelia laesit, veniam poscere iubetur; scitum illud B. Augustini: <sup>b</sup> *Non pigeat ex ipso ore proferre medicinalia, vnde facta sunt vulnera.* Nec tamen sola lingua hic punitur ob conuictum factum alteri; immò ne punitur quidem quae palinodiam solum decantat, aut praescriptis verbis aliquid solemniter imminente praecone siue archigrammateo pronunciat; quin potius plectitur genu quadamtenus, quod flectitur; & caput quod aperitur in conspectu Pratoris aut populi: sicuti Carolo Magno <sup>c</sup> videmus olim placuisse de eo, qui periurium fecisset, ut nullam redemptionem solueret, sed manum perderet: credo quòd leuius eum plecti existimaret, cui manus altera, quam cui lingua secaretur, sed si hoc durum aut sauum duxit, perforari hanc potius (quod posteriores principes in Gallia nostra, ut monui, circa huius delicti castigationem probant) quam illam prorsus amputari velle (meo quidem animo) debuit: quanquam eò aspexisse potest videri, quòd cùm sacris aut Evangelicis aut reliquiis Sanctorum, aut iconibus tactis corporaliter iudice coram, iurandum praestetur; ipsa quodammodo manus, quae sacra tetigit, vnde sacramentum dicitur, ex periurio rea constituatur; quòd per hanc potissimum ipsis irreligiosè atque contumeliosè peierando mendax illuserit. Ex voluntate Imperatorum profectò, & Legislatorum opinione, nonnunquam vsurpatur, ut alterum pro altero poenas membrum eiusdem corporis luat: sicut idem ille latronem pro prima (sic loquitur) culpa non mori, sed vnum oculum perdere, pro secunda nasi truncationem pati; pro tertia extremo supplicio plecti iussit. <sup>d</sup> Hoc si exsequitur iudex aut quid huiusmodi, ut non id cuius velut instrumento patratum scelus, sed alterum corporis humani membrum puniatur: etsi non prorsus ex ratione (ut videtur) attamen persona vtrique illa in vtriusque membro plectitur, in qua esse vindicatum, legèque ac legitimo iure actum iudex voluit: qui propterea minimè iniustus esse existimatur, quòd de hoc potius eiusdem hominis membro, quòd forsitan quieuerat; quam de illo altero, cuius praecipue velut organi vel instrumenti cuiusdam beneficio atque adiumento factum secius aliquid dictumve fuerat, quam oportuit; poenas pro arbitrio sumpserit.

Atque hoc ipsum eadem ratione de secularibus siue temporalibus <sup>e</sup> poenis quas pro parentum delictis Dominus de liberis (non ipsis vtrique insontibus, ut superiorum sermonum quodam loco <sup>f</sup> admonui) vel pro principum, sacerdotum aut magistratuum admittis, de subditis aeternus ille iudex omnis iustitiae parens & auctor exigit, omninò existimandum est: cùm apud illos hi aut membrorum, ad vnum idemque (mythicum scilicet) caput pertinentium, aut certè liberorum locum obtineant: in quibus liberis ut parentes (qua de re abundè

<sup>a</sup> Artoxerxe fol. 186r.

<sup>b</sup> In eius regula adferuus Dei, & similiter in epistola 109. ad Monachos.

<sup>c</sup> Vide in capitula. Caroli Magni lib. 5. c. 125. fol. 138. pag. 2.

<sup>d</sup> In capitular. lib. 5. cap. 135. fol. 140.

<sup>e</sup> Filios pro parentibus temporaliter puniri etià secundum diuinum iudicium ait Innocentius c. vergentis in fin. de her. in antiq. Cap. 8.





a Videfis Lipfii eruditifs. lib. 2. de Constantia, cap. 15. & 16. ex Hesiodo. ... b Variar. histor. lib. 3. cap. 43.

cationis iure defierunt: aut aliis tribuenda describam; quæ vel admo- nente me, peti ex ipsorum a libris poterunt. Tu bone lector has ha- beto insuper à nobis eclogas, quibus laborem alleues tuum. Fuisse istam igitur Ethnicorum quoque à Dei cognitione prorsus alieno- rum persuasionem, vt grauis paucorum facinora, præsertim in Deo- rum suorum maiestatem admissa; non liberorum modò, sed fami- liarum, atque ad illa conuientis ( qui non vindicaret ) populi totius calamitatibus expiarentur, historia illa de citharcedo à Sybaritis pri- moribus forsitan ( vt conuicere fas est ) ad Iunonis arã interempto, quam Ælianus b rerulit lib. 3. fidem indubitatam facit: nec enim di- latam esse vltionem, sed prælio aduersus Crotoniatis superatorum Sybaritarum, atque ad internecionem delectorum, aquaram solo ci- uitatem: h' j' Alun ( ait ille ) ἐν ἐβζάδιων: Κροτωνιάταις ἢ γνάτια ὄπλα δέ- μνοι, ἀνάστασι ἐπ' ἀκείνων ἐγένοντο: καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἠφανίσθη. Atque hoc quidem iuxta Delphicum oraculum, quod, ipsius Æliani fide, iis antea redditum, propterea placet hoc loco inserere; quia eximiis aliquot versibus piam & Catholicam, quæ antè prolata est, de acerr- ma numinis in sceleratos ipsorumque liberos, propinquos, socios, ciues vindicta, sententiam completitur, sic ferè in cæteris:

ὁ σὲ θεμισέουσ' ἡμεῶν δειράποντα κατέβησ' ἦρως, πρὸς βωμοῖσι δειῶν: τισὶν ἐν ἀλίανας. τοῖς ἢ κοινῶς βέβησ', ἀλίκως τέλει' ἔχει χρονιστῶν, ἔδ' ἀπαράτητον: ἔδ' ἔ' ἀιὸς ἔθλον: εἰμ'. ἀλλ' αὐτῶν κερὰ λησι, καὶ ἢ σφετέροισι τέκεα γιν, ἐλάττω, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ τῷματι βάνη.

c Sub initium & vide in hac rem B. Chrysof. in sermo. 2. de poe- nit. & confess. sub fin. in col. 797.

Saluianus lib. 6. c de Gubernatione Dei; Sed nunquid officit bonitati vnus, crimen alterius? aut, quod fortius multò est, nunquid leditur sce- lere personali, causa cunctorum? Possim quidem euidentibus testimonijs approbare, quia leditur, &c. in quibus de Achar David & Rabface proponit exempla, delumpta è Iosue cap. 7. Regum item secundi lib. cap. 24. & Isaia 6. & 30. & statim, Inde euidenter agnoscimus (ait) etiam vnum sepiissime malum hominem, perditionem esse multorum, &c. cum frequentissime diuina maiestatis iracundia, etiam per vnum legatur accensa. Idem auctor lib. 7. vbi de persecutionibus Vandalorum per Africam; Sed paucorum hoc inquis, dedecus fuit; & quod à pluribus ( vbi abnutiio articulo addito tam è superioribus quàm ex iis quæ aliquantò post sequuntur, legendū ita cenleo; & quod nò à pluribus ) perpetratum est, cunctis nocere non potuit. Iam quidem sepiissime dixi, in Dei populo etiam vnus facinus, pestem fuisse multorum: sicuti ex furto Achar populus ruit; sicut ex velo Saulis orta est pestilentia, sicut ex sancti David numeratione, mortalitas: ita est enim Dei Ecclesia, quasi oculus. Nam vt in oculum, etiam si parua sordes incidat; totum lumen obcæcet, sic in Ecclesiastico corpore, etiamsi pauci sordida faciant: prope totum Ecclesiastici splendoris lumen obscurant. D. Ambrosius de Dauide itidem agens; d Deinde illud aduertimus (ait) quòd Regum lapsus, pœna populorum sit: sicut enim coru virtute seruamur, ita etiam errore periclitamur. Vnde optandum est nobis, vt Regem gloriosum,

d In de Apolog. David videto & i à ipsum epist. 28. lib. 5.

atque

atque perfectum habere possimus. Omnes populos intelligimus in prin- cipibus, inquit B. Hieronymus. a Itaque quod à populo fieri, aut fa- ctum iri sacrosancta historia memorat; hoc de populi dynastis ac principibus accipiendum, Ioannes Drusius in Obseruationibus b appositè docuit: vt mirum nemini esse debeat, si ob ea quæ princeps perpetrat; populus qui ea in principe aut eius manu committere in- telligitur, ipse puniatur: præsertim verò cum, si non auctor eorū po- pulus, attamen ( quando verè Poëta vetustus quidam cecinit vul- garum istud,

πολλοὶ καὶ συμπαῖσα πόλις κακῶ ἀνδρὸς ἐπιτύρα )

vel approbator certè, quæ officij sui principem admonere non fata- git; existimari meritò queat: quin etiã imitator plerumque sit. Quam in rem ommissis Claudiani ac Plinij Secundi testimonijs, quæ superio- re libro extremo c ad restitutionem Eusebiani cuiusdam hoc ipsum ostendentis loci protulimus; iuuat ista paucula è multis alijs selecta, in tuum ( bone lector ) vsum depromere: si prius hoc dixerò, non- nunquam accidere, vt sceleratus princeps, qui legibus humanis reus agi, aut pœnas expendere non potest; iusti Dei permisso ( quem & à populo plerumque illas exigere docuimus ) ab ipso populo ira Dei amoliente, velut si se per vicarium principis supplicium absoluat, horrendo quopiam nec mirabili aut in exemplum trahendo facino- re puniatur. Nam, vt de his quæ nuper magno nostro malo persensi- mus, quæque in dies in misera ista Gallia toleramus fileam: vel ipse Andronicus Comnenus Byzantius Imperator si non quòd virgines moniales & viduas scdè constuprasset; certè ob iniuriam illatam fratri natu maiori, & ob animi ciuium exquisitis supplicijs velut fagi- nati ferocium, immanem que ac belluinam sauitiam; atque ob ince- stum cum Philippa Petebini filia, Manuelis verò ( qui Andronico pa- truelis fuit ) sororia, itemque cum Theodora Isaaci Sebastocratoris filia commissum: Regijs vestimentis exutus, oculo eruto, præcisâ ma- nu, euulsis pilis, verberatus: & quo per forum traduceretur, scabioso camelo impositus, omniumque ludibrio exceptus, miserè tandem à populo discerptus est: sicuti Græca illorum temporum historia d me- morat. Verùm de imitatore principis populo, ita vt institui; nunc por- rò agendum est.

a Ad illud ea Daniel. cap. 3. verif. 7. citatus in hac rem à Dru- sio cap. 16. lib. 2. Obseruat. b d. c. 16. lib. 2.

c Cap. vlti. lib. 2. Semestr.

d Nicetæ Cho- niataz Annal. fo. 174. & 176. & fo. 70. & 71.

e Apud Stobæū sermo. 147.

f Præcepto 37. quod ipsum nò citato auctore legitur apud Sto- bæum collecta. locor. commun. sermo. 147.

Cum igitur imitatio à benenolentia proficiscatur, neque fieri possit, vt quem oderimus, quia forsitan timemus, eius velimus facta imitari: iuxta illud Ecphanta e Pythagorici verbum, κακὸς ἀμιμωτός, & à contrario, ἀμύχανου ἀχομοισθῆναι ἢ μέλιστα πάντων ἀφανίσθαι τὸ φοβερῶν: & è contrario, vi quadam amoris naturali accidat, vt ei quem amamus, nos velimus esse quàm simillimos. Inde efficitur, vt plerumque adamatam à se principem subditi omni qua possunt ratione sequi, atque imitari stu- deant. Ex quo etiam apparet, verum illud esse quod Hocrates ad Ni- coclem, f è subditorum moribus, principis a stimandos mores ad- monebat: nec fieri posse, vt illi quidem moderatè, atque continenter; hic verò intemperanter, & inordinatè vitam degeret, cuius continen- tia esse alijs exemplo debeat: propterea quòd ad principum similitu-

Q 3

dinehi, tota ciuitas vita sua rationem instituire solet. *καὶ τὸς μὲν ἀλλοὺς ἀγὼ κοσμίως (ἴω, τὸς ἢ βασιλέας ἀτάκτως: ἀλλὰ τὴν σεαυτοῦ σωφροσύνην παράδειγμα τοῖς ἄλλοις καθέσθαι γινώσκων ὅτι τὸ τῆς πόλεως ἄλλο δὲ μὲν τὰ τοῖς ἀρχαῖσι.* Et aliquando antea Plato de legibus oportere monuerat magistratus & senes temperates esse, ut populus eorum exemplo modestè ac temperanter viuere disceret: sic enim ille referentè Iuliano Imp. in Misopogone; *καὶ μὲν ἐστὶν ἡ Πλάτωνος νόμος, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάγκη τὸν βασιλέα καὶ τοὺς ἀρχαῖους ἵνα τὰ πόλιν ὡς αὐτοὶ ἀποβλέποντες ἴωσιν.* Cui conuenienter; *Ego autem* (aiebat Cicero <sup>b</sup>) *nobilium vita vitiaque mutata, mores mutari ciuitatum pilto: quo perniciosius de Reipubl. merentur vitiosi summi in ciuitatibus vitæ; quod non solum vitia concipiunt, ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem: neque solum obstant quod illi ipsi corrumpuntur; sed etiam corrumpunt, plusque exemplis quam peccato nocent.* Hoc quidem adeo verum esse, ut ex illa natura lege immutabili censeatur; secundum qua non inter homines modo, sed in brutis quoq; animalibus rationis expertibus, id quod præcedit sequuntur cetera, & præstantissimi obaudiunt: elegantè a Rhetoricè Aristide in ea verba traditur, quæ superiōris libri sermone secundo cum pleraque retulerim; denubi hic exhibere nihil attinet: ista potius a Plutarcho, quæ sunt à me (ut sit) ibi prætermissa, deum tentum hominum copia, & multitudine lectorem onerare pigrius apponam. *ὁ δὲ πρῶτος (ait) ὡς εἰπὼν, καὶ κελεύεται ἡ πόλις ὅτι ἄλλοι μὲν τὸ σωφρονεῖν διδάσκον ἀρχόντες, ἡ πόλις ἀποδιδόσκει, ὡς ὅτι τὸ κενὸν τῶν ἀδελφῶν ἴσως ἢ τῶν ἀχθῶν ὀφείδεις, ἀεὶ γὰρ τὸ σωφρονεῖν τῶν καθ' ἑαυτὸν νήπιος, ἢ τῶν ἀρχόντων, ἀλλὰ ὅτι χεῖρα καὶ ἡ πόλις κατὰ κληῖδα ἔχει, ὡς ὅτι ἐκείνη ἀποδίδωσκει, ἢ τὰς ἐλπίδας ἢ ἐκείνοις ἔχουσι, &c.* quæ sequuntur. Quibus commode (ut mihi videtur) hæc quoque adiunxeris; quæ cum idem Plutarchus Philopemene, tum verò in eandem sententiam ipse Paulianus tradit Eliacis: *ταῦτα μὲν σὺν ἔχοντα ἔτι (inquit) καὶ ἡ πόλις: καὶ ἴσως ὡσαύτως αἱ πόλεις ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τὰ ἀπερχόμενα τὰ ἴωσιν.* Nam de re ista e Polybij sexto memini me, ac e Plutarcho in Camillo, & Iosephi 5. de bello Iudaico plurima scribere; illo secundum di Semestrium, quod superius indicauit capite. Ad quam referri etiam debere arbitror, fabulam illam Herculis Ogmij, siue Galliè e cuius ore catena prodiens captiuas hominum ceteras auribus trahebat: sicuti e Luciano Agonistici tractatus primi decimo septimo sermone ostendimus. Magna liquidem eloquentia, magna persuadendi vis in eo est, qui virtute roboreque animi & corporis antecellit ceteris; ut eos ad se pelliciat volentes, sibiq; ad omnia dicto audientes subiciat, sui denique imitatores efficiat.

Ac de subditis quidem, principu mores tota sua vita ratione imitantibus, atque exprimentibus, hoc ad Neronem Seneca s quodam loco; *Tradetur ista animi tui mansuetudo (inquit) diffundereturque paulatim per omnè imperij corpus, & cuncta* (malim *cuncti*; sicuti paulò post,

a Fol. 84. libri à Vvechelo excus. anno 1566. Lutetia.

b 3. de Legibus.

c In Orat. phil. 2. παρὰ τὸν ἡμῶν, &c. ἡ πόλις ὡς ἡμῶν.

d In Pelopi. fol. 529. libri à Stephano excusi.

e Fol. 664. ὡς ἡ πόλις ὡσαύτως αἱ πόλεις ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τὰ ἀπερχόμενα τὰ ἴωσιν.

f Lib. 2. fol. 147. Alajm. Excus. Paulian. Eliacis.

g Lib. 2. de Cie. me. cap. 2. A. 108. de subditis mores Regum & magistratu imitantibus, locos apud Plutarchum Parisi. Senatorem videas licet, in tractatu de poenis, causa 31. nu. 38. & 39. sed & apud Iulianum Lipium 7. C. li. 2. Politicam siue ciuili doctrinæ, cap. 2. de Cicerone. Plinio, Quintilianio, Seneca, Valerio, Tacito.

post, Omnes, legitur; nisi τὸ Membra, hic suppleas; vel inferendum potius putes) *in similitudinem tui formabuntur, à capite bona valetudo in omnes vegeta est, atque erecta, aut languore demissa; prout animus eorum viget, aut marcescit: & erunt ciues, erunt socij digni hac bonitate, & in totum orbem recti mores reuertentur.* Paractur vbi que manibus: vbi manuum nomine, subditi qui membra sunt mystici Reipub. corporis, quod principem habet pro capite; à me intelliguntur. Huc spectat quod Seneca imitator Plinius, inter cetera, protulit; *Flexibiles, quacumque in partem ducimur à principe, atque, ut iia dicam, sequaces sumus: & postea, Eoque obsequij continuatione peruenimus, ut propè omnes homines, vnius moribus viuamus: τὸ δὲ ἀρχόντων ἴωσιν.* (inquit, verustus quidam auctor in collectaneis ex Antonio <sup>b</sup>) *καὶ τὰς ἀρχόντων ἀνάγκη καὶ τὸ ἀποχέσθαι. Item postea, ἀπέφυκε ὡς καὶ τὸς γνάμους τὸ ἀρχόντων τυπῶσθαι, ἢ τὸ ὑποχέσθαι. Denique, τὸς τὰς γνάμους καὶ τὰς ἀρχόντων τὸ ἡγεμονίαν αὐτῶν αἱ πόλεις ἀποδιδόσκει, καὶ ὅποια ἀρ ἐκείνοις ἀρχόντες γινώσκει, τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ αἱ πόλεις ἀποδιδόσκει, ὡς ὅποια αὐτοὶ ἀρχόντες ἴωσιν.* Cuius rei ratione hanc possis reddere, quod cum in principe & Reipublica & nos omnes simus, ut Plinius in Panegyrico ad Traianum pradicat; sicque ipse veluti caput vniuersum, immò Reipub. totius corpus, cuius singuli membrorum quasi particulas quaedam constituent; mores e publicis studiis in vitam priuatam influere; quoniam secum vniuersitas rapere partes: vbi præferam vergit in deterius) solet, à Plutarcho alicubi traditur; *ὁ δὲ πρῶτος ἡμῶν ἀρχόντων ὄντων ἰδέει καταφρονεῖν ὡς ἀρχόντων, &c.* Et ἡ πόλις τὸ κενὸν τῶν ἀρχόντων ἐπιφέρει, αἱ πόλεις αὐτῶν ἀποδιδόσκει, ὡς ὅτι τὸ κενὸν τῶν ἀρχόντων ἐπιφέρει, καὶ ὅποια ἀρ ἐκείνοις ἀρχόντες γινώσκει, τοιαῦτα καὶ αὐτοὶ αἱ πόλεις ἀποδιδόσκει, ὡς ὅποια αὐτοὶ ἀρχόντες ἴωσιν. Et quemadmodum agrotante capite, membra quoque cetera per quandam συμπάθειαν laborent necesse est: ita eandem subditorum ad principem esse rationem, ut huic agro illi condoleant, continet. Quod ipsum à Philone e his verbis tradi memoria reperi, *ὅταν ἢ ἀσθενεῖ τις ἐπιγένηται (ἢ βασιλεῖ, συγκάρονται ἀνάγκη καὶ τὰ ἐπιγένηται ἢ ἀσθενεῖ τὸ ἀσθενεῖν ἀνάγκη καὶ τὰ ἐπιγένηται ἀσθενεῖν) ἐτοιμοτάτων ἀδελφῶν κληῖδα τῶν βασιλευσῶν αὐτὸ μόνον κληῖδα.* Principem itaque qui iuste, sine cuiusquam laesione, moderate ac verecundè vitam exigit, exemplo suo subditos ad honestè viuendum incitare, ab turpi lucro auocare, ab omni dicto factove inhonesto prohibere Xenophon e de Institutione Cyri differens, iuculenter docuit quemadmodum e contrario, qui non sit, qualis debeat; ipsum alios ad præclara facinora, benèque viuendum; frustra excitare: sub Cyri persona id proferentis postea e demonstrat; quo loco, *ὁ δὲ πρῶτος οἶον τε εἶναι (inquit) καὶ αὐτὸν τὴν ἀνάγκη ἴωσιν, ἀλλὰ τὸς ἀρχόντων ἐπὶ τὰ κακὰ καὶ ἀνάγκη ἴωσιν.* Idè præclare alicubi Euagrius e ita dicebat, *Egregij esse Imperatores, ut sibi primum imperet; suosque affectus exerceat, & in iugo vniuersum subditos ad imitationem suam edendo: ipsas instituat: καὶ ἡ πόλις ὡσαύτως αἱ πόλεις ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τὰ ἀπερχόμενα τὰ ἴωσιν.* (inquit) *ὁ δὲ πρῶτος καὶ ἡ πόλις ὡσαύτως αἱ πόλεις ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τὰ ἀπερχόμενα τὰ ἴωσιν.* Idè præclare alicubi Euagrius e ita dicebat, *Egregij esse Imperatores, ut sibi primum imperet; suosque affectus exerceat, & in iugo vniuersum subditos ad imitationem suam edendo: ipsas instituat: καὶ ἡ πόλις ὡσαύτως αἱ πόλεις ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τὰ ἀπερχόμενα τὰ ἴωσιν.* (inquit) *ὁ δὲ πρῶτος καὶ ἡ πόλις ὡσαύτως αἱ πόλεις ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τὰ ἀπερχόμενα τὰ ἴωσιν.*

a In Panegyrico ad Traianum.

b Sermone 149. loco. commun.

c In Lyfandro fol. 209. & 210. libri à Stephano excusi. Animum Reipub. principem, illam corpus principis, air Seneca cap. 5 lib. 1. de Clementia.

d In Lyfandro fol. 209. & 210. libri à Stephano excusi. Animum Reipub. principem, illam corpus principis, air Seneca cap. 5 lib. 1. de Clementia.

e Lib. 7. Cyrop. edit. Steph. His verbis si nō Latina illa totidē Græcis, eandem tamen aut germanam profectō sententiam exhibentibus: quibus magister militum Chrysanctas ita Cyri alloquitur; καὶ ἡ πόλις ὡσαύτως αἱ πόλεις ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τὰ ἀπερχόμενα τὰ ἴωσιν.

f Lib. 8. Cyrop. sub init. in pag. 120. vers. 17. g Initio libri 3. Eccles. hist. fol. 146. & similiter initio lib. 6. fol. 176. pag. 2. vbi Mauricio Imperatori hanc laudem tribuit.



cuiusquam muneris expectarent; quàm exemplum suorum morum, laborisque, quem ipse caperet. *ἡμῶν ἢ τοῖς ἐργατοῦ μὲν ἐν ἑσῶ παρὰ δὲ ἐλμα κωνοῦ ἐπὶ πᾶσι ἐργοῖς, ὃ ἐμὲς τρέποντες καὶ πᾶσι.* Cicero in Muræna Imperat. laudibus cumulandis dum totus est, <sup>a</sup> ita de ipso milites loquentes facit; *Hoc duce castra cepimus, si qua contulimus; nunquam iste plus militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit.* Ammianus Marcellinus <sup>b</sup> de Theodosio; *Nihilque gregarijs imperans, cuius non ipse primitias alacri capefferet mente: hocque genere, cum strenui militis munia, et praeclari ducis curas expleret.* Itemque alibi de Iuliano, <sup>c</sup> *Miles Romanus audita Iuliani concione alacer, et sublevis altius scutis, nihil periculosum fore, vel arduum clamitabat, sub Imperatore plus sibi laboris, quam gregarijs indicente.* Principem quoque qui pudicos esse suos subditos velit, purum ipsum & castitate praeditum esse oportere; propterea quod cum principibus unà simul subditi commutari soleant: ad Leonem Philosophum Imperio Byzantino destinatum Basilium pater sic ferè scripsit alicubi; <sup>d</sup> *ἔτι καὶ αὐτὸς τῶν ἀγαθῶν ἔστρεψαι, ὡς ἂν παρὰ τὴν ἐπιτοχὴν τῆς ἐπιτοχῆς ὅτι τῶν ἐπιτοχῶν ἕκαστος ἔσται τῶν ἐπιτοχῶν, τὰ αὐτὰ καὶ αὐτοὶ (sic enim repono pro αὐτοῦ) πρᾶξιαι σιωπηροῦσι. πέφυκε γὰρ πᾶσι ταῖς ἀρχαῖς συμμεταβάλλεσθαι τὸ ἔπινοον.* Item alio loco, <sup>e</sup> eum qui oblatiis muneribus, atque largitione contra legem de ambitu latam, vel ad magistratum, vel (quod olim Didius Iulianus fecisse dicitur) ad Imperij fastigium peruenierit, neque ipsum facturum aliquid postea sine mercede ac praemio; quemque illum facinoris huius (cum iudicem, atque ad eodè vindicè potius acerrimum habere debuerit) doctorem sit nactus, & praclari huius artificij magistrum; non modò in eo perstiturum, sed alios quoque infra se positos ad talia exequenda coacturum esse: *ὃ ἢ μετὰ μισθῶν (ait Basilus) λαβῶν τῶν ἀρχῶν, ἔστι δὲ καὶ χωρὶς δῶρων παραχρῆμα ποτε μεταμῆνοι καὶ σὲ τῶν δωροληψίας διδάσκων ἔχω, τὸ τῶν κείνων ὄφελοντα, ἔμνηρον αὐτὸς δωροληψίας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας τῶν ἐπιτοχῶν τὰ αὐτὰ πρᾶξιαι σιωπηροῦσι.* Ad eodè scilicet superioris siue principis, siue magistratus virtutes aut vitia, plerumque in inferioris animum insinuant primò se se, ac sensim subintrant; tum ubi se latius, penitentiisque diffuderint, postremò totum vndiquaque occupant, sibi que deuinciunt. De magistratu igitur siue praefecto Ecclesiastico, ut putat Episcopo ad Hermogenem ipsum Episcopum scribens Isidorus Pelusiota <sup>f</sup> hoc manifestum facit, ut Episcopi vitia ad ipsos sacerdotes, qui ipsi parent, tum ad reliquos deinde diffundi; quemadmodum naturam comparatum est, ut ad eius, qui praest, similitudinem sese subditi comparent, praclare doceat: sic fieri, ut usurpato sacerdotij, quo quis indignus est, imperio; eius ornatus, ac decor in statum quendam inconditum atque deformem transeat. Sed quid cessò verba religiosissimi auctoris multò illustriora depromere: *ἔστιν ἡ τῶν ἰδρωσίων ἀνάξιτος (inquit) εἰς τῶν ἀρχῶν ἐπιτοχὴ: τὸ τε δὲ τῶν ἀρχῶν κόσμος εἰς ἀνωμίαν μετίσται. τὸ γὰρ ἀρχόντι ἰσομοίως πέφυκε καὶ τὸ ἀρχόμενον: ὃ δὲ καὶ ἐπὶ Εὐσέβιου, ὡς γέγραπται, σιωπῶν. τὸ δὲ καὶ τῶν ἐπιτοχῶν αὐτῶν ἰδρῶσι, καὶ τοῖς ἐπιτοχῶν ἐπιτοχῶν κακίαις ἕως, ὡς τῶν ἀλλοτρίων ἰσχυρῶν ἐπιτοχῶν ἀνομίαν ἔχει.*

<sup>a</sup> In oratione pro Muræna.

<sup>b</sup> Lib. 28.

<sup>c</sup> Lib. 23.

<sup>d</sup> In Parænetici, cap. 19. ad ἀγνῆταις.

<sup>e</sup> Cap. 43. ad ὁ ἐπιτοχῶν.

<sup>f</sup> Epist. 209. lib. 2. fol. 302.

ἐξαρ, τῶν ποστῶν κακῶν δέμα. De praefecto politico qualis Rex est, aut Imperator; Augusta vel Regina, quod sequitur: *Dubium non est (ait Gündelma regina scribens ad Theodora Augustam apud Casiodorum <sup>a</sup>) illam mores dare, cui observatur assidue; dum constat de se carum bonis praecipionibus institutum.* Itaque apud eundem alio loco, <sup>b</sup> ex moribus aulicorum ingenium principis deprehendi traditur, sic ferè: *Sic nos obsequentium mores aperiant; praecip non putatur observasse moderato: anarus non aduertitur paruisse continentis, stultus prudentibus seruisse non creditur.* Et statim, *Una est sententia plebis, tales esse iudices, quales vos (singularum scilicet praouinciarum Galliarum alloquitur) contigerit approbati.* *ὁ σεμῶς καὶ ἀνεπιληψίος τῶν ποστῶν βίος, πᾶσι δὲ μα. γίνε* τοῖς ποστῶν βίος, ait ἐ Chrysostomo Antonius in collectaneis. <sup>c</sup> Et rursum, *καρῶν κακῶν δικαιοσύνης καταλαχθέντων ἀνάγκη τὸ σῶμα τῶν ἀνομιῶν.* Quod praecipum his totidem verbis, sed Latinis tum à Saluiano Massiliensi presbytero in libris de Gubernatione Dei, <sup>d</sup> tum etiam à Gregorio expressum reperit apud Gratianum, <sup>e</sup> *Capite languescente caetera corporis membra inficiuntur, unde ex merito plebis nonnunquam Episcopos deprauari, ab ipso traditur ibidem; quatenus procliuus cadant, qui sequuntur.* Ergo apud Arrianum <sup>f</sup> Epictetus Philosophus conquerenti apud se procuratori Caesaris in Epeiri regione, de factionariorum fautoribus popularibus quibusdam; quod aduersus desiderium suum paulò licentius Comædis fauentes conuicium ipsi fecisse viderentur: *Quid mirum si te, quem non obscure in partibus stare viderant, suum magistratum et Caesaris amicum imitando, qualia tu feceras, ad quem oculos nulgus intendit in spectaculis, eadem perpetrarunt et apud te: ἀνομιῶν (ait) ἔστω οὐκ τις πᾶσι ἀλλὰ; σὲ ἐπι βλέποντες τῶν ἀρχῶν ἀρχόντα: τῶν ἀνομιῶν φιλῶν, καὶ ἐπιτοχῶν, ἔστω πᾶσι ἀλλὰ: ἐν ἑμῶν καὶ αὐτοῖς ἔστω πᾶσι ἀλλὰ; καὶ μὴ δὲ ἔστω πᾶσι ἀλλὰ, μηδὲ σὺ πᾶσι ἀλλὰ. εἰ ἢ δὲ, τί χαλεπῶνας εἰ περὶ μισῶντα. τίνας γὰρ ἔχεις μισῶσας οἱ πολλοί, ἢ τῶν ἐπιτοχῶν ἡμῶν εἰς τίνας ἀπίστωι ἐλθόντες εἰς τὰ δέματα, ἢ ἡμῶν; ὅρα πᾶσι ὁ ἐπιτοχῶν τῶν ἀνομιῶν δωροῦν. κέρραγε: κατὰ τὸν καυῶσιν.* Et statim addit, magistratum populo esse pro regula in theatro; cuius appellatione, publicos quosque coetus, atque conuentus intelligendos arbitror. *εἰ δὲ ναυ: σὲ ἐπιτοχῶν δὲ ὅταν ἐστὲν εἰς τὸ δέμα, ὅτι κατὰ ἀνομιῶν, καὶ παραδειγμα τοῖς ἄλλοις: πᾶσι αὐτῶν δὲ δωροῦν.* Verè quidem Philosophus ille secularis: sed ille itidem Philosophus non tam Iudaus quàm caelestis verè, atque ad superiorum illustrationem appositè. Apud quem ita Ecclesiastici cap. 10. scriptum legimus; *Secundum iudicem populi, sic et ministri eius, et qualis est rector ciuitatis, tales et inhabitantes in ea: Rex insipiens perdet populum suum, et ciuitates inhabitabuntur per sensus prudentium.*

Ac ne longius abiero à nostra Gallia; <sup>h</sup> quàm circa vestimentorum rationem leuius aut mutabilius nihil: cum gentes caeterae suum quaque vestis genus ac figuram ab antiquo constanter obtineant; nec à vicinis aut remotioribus populis mutuari velint: sed circa longos latòque indusiorum siue camisiarum linearum limbos, hoc est, extre-

<sup>a</sup> Epist. 20. lib. 10. Variar.

<sup>b</sup> Lib. 13. Variar. epist. 1. sub init.

<sup>c</sup> Locor. comm. ferm. 298. ad fin. d Lib. 7. vbi, quàm caetera illis corruptela, ubi deminorunt, tanta corruptio: morbido enim capite, nihil est, neque vllum omnium membrum officio suo fungitur ubi quod est principale non constat.

<sup>e</sup> Can. ex merito, 6. q. 1. in principio. & can. deterior, in fine ibidem.

<sup>f</sup> Lib. 3. cap. 4.

<sup>g</sup> Hunc locum attulit ista de re agens Tiraquelus in tractatu de poenis, causa 131. nu. 38. & 39. h Simile quidpiam de aulicis Maximiliani Imper. Philipp. Boni Burgundiae ducis: & item Iosinae Scotorum regis mores exprimentibus à Philippo Camerario in cap. 66. & 86. in editione historiarum prodiit: qui liber Norimbergae hoc an. 1591. editus, cum ista nostra viuo adhuc Hærico III. Rege Galliarum elucubrata quædudum à Lugdunensibus Typographis effugiantur ut ipsi propediè transmittam raptim (ut possim) recenleo.





Et postea, ubi de immisissis in Iudam Iarrunculis Chaldaeorum, Syriae, Moabitarum & Ammonitarum à Domino, ut eum disperderet; *Factum est autem hoc (ait) per verbum Domini contra Iudam, ut auferret eum coram se, propter peccata Manasse uniuersa quae fecit: et propter sanguinem innoxium quem effudit, et impleuit Hierusalem cruore innocentium: et ob hanc rem noluit Dominus propitiari.* Quapropter Israëliticum populo (quem cum idololatriis gentibus commercium vllum habere Dominus, ne à vero sui cultu abalienaretur, vetuerat) extraneos etiam Reges im-

a Sophist. in comment. in Exod. super Cantica. Moyf. fol. 260.

b Initio lib. de virtut. moral. c Ad finem Pathenaiici.

d Vid. Iosue c. 7. & lib. 1. Reg. cap. 23. & 4. & c. Ecclesia, 11. 5. ite ex peccato, 1. q. 4. & can. si ea. in fin. 21. q. 4. e Can. forte, 23. quap. 4.

f Vide Deuter. cap. 24. Hierem. 31. Ezech. 18. & 32. lib. 4. Reg. c. 14. & 2. Paralip. c. 25. D. Cypri. ad Antonianum epist. 52. D. Hierony. ad Heliodor. de morte Nepotiani, epist. 3. & eos non citatem Hieronymum ab Oleario in c. 20. Exod. ad literam ad illud, *visitans iniquitatem*, ite ad illud, *diligentibus me.*

g I. Sancimus, C. de poen. l. crimen, D. eod. tit. Nouel. Iustitia. 134. ut nulli iudic. §. quoniam verò, vide apud Gratian. l. q. 4. h Epist. l. 3. de morte Nepotiani ad Heliodor. l. lib. 6. vel 7. fol. 648.

peritare ipsum noluisse, Procopius Gazæus a existimat. Igitur ut huic sermone finem aliquando imponamus; siue quod ex illa obsequij ratione, principum rectorumque suorum mores plerunque (sicut ille ipse Procopius inquit) subditi sequuntur; siue quoniam qui dominationi ac imperio cuiuspiam subiecti sunt, illud ipsum cum eo quadamtenus participare existimantur (quemadmodum Plutarchus, b & Aristides c monent; quo rem ille quidem ita, *ὡς ἐπιτασία τινὶ χρῆματι ἢ ἀρχῇ μετέχει λέγει* τ' ἢ ἀρχοντὸς διωμάτως: hic verò sic scribit, *ὡς ὅτι ἢ ὅταν στρατηγὸς πορεύῃ, μετέχει τ' ἀδελφῆς ἢ πατρὸς: ἢ τῶν ἡγεμενῶν πόλεως τὰ ἐκὸς τιμωμένων, ἅπανσι μετέχει τ' φιλοτιμίας*) nihil mirum si iusto Dei iudicio subditi, pro Regum sceleribus poenas in hoc seculo non indebitas expendunt: quemadmodum ex peccato Achan vel Achor plebem Israëliticam in hostium manus traditam; peccato filiorum Eli, Ophni & Phinees populum Israëliticum Philistinorum manu concidisse sacrosancta vetusti foederis historia d comprehensum est: quanquam in altero illo quod expectamus, non ab aliis Dominus, quam qui peccauerint, aeterna supplicia exacturus sit; nec à liberis pro parentibus, nec à subditis quoque pro principibus; sed suum vnusquisque onus sit portaturus: e quemadmodum nec in isto quidem seculo apud homines criminalium litium disceptatores, siue principes ipsos, siue iudices atque magistratus aliter obseruari solet, aut verò etiam debet; verum pro suo quisque peccato, non pro alieno (iuxta ipsum Domini præceptum; f cum quo iura gentium ciuilia pleraque omnia conspirant: g) plectendus est. Nam neque virtutes, neque vitia parentum (sicuti quodam apud D. Hieronymum h loco legisse memini) liberis imputantur; & pariter, neque liberorum parentibus, nedum vt extraneis: Ex quo sequitur, vt princeps, duxve aliquis, moderator; aut pater; pro subditis, militibus, ciuibus, liberis, aut horum quispiam pro illis vicariam subire (nec si maxime sibi patiat, aut cupiat infligi) poenam omnino non debeat: etenim esse hanc intempestiuam vltimo supplicio se pro alieno scelere offerentis, atque deuotentis beneuolentiam: praesertim cum propinquitatis aut necessitudinis vlllo genere, nos verè contingere qui scelerati atque impuri sunt, merito censeri nequeant (quod ipsum octauo huius libri capite ad extremum, circa parentes quoque ac liberos attingisse, si non tractasse, me recordor) admodum grauius Philo Iudæus plurima in eam rem scribens alicubi i definiuit: cuius optimi Philosophi verborum, ista partem faciunt; *περὶ τ' ἀνομιαιῶν αὐτῶν*

αὐτῶν ἐπιλιθόντων ἑπὲρ τ' ἡρώων: quæ lubet cuiusdam quasi coronidis vicem appingere. *μέγα κέρδι' νομίζοντες τὸ μὴ εἶδ' αἰ κολαζομένης ἢ τὸς γονήσαντας ἦοι, ἢ ἢ τὸς παίδας γονῆς: ὡς ἀβίωτον, ἢ πάντας ἀργαλειῶν ὄφρα θανάτου, τ' αὐτῶν χρόνον βιωσόμενον πρὸς ἑς λαλεῖται, ἢ εὐνοία ἡμῶν ἐκ ἑχθ' καί ὄφρα τὰ δ' ἴσα μὴ ἢ κενὸν λέγει* δέοντος, ἢ τὰ κείρια ἐπαυεῖται. *χρη μὲν γὰρ φιλεῖ τὸς ἀξία φίλιας ἀρῶντας: ποιητὸς δ' ἕδεις πρὸς ἀλάθειαν φίλῳ. συγκονῆς ἢ καὶ ἢ συνήθει φίλος καλεῖται ἢ ἀλλοθίασιν καὶ μοχθηρία πλέμμελῆντας. συνήθεια ἢ οἰκειότερα τ' πρὸς αἰματ' ἢ πρὸς διαισιωδίω, ἢ πᾶσαν ἢ ἀλλω ἀρετῶν ὁμολογία.* Tu cetera, quæ sequuntur, amice lector (si mihi credis) memoria mandanda perleges, mihi non vacat exscribere.

a Lib. 5. Var. hist. cap. 19. ubi perperâ interpretis: *Ubi vero iudices hominum animum & misericordiam intellexerunt.* &c. b Lib. 4. ab vrbe condita, fo. 260. lib. Lutetia excusâ, ad ann. 73. c Lib. 3. Regum, cap. 11. vide & lib. 4. Reg. c. 8. ubi, *Noluit autem Dominus disperdere Iudam propter David fratrem suum, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam & stirpem eius cunctis diebus.* d Lib. 4. Reg. cap. 20. videtur B. Chrysofomus in sermone de virtutibus & vitiis, col. 677. lib. Niuelliani anno 81. Lutetia impressi. ubi, *Et vir quidam vnus recte viuens diuina ira populum omnem liberare sufficit.* &c. *Potuit scilicet vnus Moses tantam restituere gentem.* Exo. 14. & addit, *Vbi viuus non exeret propter mortuos etiam peccata remitti qui scilicet sancti sint.* Quod ipsum repetitum cum superioribus legas in sermone secundo de poenitentia & confessione sub finem in col. 757. Hieronymus ad Rusticum, epist. 46. in fine, *requæ ad se orationibus trahit (vxor scilicet) ut si non in o merito solum huius solueris fide, &c. quæ sequitur.* De Paralytico ex Luc. 5. c. tum addit, *Et igitur absentem corpare presentem iude offert confertua tua Domino Saluati,* de ser-

Hoc addam potius, quod videtur ad superiorem quæstionem valde pertinere: etsi ab hominibus non sit alter plectendus pro altero, pro fonte innocens; attamen in alterius bene meriti gratiam, ei qui delictum admiserit illius propinquo, affini, parenti, pronepoti, non iniquè veniam interdum ex causa dari: sicuti Æschylo Tragedo impietatis in quodam dramate admittit reo, & propemodum lapidibus obruendo ab Atheniensibus; Amyntam fratrem iuniorem saluti fuisse, cum reuelatum veste cubitum, manu mutilum, atque truncatum ostendere coepisset; quam apud Salaminem fortissimè depugnans amiserat: apud Ælianum a legimus. Etenim statim atque hanc istius debilitatem aspexere iudices, reuocatis simul in memoriam præclaris ipsius facinoribus; Æschylum iudicio liberatum dimisere: ita enim, vt dixi, verba Æliani explicanda sunt, quæ proponam; *ἐπὶ δ' εἶδον οἱ διωμάται τ' ἀνδρῶν τὸ πάθος, ἑπεμνήσθησαν τῶν ἔργων αὐτῶν: ἢ ἀφ' ἡμῶν τ' ἀισχύλου.* Sicuti apud Romanos, cum à tribunis plebis M. Posthumio, & T. Quinctio dies dicta esset, quod ad Veios eorum opera malè pugnatum foret; profuisse Quinctio totam eius temporis culpam in prædamnatum collegam transferenti, vt ab omnibus tribubus absolueretur Cincinnati patris venerabilis viri memoria dicitur: idque Liuius b literis dignum existimauit. Quod & ab ipso Deo iustissimo vindice factum, è sacrosancta Regum historia c intelligimus; in qua cum auersa fuisset mens Salomonis à Domino Deo Israël, sequitur utque Deos alienos foret; ei dixisset Dominum profertur, sic ferè; *Quia habuisti hoc apud te; et non custodisti pactum meum, et præcepta mea, quæ mandavi tibi; dirumpens scindam regnum tuum, et dabo illud seruo tuo: verumtamen (inquit) in diebus tuis non faciam, propter David patrem tuum.* Præterea in alio eiusdem Regum historia loco, Isaias ista Dei verba Ezechiam Regem alloquens pronunciat: *d Sed et de manu Regis Assyriorum liberabo te, et ciuitatem hanc, et protegam vrbem istam, propter me, et propter David seruum meum, &c.* Et verò à Domino Iesu; sicut ex B. Lucae historia sacrosancta, & D. Ambrosij commentario, à nobis obiter octauo sermone indicatum fuit. Et vice versa Deum alioqui parentibus infensum placari virtutibus filiorum, si permanserint in fide & charitate & sanctitate cum pudicitia, inquit Hieronymus: e quemadmodum è contrario Heli sacerdos of-

fendit ateri. & dicit cum Chananaea Matth. 15. *Filia mea malè vexatur à demonio, &c.* c Ad Saluati, de ser-

a Vide librū 1. Reg. cap. 2. & 3.

b Vide à nobis tractata suprā cap. 8.

c Homil. 4. de Epiphania, ad finem.

d Ad Philocra- tem fratrem, q. 41. in histor. 72. interpretū quæ extat tom. 2. sacra Bibliotheca, fol. 22.

e In homil. de Natiuit. septem Machabæorum.

f In Seueri Imp. vita, vt de Cicero narrat historia.

g Epist. 7. col. 57. & 58.

h c. Rex debet, 23. quaest. 5. apud Gratianum.

i c. non frustra, 23. quaest. 5.

k Lib. 25. quem locum attali d. sag. 17.

fendit Deum, ob vitia liberorum; quos cum indignè agere sciret, non corripuit tamen, atque ita non leuem ipse culpam ex multis suorum delictis apud Dominum contraxisse dicitur, <sup>a</sup> quæ sanè parentibus imputari non immeritò consueuerunt; ipsos, & præceptis, & exemplo suæ vitæ, atque conuersatione; interdum etiam leni, eadèmq; salutari post verba verberum <sup>b</sup> correptione; ad pietatem, omnemque in Deum, & homines iustitiam erudire; de ipso Eusebij Emiffeni <sup>c</sup> consilio, debentibus: ne in eam alioquin, quæ maxima omnium circa liberorum institutionem, ac educationem admittitur (sicut Philadelpho Ptolomæo Ægyptiorum Regi, ab vno ex Septuaginta duobus Bibliorum sacrorum interpretibus; ad quæstionem sibi propositam responsum fuisse, Aristæas <sup>d</sup> tradit) negligentiam incurrant. Sanè cum educatio filiorum, ea quæ naturæ, sed voluntatis est, matres patrèsque faciat; quemadmodū auctoritate D. Pauli adhibita, Ioannes Chryostomus alicubi <sup>e</sup> admonet; non abs re parentes, ad laudem, aut reprehensionè; ex moribus filiorū, astimari solent. Quamuis enim alioqui neminem propè magnorum virorum, optimum & vtilem filium reliquisse, satis clareat; sicut Spartianus <sup>f</sup> ad Diocletianum Imper. scribit: attamen prudenter D. Hieronymus ad Latam de institutione filiar; <sup>g</sup> *Si perfecta atas, & sui iuris imputatur parentibus, quantò magis lactens & fragilis? quæ iuxta sententiam Domini, ignorat dextram & sinistram, id est, boni & mali differentiam? &c. Qui autem paruulus est, & sapit vt paruulus, donec ad annos sapientiæ veniat; & Pythagora litera γ, eum perducatur ad binium: tam bona eius quam mala parentibus imputantur.* Et postea, *Te habeat magistrā, te rudis miretur infantia; nihil in te & in patre suo videat, quod si fecerit peccet: mementote vos parentes virginis magis eam exemplis doceri posse, quam voce.* Hæc ille; quæ regibus quoque tanquam publicis parentibus dicta præcepta existimari debent: vt, admonente B. Cypriano, <sup>h</sup> *furta cohibeant, adulteria puniant, impios de terra perdant, parricidas, & periueros non sinant viuere; filios suos (quo nomine subditi, mea quidem opinione, intelliguntur) impiè agere non sinant; ne scilicet propter suā negligentiam, subditorum vitia & delicta ipsis, qui ea non coërcuerint, imputentur: cum suam potestatem non frustra institutam (quæ suos modos, causas, & vtilitates habeat) hoc ita præcipiente B. Augustino, <sup>i</sup> scire debuerint; idque operam dare, vt malis coërcitis, boni quietius inter malos viuant: quam obrem <sup>k</sup> postquam illos, hoc est, sine crudelitate terribiles (vt Marcellini <sup>k</sup> verbo vtat) esse oportere 18. ferm. ostēdimus.*

### S V M M A.

#### Nomicus ad Iustiniani constitutionem de adulterij poena, tractatus prior.

*Sacrilegi nuptiarum in li. quamuis, in fine de adulterijs, C. de duas pluresve simul uxores habentibus, & eorum poena. De deprehenso adulterio per nota pulsum publicato poena causa, Cedreni locus. In feminas adulteras ante Iustinianum capite vindicatum. Authent. sed hodie, C. de adulter. explicatur. Mitius agi cum feminis adulte.*

*adulteris tam civili nouo iure quam canonico in foro poenitentiaro. Quæ moechorum poena in usu sit & apud nos; & quibus ex causis capitalis. Adultere qua poena olim Athenis affecta, aduersus aliorum opinionem, explicata Demosthene. Nem puniri cum qui adulterum in uxore inuentū occiderit, Atheniensium legibus. Virum post biennium à marito recipi possit volens vel inuita uxor, ob adulterium iniectū in monasterium, ex mente Iustiniani; utrum debeat volens inuitæ sue recipere ad c. de bene. 32. q. 1. De cautione in hunc casum à marito præstanda, Demetrii Gomariani locus. Boerij reprehensa obiter opinio. Quid retro sciendum de uxore quæ virum adulterij damnauerit. In monasterium coniecta poena causa, disputatum, utrum sit monacha; præsertim elapso biennio. Stupratorem vel adulterum, aut alias scelestum clericum poena causa monachum fieri, vel potius poenitentem in monasterio detineri. Bæu. Balsamonis emendatus locus. De monasterij vinculo quod laici homicidii imponi vetuit Porphyrogenitus Imp. Peccator indemnatus iure in monasterium recipitur. Damnatus in monasterium non est monachus. De Childerico Rege, & alijs per vim monasterio additis, non monachis; & Apollinaro Byzantino. Monachus olim post susceptum habitum sine professione. Amictus monasticus, monachis & ascetis communis. Professionem adultera in Basilicā libris ad poenariam condemnationem potius, vt in Visigottorum legibus; quàm ad monasticam professionem pertinere. Cedreni locus de adulterij poena. Traductio ignorantia impressa a sine damnati apud eundem & in historiis Pontificis: non sine barba comæq; abscessione, ac verberatione publica; de qua eximij aliquot apud Zonarā indicantur loci.*

### CAPVT XXI.



**N**A VITA de ventis, de tauris narrat erator; inquit Poëta. <sup>a</sup> Ipse quoque qui per hos admodum quatuordecim annos <sup>b</sup> in celeberrimo atque sanctissimo Pratoriana; sedis Occitana; Tholosano consistorio (quod Parlamentū vocant) criminalibus potissimum controuersis diiudicandis, atque adeo sceleribus nefariorum hominum legitimo supplicio vindicandis, praefui; quamuis non tam sponte mea, quàm ex more maiorum (qui seruari antiquioribus ad ipsos huic nimium sanè tristi & acerbæ meditationi atque occupationi quantocyus eximendos; siue ordinis, siue gradus sui prærogatiuam voluerunt) hoc fecisse me, nemo dubitaturus est; qui meum istud ingenium ab omni sanguine abhorrens, atque ad humanitatē ac pietatem superius <sup>c</sup> à nobis tantoperè celebratam, propensum nouerit: impetrare tamen à me haudquaquam possum (vsque adeo vis consuetudinis magna est) vt qui tertium de poenis sermonem isto iam libro, <sup>d</sup> sicuti superioribus alios aliquot effudi, non malim adhuc in tam lugubri ac ferali argumento; sed de quo tamen Iurisconsulti veteres, libros etiam integros <sup>e</sup> sibi conficiendos existimarunt, aliquandiu versari: dum vulgare nihil assero, dum communem tot iuris Doctorū, Antecessorum, Aduocatorum, ac Iudicum, in poena mulieribus adulteris infligenda, nondum à recentioribus melioris notæ Iurisconsultis aut perceptum, aut porro indicatum, & hoc magis pudendum errorem detego: dum duos denique Nouellarum domini Iustiniani locos f aliter ac verustus earum interpres fecerit, accipiendos esse; sed & alia complurcula ex iuris tam Atheniensis quàm Romani corpore selecta rectius, quàm alij passim faciant, explicanda doceo. Quam ad rem ostendendam hac via

<sup>a</sup> Propertius ad Macrenatem Elegia 1. lib. 2. cuius initium, Quæ-

<sup>b</sup> iam inde ab anno reparatæ salutis 1574. vt e lex primis foret.

<sup>c</sup> Cap. 15. 16. 17. d Cap. 2. 19. & 20.

<sup>e</sup> Sub hoc titulo De poenis, vt ex indice Pandectis Pisani præfixo manifestum est.

<sup>f</sup> Vnum ex Nouel. 117. vt liceat matri vel auie, §. causas, vnde supra est authentic. sed nouo, C. ad leg. Iul. de adulter. alterum ex Nouel. 114. vt nulli iudic. §. si quando verò, & §. si quis verò, vnde sumpta authentic. sed hodie, C. eod. tit. de adul.

a I quamvis, in fine, C. ad l. iul. de adult. §. item lex Iulia, Instir. de pub. iudic. b Vide Cuiacii Obseruar. lib. 5. cap. 11. & lib. 20. cap. 18. c l. 4. C. Theod. quorum appell. non recip. d cap. cum haberet, ext. de eo qui dux. in mat. apud Greg. e l. cum qui, C. de adult. l. 1. in fine, l. quid ergo, §. 1. de his qui not. infam. f can. 99. texta Synodi vbi Balsamon videatur. g Lib. 1. cap. ultimo secundum Ecclesiasticos conciliorum canones. De poena eorum qui duas uxores ducunt, vel earum quae duobus nubunt Vvisgorthorum legibus imposta. vide lib. 3. tit. 6. cap. 2. h Can. 88. folio 248. & 249.

i De poena plures uxores habentiu vide post alios Iul. Clar. Sent. lib. 5. §. fornicatio, num. 30. k Cap. debitum, de bigamis apud Greg. Not. Alc. ad cap. perniciosam, de offic. ordinar. l iuxta illud Apostoli, Templum Dei estis vos, & qui violauerit templum Dei, disperdat illum Deus. m De laude vitae solitariae, epist. 1.

mihī progrediendum esse statui. Sacrilegos nuptiarum gladio puniri oportere; quod ex Imperatoris Iustiniani auctoritate iuris compilatores, vulgato illi Constantini rescripto, a ad extremum assuerunt; b quodque in Constantij & Constantis quodam rescripto in Codicem Theodosianum relato tanquam manifestos parricidas insui culeo viuos, vel exuri à iudicibus, oportere traditur: c ad eos videtur propriè pertinere, qui plures simul uxores, aut etià vnam alteri iam desponsatam, temerata sacramenti, hoc est, vel iurisiurandi, vel ipsius connubij religione uxorem ducunt d (quamvis olim eos non alia, quàm infamiae poena, sub Ethnicis Imperatoribus ex edicto Pratoris punitos verum sit e) quippe quoniam sine sacrilegio istud non fieri, tam ex Trullianæ Synodi canonibus, f quàm ex Frâcica Caroli Magni lege apparet: § cuius hæc verba sunt; *De coniugali autem relatione requisisti si desponsatam alij puellam, alter in matrimonium possit accipere, hoc ne fiat modis omnibus inhibemus: quia illa benedictio quam nuptura sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegij instar est, si vlla transgressione violetur.* Quamobrem legibus æquè ac ipsis canonibus, eos vt adulteros puniri, qui duas simul uxores habeant, vt Balsamon ad sextam Trullianâ Synodum h peritè adnotauit: quod ipsum ex cap. 85. tit. 37. lib. 60. Basilicân, ita in manuscripto meo ad exemplar Strossianæ Bibliothecæ (quæ hodie Parisiis apud Reginæ matris palatium visitur) olim Romæ à nobis comparato codice scriptum reperio, sic ferè; *δ δύο γυναίκας έχει παραβάς, & νόμος ἀλλὰ πάντω καὶ ἡγορεύσθ, καλῶς προκείσθ* (quod τὸ μοχθίας ἐγκλήματι. Atque hos iisdem integris alioqui puellis, hoc est, virginibus, sub matrimonij velamento vitium offerentes vltimo supplicio; cum autem vulgarem fœminam, meretricem aut viduam dissimulato aut pernegato priore coniugio ducunt, catamidiatos publicè, binamque vel trinam colum simgerentes, tanquam mulierosos ac fœminis mancipatos, vt Horatius loquitur, flagris castigari, ac relegari (quod banniri vulgò dicitur) vel ad triremes ad tempus dari, apud nos receptum est. i Non malè tamen aut contra germanâ verbi vim iusta interpretatione ad quoscunque adulteros produci solet ab interpretibus, atque pragmaticis: vel quoniam de sacramentis Ecclesiæ matrimonium, k & magnum esse mysterium constat in Christo & Ecclesia; quod per adulterium vtiq; violatur: vel potius quòd sacra sint corpora omnia, Christo sanctoque Spiritui dicata, qui in illis tanquam in templo habitat; l ideòque sacrilegium, & in libidine Hieronymus esse dixerit: ad Heliodorum sic ferè scribens; m *Neget auaritiã esse idololatriã, qui potest triginta argenteis Dominum venditum appellare iustitiã; neget sacrilegium in libidine, sed is qui membra Christi & hostiam viuã placentem Deo cum publicarum libidinum victimis nefaria collusione violauit.* Nec ad homines dumtaxat, verum etiam ad ipsas fœminas pertinuit, vt capitali poena, vltimòque gladij supplicio, illis Constantini, Theodosij, Valentiniãni, & aliorum Iustiniano vetustiorum principum temporibus plecterentur. Sanè quod Imperatoris Theodosij ætate, Romæ adulterarum fœminarum scortationes tintinabuli, siue

nolæ tinnitu ac sonitu publicari solitas; & ab ipso dein post superatum Eugenium Romam ingresso, id in posterum ne fieret prohiberetur, apud Cedrenum a legimus: *ἡ τὴν τὸ μοχθίας οὐδέων γυναικῶν ὕβρις τὸ ἐν πορνείας δὴ καὶ ὡς ἐλεγχόμενον περιέλασε*, quod ita Socrates b Epiphaniò c interprete, explicat, vbi de Theodosio; *Aliam rursus abrogauit huiusmodi rem, si quæ mulier in adulterio capta fuisset non emendabatur, sed potius ad augmentum peccati contradebatur. Includentes enim ipsam in angusto prostibulo, & admittentes qui cum ea fornicarentur; hora qua turpitudine miscbatur, tintinabula percutiebant, vt eo sono illius iniuria fieret manifesta. Hæc audiens Imperator permanere non passus est, sed ista prostibula destrui iussit, aliisque poenis adulteratam sanciuit affligi.* Non idè existimandum ita iis temporibus punitas, quæcunque stupri aut adulterij delata, atque conuictæ forent; sed eas tantum quæ in manifesto adulterio essent deprehensæ; quas hac ratione grauius quàm legitima & vetusta relegationis poena castigari crederent. Caterùm sub Theodosio & Valentiniano Imppp. praestituta omnibus nuptiarum sacrilegis gladij poena est; etiam fœminis (cum diuina lege d omnes vasa sua in sanctificatione possidere iubeantur) eamque adulterij poenam tum fuisse vsurpatam cognoscimus, ex eo quod ab Ammiano Marcellino, sic ferè scriptu alicubi; e *Tunc Cethegus Senator adulterij reus delatus ceruice perijt abscissa.* Et aliquid post, *Nec minus fœminæ quoque calamitatum participes fuisse similitudinem: nam ex hoc quoque sexu peremptæ sunt originis altæ complures adulteriorum flagitijs obnoxia vel stuprorum; inter quas notiores fuere Claritas & Flautiana.*

Adulterij poenam circa mares alienarum nuptiarum temeratores nequaquam Iustinianus immutauit; f verum crimini huic circa fœminas (quibus semper fauissè dicitur) leniorem gladio poenam imposuit: § quam Authenticarum, quas vocant, insularum Codici confector (siue is Irnerius, siue alius est quispiam) his verbis expressit; *Sed hodie adultera verberata in monasterium mittatur, quâ intra biennium viro recipere licet; biennio transacto vel viro prius quàm reduceream mortuo: adultera tonsa monastico habitu suscepto, ibi dum viuuit permaneat, &c.* quæ sequuntur. Non committam, vt quæ de variis in adulteros, atque adulteras & stupratores sancitis apud Romanos, Græcos, Barbaros poenis, ea hîc excrībam; quæ diligenter ante nos vndiquaque alij doctissimi viri h collegerunt. Nam cui bono? id potius quod ab ipsis secus dictum, aut pretermisum est, nec verò tradipotuit; huc more meo. conferam: in primis istud; non tantum Iustiniano ciuili iure, verum etiam canonico, mitius agi cum fœminis

a Pag. 266. histo. compendij b quem videtis Euseb. lib. 1. histo. lib. 5. cap. 8. Niceph. lib. 12. cap. 21. & Paul. Diacon. rerum Romana. lib. 13. c Lib. 9. Tripart. historia, cap. 24. Hunc à Fornario quoque vbi agit de lupanaribus locum; & alios complures notatos libro 3. selec. cap. 21. postea reperi: quib' possis ad iugere quod de B. Agnete in Breviar. Rom. legitur, ad diem Ianuarij 21. d Epist. D. Pauli ad Thesal. c. 4. vers. 4. εὐδυναί ἐκστραφὴν τὸ ἐμὸν σκεῦος ἐκείνου ἐν ἀγαθῶν καὶ τῶν κατὰ τὸν νόμον.

e Lib. 28. f Glos. in verb. accusationē, in §. Publico, 32 q. 1. Clar. li. 5. Sent. in §. adulterium, ver. 7. & ante ipsum Ioã. Fab. in d. authē. sed nouo iure, secundum omnes, vt ipse inquit, sed vsu tamē aliter obtinere vt pecuniaria hodie poena sit. g Nouel. 134. vt nulli iudicem. §. si quando. h Andæ. Tiraq. in legib. cōn. 13. num. 6. 7. & 8. 23. Boër. decif. 297. 298. & 338 Cuias, lib. 20. Obser. & ad Nouell. Iust. Bar. Brissò. ad l. Iuliam de adulteriis. Iul. Clar.

S s. 2.

Sentent. lib. 5. adulterium, vers. 7. post Didac. Couar. ad 4. Decret. 2. part. cap. 7. num. 16. & 17. Bod. cap. 3. lib. 1. de Republ. videtis insuper Leonis Nouell. 32. Nomocan. Photij, & apud eum Balsamon. cap. 5. titu. 13. & eundem Balsam. ad can. 88. Synod. 6. in Trullo, Demetrium Comatianum nost. quaest. 74 Vvisgorthorum leges lib. 3. tit. 4. cap. 13. 15. & viti. & cap. 2. tit. 6. Et Epitomen Basilici Græci fol. 124. Item de stupri in virginem poena apud Byzantinos veteres. Achill. Stat. lib. 2. de amorib. Clitophontis & Leucip. quæ talis fuit, vt stupratam in matrimonium duci oporteret, sicuti & apud recentiores Byzantinos sub Christianis Imperatoribus scilicet, si parentes vtriusque id vellent; alioqui contra, vt videtur est in Epitome lib. 60. Basilicân, tit. 37. cap. 73. & in Epist. Basilij ad Amphilo. vbi Balsamon, & can. 26. & 38. quod & à Pontificib. Rom. probatum cap. 2. & 3. de adulteriis apud Gregor.

nolæ

ex adulterij causa, quam cum viris; vt ne scilicet illa publicentur, & stent in solitis pœnarum locis propter metum indignationis maritorum, ad quorum notitiam vbi tale illarum delictum peruenerit, ab iis ipse de vitæ discrimine sibi metuendum habeant; sicuti D. Basilij cano. 34. epistola ad Amphiloichium continetur, ibique à Balsamone ostenditur; hoc insuper addito, *Viros autem adulterium confessos sine vlla huiusmodi satisfactionum indulgentia; cum nulla sit eiusmodi metus occasio pœnis canonicis subijci; nimirum ita vt, per quindecim annos sacramentis non communicentur, quatuor annis desinat, quinque audiat, per quatuor substernatur, duobus denique consistat*; iuxta ea quæ ab ipso Basilio traduntur, cano. 58. quarum pœnarum arbitrium & ius, apud nos hodie penes pœnitentiarios atque confessarios (quos vulgò vocant) id est, presbyteros, audiendis peccatorum confessionibus atque pœnitentiis, siue satisfactionibus iniungendis occupatos esse constat. Quod autem in adultero capitalem, hoc est, vitæ ademptio- nis pœnam permansisse nec similiter in adultera lenitam diximus; hoc apud nos in Gallia plerumque aliter se habet; vt adultero extra ordinem vel fustium siue flagrorum verberatio, cum traductione illa ignominiosa per solitas vrbs regiones; vel pro qualitate personarum (vt sunt pleræque omnes arbitraria, apud nos pœnæ non legitima in omnibus criminibus recepta) multa pecuniaria infligatur, nisi tamé facti circumstantia ad legitimam illam quæ capitalis est; & interdum etiam illa grauiorem inferendam pœnam exasperatos grauitate, aut geminatione sceleris, locique, personarum ac temporis habita ratio- ne, iudices commouerint. Quid enim si de cade marito inferenda ve- neno, aut gladio inter adulteros actum sit, deque matrimonio inter ipsos post illius necem contrahendo; quid si genialis ille thorus à fa- mulo vel cliente conspurcatus fuerit? quid si à propinquo vel affine, ita vt adulterio incestum adiunctum appareat? quo casu etiam lu- rrisconsultorum verustorum temporibus a tale admissum capitaliter vindicatum creditur. Quid si à viri domo traducta in longinquam regionem vxor, exportata domus, suppellex, viri pecunia expilata pro- ponatur? quid si vis & armata manus adhibita? quid si primaria cui- piam fœmina vitium oblatum, tantò notius, atque indignius, quantò illa nobilior aut viro principi nupta fuerit? Philippi quidem Pulchri Regis Francia dux nurus, Margareta Ludouici Hutini Nauarrorum Regis coniux, & Blanca Caroli comitis Marchiani vxor; cum ob satis apertam ipsarum libidinem in castellum Galliardi, siue Regis edicto (vt Gaginus b tradit) siue arresto curia, aut cognitionali principis decreto essent relegata; hostiarum quandam Margareta adulterij conscium, furcæ appensum, stupratores quoque (vt ille ait) immò adulteros Philippum & Galterum Daunoy fratres, menulis exsectis, pelle nudatos apud Pontifaram vltimi supplicij pœnam sub annū Christi M. CCC. XIII. subiisse constat. Possẽm huc alia nostræ veterisque memoriæ adferre, si vacaret, exẽpla quàm plurima irrogati adulteris vtrisque supplicij capitalis; ex arrestis supremarum huiusce regni curiarum; atque huius aded nostræ non pauca; quibus ipse cum inter

a l. si quis vi sua. s. D. de questio.

b Lib 7. Annal. in Philippo Pulchro, fol. 129. videt & Bernard. Cillard. libro 12. histor. Gall. ad annum 1113.

interfuerim, aut etiam prafuerim, maximam semper illarum quas dixi & similium circumstantiarum (quas Græci περιστάσις, pragmatici nostri qualificationes vulgò nominant) habitam rationem à Senatoribus quibusque prudentissimis memini; verum hæc nota in vulgus ipsum; ego abstrusioribus & remotioribus perquirendis atque con- gerendis oleum & operam libentius impendo, quam profectò mihi deperditam nolim.

Præterea hoc etiam notandum quod ex Demosthene aduersus Nearam nonnulli colligunt a non capitalem, sed infamiae pœnam le- gibus Atheniensium adulterio indictam verum non videri etiam si hæc Orator verba legis retulerit, *μὲν τῆ γυναικὶ θύξω εἰσιέναι εἰς τὰ ἴσθια τὰ Δημοτελεῖ ἐφ' ἢ ἂν μοιχὸς ἄλλῃ: ἐὰν δ' εἰσὶν νηπιονὴ πασχέτω ὅτι ἂν πάσῃ πᾶσι θανάτῃ*; quando vltimum irrogari apud ipsos supplicium Heliodorus b auctor est; vbi sic Thyssem Pfallria cum Atheniensi Cnemone verba facientem inducit, *τὴν δ' ἂν ἐναντιὸν ἄξιον εἶπαι εἶναι τιμωρίας ἢ ἢ διγυθὸς εἶναι φάσκοντα ἢ νόμον ἢ συνοικεῖντα ἔχοντα ἢ θάνατον τὸ τέλῃ ἢ παρανομίᾳ γυνώσκοντα μοιχῆ*. Demosthenes autem non negauit adulteræ inferri pœnam capitalem auctoritate iudicum & Atheniensium legibus, sed hoc nempe dixit deprehensæ in adulte- rio sacrorum publicorum accessu interdictum fuisse, si contra leges eò ingrederetur licere cuilibet è populo. Nam de magistratu non loquitur, qui custos legum est, & pœnam suo iure legitimam infert sine vllò iniuriarum actionis metu, ipsam omni cõtumelia probrive genere (dempra morte scilicet) afficere; quod infamia profectò gra- uius ei fuisse, cum & mariti domo & simul fanis pullam & eiectam se videret. Mortem ided exceptam ne sacrosancta loca ista ratione polluerentur, ac impiè fœdarentur. Atque hoc est quod idem paulò antea Demosthenes, *καὶ εἶσα μὲν ὁ νόμος τὴν τιμωρίαν ἐπὲρ αὐτῶν ἐφ' ἡντιχόντι* (hoc enim expendendum est) *διὰ τῆτο δ' ἐποίησεν ὁ νόμος πᾶσι θανάτῃ ἄλλα ὑβρισθῆσας αὐτῶν μὲν αὐτὸν λαβὼν δίκην, ἢ μὲν μὲν ματα μὲν ἀσθένια γίνῃ) ἢ τοῖς ἴσθιοις*. Atque vt omittam quòd adul- terum interficere deprehendenti permisit Solon: cum si liberam fœ- minam rapuisset aliquis eique vium intulisset, huic centum drachma- rum multam praestituit Plutarcho c teste, cuius hæc verba sunt So- loniam reprehendentis legem; *ὅπως ἢ πλάστω ἔχειν ἀτοπίαν οἱ περὶ τῆ γυναικῶν νόμοι* (Sòλων δίκῃσι. μοιχῶν μὲν ἢ ἀνελεῖν ἐφ' λαβόντι δέλωμεν, ἐὰν δ' ἀπάτη τις ἐλευθέρων γυναικῶν ἢ βιάσῃ), *ἢ μίαν δραχμῶν ἔταξε, &c.* quæ sequuntur: quòd adulterum, inquam, capitaliter ipsa lege Atheniensium punitum si persuasisset, non rapuisset alterius vxorem Lysias d refert; quo loco legem de adulterio explicans, ita loquitur: *ἕτως, ὡ ἀνδρες, τὰς βιασθῆσας ἐλάτῃσιν ἢ μίαν ἀξίαν ἡγόσατο εἶναι ἢ τὰς πείθοντας. ἢ μὲν ἢ θάνατον κατέγνω. τοῖς ἢ διπλῶν ἐποίησε τὴν βλάβην. ἢ γὰρ μὲν τὰς μὲν διαπραγματούσας βία* (Vaticanus codex habet βία) *ἐπὶ τῆ βιασθέντων μισοῖσιν, τὰς ἢ πείθοντας ἕτως αὐτῶν τὰς ψυχὰς διασφάλλειν, ὡσε οἰκειότερας αὐτοῖς ποιεῖν τὰς ἀλλοθίας γυναικῶν ἢ τοῖς ἀνδράσι ἢ πάσῃ ἐπ' οἰκείους τῶν οἰκίαν γεγονέναι ἢ τὰς παίδας ἀδίκους εἶναι, ὁποτέρων τυγχέ- νουσι ὄντες τῆ ἀνδρῶν, ἢ τῆ μοιχῶν ἀπ' ὧν ὁ τῆ νόμος τῆς, θάνατον αὐτοῖς*

a Bod. cap. 3. lib. 1. de Repub.

b Lib. 1. histor. Athiog. fol. 10.

c In Solonis vita fol. 163. libri ab Henr. Stephano impressi.

d ἢ περὶ τῆ ἐξο- τοθῆναι φέρεται, cū quo comparandus iste Xenophōtis ex Sym- phōtis, ἢ μὲν ὅτι γε ἢ βία ἢ ἐπὶ βία καὶ πείθῃ: διὰ τῆτο μὲλλον μισοῖσιν. ὁ μὲν γὰρ βιασθῆσας, ἐπι- τὴν συνοικεῖν δὲ πο- θῆσας ἢ δὲ πεί- θῆσας τῶν ἢ ἀνα- ποθῆσας ἀποθῆσας ἢ πείθῆσας. Vide- to eundem ip- sum Xenophon- tem, & in Hie- rone siue Tyran- nico; vbi de a- dulters impu- nè occisis. Rap- torem libera mulieris ex le- ge Solonis, de- cem duntaxat drachmis puni- ti solitum con- stat. Notatur lo- cus in libello q. inscribitur, *Iura ciuiliū fontes & vi- ui*, nuper im- presso sub annū 1580. sed pro, de- cem, legendum centum, apparet ex Plutarchi lo- co quem exhi- bui.

a In libello que euulgauit Henricus Steph. sub hoc nomine, l. 7. c. 1. fol. 54.

b Hierone pag. 530.

c Meminit et Nouel. Iustina. & Basilicis Eustathius Græcus iuris ciuilibus in libro de diuersis tēp. præfati. & tēp. vbi de biennio, & glos. in cap. Apostolus, in verbo, vico, 32. qua. 7. d. In cap. ex literis, de diuort. apud Greg. vide August. ad Ang. in verbo, Che hai adulterato la mia donna, num. 46. & glos. in d. cap. 22. literis, in fin. a Canon. de Benefic. 32. q. 1.

ἐπίνοιε τὴν ἡμέραν. Nec sit quamobrem excusari fœmina debeat, aut adultero leuius puniri, cui sciens volensq; sui tam facillè copiam dum facit; in viri domum tot importat suapre sponte ac propensione incommoda. Nicostratum quendam ita de sua vxore verba fecisse in quibusdam collectaneis a reperi, vt quam ob adulterium suo capiti timere, vel à iudicibus vel ab ipso forsitan marito oportuerit; καὶ φοβείσθαι τὸ ὄνομα τῆς μοιχῆς εἶγε τάντη μέλλει ζῆν ἢ μὴ ἀποφάσκεισθαι. Nam marito adulterum cum vxore inuentum perimere, aut eo. sicut veller vti licuit, ex lege Atheniensium columnæ ad Areopagum inscripta; qua lege vetabatur damnari quisquam ab Areopagitibus ob eadem ex ea causa perpetratam: διαφρόδῳ ἐρίῳ τῆτον μὴ καταγιγνώσκων φόνος (ait paulò antè Lysias) ὃς ἄρ ἐπὶ δάμαρτι τῆ ἑαυτῶ μοιχῶν λαβῶν τάντην τὴν τιμωρίαν ποίησεν, &c. καὶ τοὶ δὲ ἄλλοι ὅτι εἴτινα εἶχε τάντης μέλλει τιμωρίαν ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς ἐποίησεν ἄρ. & sub finem eiusdem orationis de legibus agens; οἱ κελύσσει μὲν (inquit) ἑὰρ τις μοιχῶν λάβῃ ὅτι ἄρ βέλῃ) χρῆσθαι. De quibus Atheniensium legibus haud dubiè sensit Xenophon; b quo loco, μόνος γὰρ τῶς μοιχῆς νομίζουσι πολλὰ τῶ πόλεως νηποιὰ ἀποιένειν. Quòd si adulterum interficiendi marito ius fuisse constat; vxorem quoque adulteram occidèdi marito facultatem minimè denegatam, verum est, atque ad eò capitali supplicio affici solitam ex legibus que huius criminis τῆ μερίτης τῆ ἀδικημάτων (vt Lysias loquitur) ad magistratus delata. & rea peracta esset à marito; probabiliter si non verè asserere, ac tueri possumus: quanquam in eo non esse Asiae fortunas positas scimus.

Rursum quod Authentica illa ex mente Iustiniani comprehensum est de recipienda intra biennium à viro, si ei collibuerit, coniugè adulterij damnata; c sic accipiendum existimare me vt in inuitam quoque id iuris ipse habeat, ex iusta & aqua interpretatione Romanorum Pontificum; d dum tamen id animo mariti faciat, non quo magis de ipsa supplicium sumat. Huc enim spectat doli mali mentio in illo canone e quo Pelagius Pontifex adulterum, atque adulteram maectatos atque decaluatos separari iubet; *Illam verò siquidem maritus sine dolo aliquo fortè accipere voluerit sub cautela recipendam* (hac scilicet) *quòd ipse nullum ei nihil dumtaxat de cetero simile committenti periculum sit allaturus*, quam cautela siue cautionis formulam indito isto nomine *Nihil*, quod in vulgaribus codicibus deest; ita, vt à me proposita fuit, castigari oportere videram, prius quàm Decretum ad Romani exemplaris nuper emendati fidem excusum consuli iuberem; cuius auctoritate non minùs quàm vetusti manuscripti decreti quod penes Franc. Caluentium Regium in hoc Senatu consiliarium meumque consobrinum est; meam coniecturam esse confirmatam ipse mihi gratulor & gaudeo. Sanè alioqui contra bonos mores ansam idem flagitium admittendi ei, quæ semel deliquit, prabere talis cautionis ac securitatis præstatio videatur: cui propudiosè ac nequiter esse in posterum gerenti cautum à marito esse Pontifex velle non debuit; sequitur apud Pelagium. *Si verò eam omninò recipere noluerit, in alium quendam locum in quo ei non liceat malè viuere,*

viuere, prouida eam dispensatione constitue. Quod inquit Pontifex hoc fit haud dubiè, si ex constitutione Iustiniani vel in monasteriū, vel in metanæam detrudatur. Idemque omninò existimari debet, si vel hoc ipso quod cautionem illam præstare noluerit, vel alia ex causa suspectus offensus, erga coniugem adulteram, animi maritus fuerit: hoc enim casu diuortio locum esse, nec inuitam cogi debere vt in manum potestatemq; lapsi viri reuertatur à Demetrio a Chomatiano tum Charophylace; b postea verò Archiepiscopo Bulgariae prudentissimè olim responsum scio: cuius rei fidem certissimam exhibet is liber, quem de variis iuris Orientalis quaestionibus elegantissimis characteribus exaratum, & Romæ cum essem à Graculo Mercatore ante octo & viginti annos, & quod excurrit comparatum, huc mecum extuli. Etenim illius hæc ferè verba sunt, quæ tam bona fide reddam, quàm libenter typographo cuiquam (si quis me roget) excudendum librum, ac iuris vtriusque studiosis fruendum permisero. ἐξήτησαμ ἔρ ἢ τῆ λάβας (hac adulterium à se perpetratum confessus fuerat) γονῆς ἀσφάλειαν τῆ ῥάδης (hoc mariti nomen) ὡς εἰ ἀφῆσας αὐτῶ τάντην σιωποῦμεν καθὲρ δὴ ἢ αὐτος, ὡς εἰ ἔξερ Ἰσοχρόμῳ ὁ ἦρ. ὁ ἢ ἀνανεύσας πάντη πρὸς τὸ θῆσθαι τοιάντην ἀσφάλειαν ἡλιθὴ μόνῃ καταθέσθαι τὴν μετ' αὐτῆς ἔλεγε σιωποῦμεν ἀγαπᾶμεν, &c. ὡς ἢ δὲ ἴσῳ ἢ ἀεσποτικῆ θῆσά μεγαλειότης τὴν τῆ ῥάδης κατὰ δόσον ἔσῳ μᾶλλον ἐπιβεβῆν ἢ τῆ σλάβας, ἢ ἀγάπησιν; διαλύσῳ τῆσθαι κατελεθῆσθαι. ἔσῳ ἢ διετίας ἐξῆσθαι τῆ ῥάδης πρὸς τῆ νόμῳ τῆ γάμου μετὰ τῆ σλάβας ἀνανεύσασθαι εἶτε εἰ; καὶ τὸ διαλύσῳ. Ipse verò maritus inuitus vxorem adulterij pertempam atque damnatam recipere non teneatur; nisi se quoque adulterium admisisse inficiari non possit: quem admodum ab Innocentio III. Pontifice scriptum est. c

Olim ne volens quidem poterat, ne lenocinij reus fieret è iure antiquo d populi Rom. ad exemplū iuris ciuilibus Atheniensium comparato; cuius & apud Demosthenem κτλ νεώτερος mentionem fieri ante nos alij e notarunt: cum patronum esse turpitudinis, qui celat crimen vxoris; ipse Pontifex Roman. f & scriptura diuina & sacrosancta tradiderit. Sed neque ex Vvisgotthorum g legibus, cum reducta in potestatem suam adultera marito rem habere vel sub renouati coniugij prætextu concedebatur; nisi sic, vt de rebus adulteræ nihil esset habiturus. Hodie post biennium quoque non quidem iure ciuili, quod Nouella Iustiniani principis introduxit, sed iure canonico, vel potius diuino licebit viro & post biennium vxorem retere; ac è monasterio ad se reuocare, ipsique reconciliari: præsertim si post legitimam penitentiam, atque idoneam satisfactionem, ad frugem melioris vitæ conuersa scilicet, à proprio Parocho vel Episcopo Dei vicario delicti admissi veniam impetrarit. h Quinetiam æquum est, & Christianæ charitati consentaneum, vt solemniter absoluta ipse quoque iniuriam remittat (quanquam hoc facere non cogatur i) & vxori, cum qua iuxta B. Augustini sententiam, & ipsos adeò

a Citatur à Curia nostro aliquot eius loci à me ipso exhibiti, sed sub Demetrii Charophylacis nomine. b De huius munere ac dignitate videtur Balsamonè ad can. 9. Synodi 7. quæ Nicæna secunda est. c Cap. penult. in fin. de adulter. apud Gregor. d l. castitati, l. sine metu. C. de adult. l. 2. §. 2. D. eod. titu. l. lege Julia, D. de rit. nupt. Balsam. ad Photium, tit. 13. de laicis, cap. 21. fol. 99. e Briffon. Paris. Præses lib. singulari de adult. fol. 184. f Cap. quemadmodum, §. illud, vers. quod si expressè, de iure iur. in antiq. g Lib. 3. titu. 4. cap. 12. h Alioquin retinens vxorem maritus, aut reuocans ad se, nō peracta per ipsam penitentia; pro lenone ac participipe delicti haberetur, cap. si vir, & ibi Panor. de adult. apud Grego. sed hac de re videtur in penitentiali Romano, titu. 7. de variis criminibus, cap. 16. vbi ex Ioāne Chryso. penitere vult eum duobus annis quæ cum vxore adultera, quæ adhuc crimine suo purgata non est, se se miscuerit; abstinere enim à matrimonio eius debere donec expleatur satisfactio criminis penitentia suæ: idèd quia post satisfactionem penitentia non meretur (inquit) vocari adultera. i Notat Panor. in cap. gaudemus, num. 3. de conuersi. coniug. apud Gregor.

a Cap. quemadmodum, eod. de iureiur.  
 b Cap. 2. de diuort. apud Greg. & 32. q. 7. c. licite, c. placuit, c. omnes, & cap. quemadmodum.  
 Notat Abbas Patormi. in c. cum his, nu. 4. c. constitutus, num. 5. & c. gaudemus, nu. 2. de conuerti. conuerti. & in c. ex literis, nu. 5. de diuort. cap. vitim, num. 3. de adult. in antiq.  
 Hoc ipsum ex vulgata Theologorum & Canonistarum opinione Corasium non esse video lib. 3. Miscella. c. 70. ad extremum vbi ait solum D. Ambrusium ex ea causa tribuere viro ius ducendi alteram, cap. vxor, 32. q. 7. eiusque sententiam Erasimum tueri in annot. ad 7. cap. prioris epist. D. Pauli ad Corint. August. profecto tract. 9. in Ioanem, Propterea in causa fornicationis (ait) licet uxorem dimittere, quia ipsa est: vxor prior noluit, quia fide coniugalem marito non seruauit. Sed dimittendi verbum ad illam thori dumtaxat separationem, non ad vinculi dissolutionem à nostris Theologice magistris referendum traditur. Vnde in capitulario Caroli Magni lib. 7. in addit. ex Beluac. eod. fol. 335. Vir vero eius (adultere) illa viuente nullatenus habebit licentiam, aliam ducere uxorem, &c. in quibus idem circa virum adulterum statuitur. c. d. cap. gaudemus, num. 4. d. Epist. 1. cap. 7. vers. 11. cap. Apostolus, cap. placuit, 32. q. 7. c. cap. quemadmodum, circa finem de iureiur. in antiq. f. Ad auth. sed hodie, C ad l. Iul. de adulter. g. In verbo legitimam, in fine. h. Post lib. septimum fol. 334. pag. 2. & fol. 335. edit. Paris. anno 1588.  
 i. Vide arceffa in eam 22m plurima apud Papo. tit. 9. lib. 23.

adeò synodales Ecclesiæ Romanæ canones, vinculum matrimonij etiam post adulterium perperratum, & ex ea causa licitè dimissam à sua cohabitatione vxorem; a durare creditur; b bona fide reconcilietur, eamque in ades recipiat suas: adeò vt reconciliando sibi conuersam, id est, emendatam; maritum mereri Panormitanus asserat, c Perpetuum namque illud Domini præceptum esse, quod praterite non poterit, B. Pauli scriptis ad Corinthios d comprehensum: *ἐὰν ἵς ἡ χωρισθῆ, μὴ τὸ ἀγαθόν, ἢ ἐὰν ἀνδρὶ καταλλαχθῆ, ἢ ἀνδρὶ γυναικα μὴ ἀφίεναι.* Tum istud quoque quod in eam rem probatum & ab Innocentio Pontifice reperio: e *Sed nunquid vir non potest dimittere vxori peccanti, non solum septies, sed etiam vsque septuagesies septies, secundum dñm Euangelicam veritatem?* Atque hoc quidem posteaquam superiora exscripsissem, ab vno Baldo (nam hac de re ceteri Doctores nihil omnino asserunt) annotatum fuisse, amico meo eodemque Senatore huius Curia lectissimo istam perquirendi operam nobis nauante, comperi. Baldi ergo hæc verba sunt, f in textu ibi, *Intra biennium: de iure canonico potest perpetuo, & istud ius seruare debemus in ista materia. Quò forsitan spectans glos. in cap. tuæ, s de procurat. apud Gregor. sine vlla temporis præfinitione annotauit, sic ferè; Et potest vir vxorem conuictam de adulterio & condemnatam retinere si vult, & vxor virum: tanquam non intra biennium modò, sed & postea cum libuerit perpetuo reuocare possit.* Hoc ipsum sensisse videtur auctor capitulorum ex Beluacensi codice additorum ad Caroli Magni & filiorum capitula: h vbi de adultera posteaquam hoc dixit, *Vir vero eius illa viuente nullatenus habebit licentiam aliam ducere vxorem: subiicitur statim, Quòd si voluerit adulteram sibi reconciliari (non ait intra, vel post biennium, quod animaduertendum censeo) licentiam habeat, ita tamen vt pariter cum illa pœnitentiam agat, & exacta pœnitentia ad communionis gratiam, sicut superius continetur insertum, vtriusque accedant.* Et similiter statim, vbi de adultero viro; *Maneat tamen innupta quandiu vir eius vixerit (ab ipsa scilicet propter fornicationem dimissus quod itidem ei licere dixerat) quia nec ille habet potestatem, aliam accipere prima viuente, nec illa primo. Habent tamen (inquit) potestatem semetipsos reconciliare.* Quamobrem quod in vsu hodie apud nos receptum, vt in arrestis, atque sententiis in adulteras ferendis hæc apponatur iuxta Iustinianicæ Nouellæ ius clausula; *Vt intra biennium à monasterio à maritis reuocari possint reconciliationis gratiâ:* i equidem hoc temperamento abhibito explicandù ita censeuerim, vt quotiescunq; maritus oblato supremæ curiæ libello vxorem sibi restitui maritali affectu tractandâ petierit; prudenter, pietique ac pro suo officio facturus sit Senatus, non quidem ipso iure, sed ex equitate maxima; si tam Christianæ, ac religiosæ petitioni annue

annuerit: quod etiam à Senatu hæctenus denegatù alicui fuisse non intellexi. Nec verò est quod ob taxationem illam biennij sententiâ, vel arresto, vel ipsâ etiam nouellâ comprehensam, ita quis veluti κατ' ἀντιδιαστολήν, & à contrario sensu argumentetur; secundum ea quæ traduntur in l. cum Prætor, D. de iudiciis, l. ex eo, D. de testibus, tanquam postea non liceat; quod fecisse tamen præsidem Boërium video; a existimantem, nisi post castigationem verberum, damnatam adulterij à viro retrahi ad reconciliationem neutiquam debere: cum circa pœnalja (quæ odiosa esse nemo nescit) argumento isti non faris per se alioqui valido locus esse, non possit; b quo minùs id quod benignius est sequamur, iuxta iuris regulam, quæ iubet in pœnali-bus causis ita vt diximus constitui.

Non prætermittam quòd possit aliquis non absque ratione (cùm ab interpretibus nequaquam definiatur) dubitare, vtrum idem biennij tempus fœminæ, quæ ex adulterij causa virum repudiari, separationem certè tori à iudice impetrauerit; præstitui hodiè debeat: existimasse scholiastè Harmenopuli, c ex nouo iure Orientali sex menses à iudicibus concedi solitos, intra quos eam sibi reconciliare vir posset, ipsa verò remittere offensam inuita neutiquam cogeretur; sed post id tempus in proposito permanens dote recepta seorsim à marito degeret: sic enim Græca ista (vt nunc quidem est) malo exponere, quàm quod interpret fecit, de monastica vitæ professione interpretari, & δ' ἀτελή τὴν ἐντασίμ ἢ ἀκλήν πρὸς τ' ἀνδρὶ γυναικί, τότε μετὰ τ' ἐξαμηνιαίων κημέρων λαμβάνουσαν τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα μετέρχεσθαι βίον. Moribus verò nostris vbi de mariti adulterio, vel concubinato mulier conqueritur, etsi accusari eum ab ipsa non posse, prout iure quoque ciuili comprehensum est, d vulgò existimetur: attamen ex æquitate iuris Canonici, e separationem tori, bonorumque sine vlla temporis præfinitione, ac sine donationis propter nuptias siue dotalitij casu; iuxta Senatusconsultum Parisiense ab alijs notatum, f facienda verius arbitror. Et animaduertendum censeo, quod in illo canone Pelagius Pontifex adulterum pœnæ capitali vetustæ eximit: circa quem nihil fuerat à Iustiniano immutatum, vt antè monui. Nam eum similiter atque adulteram mactatos, hoc est, punitos atque castigatos, itémque caluatos, & ab inuicem separatos; in diuersa loca relegari, vbi similia scelera perpetrare nequeant, præcipit. Videtur enim hoc tacito ciuium consensu post Nouellam Iustiniani editam receptum; vel posteriore forsitan aliqua principis eiusdem aut alterius constitutione inductum hoc ius, vt non grauius animaduertetur in adulterum, quàm in adulteram: ante ipsum quoque Leonem Philosophum atque Imperatorem; qui, cum olim id facinus morte puniretur, visum esse posterioribus tradit Nouella sua 32. § mitiorem proferre sententiam: & addit ex interpretatione quidem Agylæ non incommode; *Ac verò nos ferè ad benigniora trahimur, quàm illi constituerunt pœnam, vt nempe nasus detestandis illis ambobus abscindatur, hanc & nos statuimus: atque hæc quidem nefarij istius sceleris esto pœna, &c.* Hæctenus Leo; cuius cõstitutionis hanc synopsis

a Decif. Burdeg. 298. ad finem.

b Vide Panor. in c. plerunque, nu. 8. de donat. inter vir. & vxor. apud Grego. ex c. statutum, de electio. lib. 6. & reg. odia, reg. in pœnis, de reg. iur. in 6.

c Ad li. 6. Proch. ti. 2. μετὰ μείχθῆ, cap. 16. 17. 18.

d I. I. C. de adul. quod ius ab Hieronymo improbat in Epitaphio Fabiole ad Oceanum epist. 30. sub init. in col. 253.

e Cap. tuæ, de procurat. apud Greg. notat Pap. arr. 5. titu. 2. lib. 24. arrest. f Pap. arr. 1. titu. 9. lib. 22.

g μετὰ τ' ἐστὶ ἀναποφύρο ἀλόγος μετὰ τ' ἢ μετὰ τ' ἀλόγος. videto & Balsam. ad Phot. tit. 13. de Laicis. fol. 5.

<sup>a</sup> Circa annum Christi 545  
<sup>b</sup> Lib. 1. de edif. instit. sub fin. citatur ab Elpenfio libro 4. de continentia, cap. 13.  
<sup>c</sup> In verbo habitu, in authen. sed hodie, C. de adulter.  
<sup>d</sup> c. portetum, c. ex parte, de regula. & transeunt. ad rel. in antiquis. & vide Clem. 1. in prin. cip. de relig. do. mib. & glof. in cap. 3. in verb. habitu non mu. tato, d. c. regul. apud Bonifac. c. 5. 1. & s. vlti. Nouella apud quos oportet caul dic. mon. f. Cap. 16.  
<sup>g</sup> Lib. 3. tit. 3. c. 8. & 10. & tit. 4. cap. 17. & titu. 6. de diuort. cap. 2. & lib. 6. titu. 2. cap. 5. de malef. & lib. 12. tit. 3. c. 2. 3. 6. 8. 11. & 12. in fine.  
<sup>h</sup> can. 17. Gangr. conc. can. quacunque, dist. 30. i Vide Claud. Espenſu Theo. log. Parisienſem de continentia, lib. 4. cap. 13.  
<sup>k</sup> Harum fit mē. tio in conc. Tri. dent. oecumeni. co, ſect. 25. c. 18. quas mulieres tertiarias ſeu de pœnitentia dici tradit Pius V. Ro manus Pontifex in Bulla data Ro. me 9. mēſis Iun. anno à nat. Do. mini 1566. ſuper clauſura & re. formatione mo. nial.  
<sup>l</sup> Vide quæ de attributō ſcor. rillis pœnitenti. bus diuerticulo tam à Rege ſan. do Ludouico ex Gaguini lib. 7. quàm à Carolo VII I. & Ludouico XI I. Galliæ Regg. ex Nicolai Gillij A. inal. retulit Elpenſus Theologus Pariſ. doctōſ. lib. 4. de continent. cap. 13. ad extrem. videto ipſum N. w). G. 1. ad annum 1497.

vel epitomen in meo nanuſcripto compendij Baſilicōn per eundem Imperatorem editi codice deprehendo: ἡ μοιχαλιθία γυνὴ ῥηδὸς ἄτα. μὴ κινδυνεύει. ἄλλωτε μὲν ὁ συμφορᾶτος μοιχὸς τῆ δμοίᾳ τῶν ἡ ἑπομένῳ, &c.

Porro autem quod tonſam adulteram habitum monaſticum ſu. ſcipere, ibique dum viuut permanere Juſtinianus voluit; hoc forſitan Pelagius, qui eius Imperatoris temporibus Romanum Pontificatum tenuit, annis poſt emiſſam illam conſtitutionem ferè quatuordecim a non admodum probauit: ne mali exēpli auctor eſſe propterea cen. ſeretur, ſi probroſam ſœminam in monaſterio cum virginibus (licet pœnitentiæ peragenda gratiâ) degere ſineret; à quibus omnis non modò laxa caſtitaſ, quæ Chriſto dicata ſit, ſuſpicio abeſſe; verum etiam leue quodlibet tantæ labis periculum præcaueri, ſummi paſto. ris diligentia debuerit. Ac facile mihi perſuaerit, ipſius potiſſimum inſtinctu, atque hortatu metancœam illam, hoc eſt, monaſterium pœ. nitentibus ſœminis, & ad bonam frugem reuerſis ſeparatim à virgi. nibus operoſiſſimum ab Imperatore illo poſteâ extructum; cuius à Procopio in hæc verba fit mentio: ἡ μοναſτήριον μεγαλοπρεπὲς κατεſτή. ſατο κατὰ λόγον τῶν μεταμελημένων γυναικῶν, ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ ἐσόμε. νον. διὸ δὴ καὶ μετάνοιαν τῶτο δὴ τῶ γυναικῶν τὸ διαγυνητικὸν δμῶνίμῳ τῷ ἔρ. γῶ ἐπινομήσασιν. Atque huc etiam pertinet quod poſt Ioannem ait Accurſius; c non tamen eſſe monacham, quæ habitum monaſticum ſuſceperit. Egregiè verò Accurſius, & ex peritia ſcilicet iuris, quo utimur canonici; iuxta quod, non habitus, ſed profeſſio regularis mo. nachum facit. d Verum non ita forſitan ex mente Juſtiniani, & eo ci. uili iure, quod ipſius temporibus obtinuit, ſicuti poſteâ dicemus; quanquam Juſtinianus ipſe in Nouella 79. e Et in ea ſanctiōne Prag. matica f quæ Nouellis à Iuliano Patricio abbreviatas adiuncta eſt, à mulieribus Deo ſacratas habitum religioſum habentes ſeparat. Ha. bitu igitur monacham atque aſcetriam præfert; non tamen eſt mo. nacha; quæ poſteaquàm in monaſterium iudicis iuſſu detrufa eſt, vorum non emiſit, etiam ſi tonſa ſit atque decaluata, vt verbo Pelagij Pontificis prout in legibus Vyſigothorum crebrò g uſurpatum eſt, vtat (ex quarum mente id uſurpari ad deriſionem atque ignomi. niam ſolitum; tanquam quæ ius ſubiectiōnis, amputata, quæ ad me. moriam ſubiectiōnis illius data eſt. coma, reſoluerit h) neque ad id votum religionis facile admittenda eſt: in ſancto præfertim virginum conſortio (à quibus ſeparatum vouendi ritum ipſas quoque viduas habuiſſe conſtat i) nec receptam cum virginibus deuirginatam; il. lam maximè quæ ex tam grauis delicti cauſa pœnam hanc abſciſſio. nis capilli ac detrufionis in monaſterium veluti perpetuæ cuiuſdam cuſtodix ſubiſſet, non quò Angelicæ illius vitæ dignitate honorare. tur: imò ne inter conuertitas k quidem, ac pœnitentes recepta, vi præ. turæ, ac iuſſu magiſtratus potiùs quàm ex Eccleſiaſticis Ioannis cu. iuſpiam Epifcopi Pariſienſis anno 1497. l editis conſtitutionibus

(iuxta

(iuxta quas vt in ipſarum cœnobium atque metancœam nullam quæ virgo ſit; ſic quoque nullam quæ virum habeat recipi poſſe, aut ſo. lere certum habeo) ad vitæ monaſtica profeſſionem ſtatim ab ex. acto probatiōnis anno ſecundum B. Auguſtini regulam ex iuſdem ſtatutis faciendam, niſi marito mortuo, vel religionem ingreſſo, aut certè (ſit eius ætatis tamè, vt ſine ſuſpiciōne in ſeculo remanere poſ. ſit) caſtitatem promittente admitti debeat. a Nec aliter accipiendum quod Gregorij noni Decretali epiſtola b continetur; mulieres quæ relicto maritali toro lapſu carnis ceciderint, ſi mariti eas ad melio. ris vitæ frugè conuerſas recipere propter Deum noluerint, in clau. ſtris eſſe cum religioſis mulieribus, vt perpetuam ibi pœnitentiam agant, collocandas. Nam etſi mulieris nomen ad ſœminas integras & intactas plerunque pertinere non ignoro; quod & iuris c eſt, & vetuſtorum Theologorum auctoritate non caret Hebræum loquen. di morem exponentium; d de virginibus tamen earumque aſcete. rio, ſiue parthenone (cuius meminit Baſamon ad can. 16. Chalcedo. ſynodi. e) Pontificem ſenſiſſe vt credam adduci nullo modo poſ. ſum; ob eam illius periculi rationem, quam ſuperiùs propoſui: quæ cum circa homines ceſſet, quorum nullum parthenona, ſed mona. ſterium & cœnobium dici conſtat; idèd nihil mirum ſi in monaſte. rium detrudè agenda pœnitentiæ cauſa corporaliter caſtigatum ſtu. pratore virginitatis clericum, vltimam gladij pœnam ex legibus com. meritum, earum duritiæ mollita Gregorius Magnus Pontifex conſti. tuerit: f de qua nulla ſit egrediendi ſine præcepto licentia: quando ipſe quoque D. Hieronymus g Sabinianum Diaconum ſolicitatorem ſacræ virginis ad ſtuprum, ſcribit ſe vt ageret pœnitentiam horratum eſſe; & in cilicio & cinere volutaretur, vt ſolitudinem peteret, vt vi. ueret in monaſterio, vt Dei miſericordiam iugibus lacrymis implora. ret: nihil mirum ſi clericum adulteraſſe confeſſum, aut conuictū de. poſitum ab officio communionem conceſſa in monaſterium toto vi. tæ ſuæ tempore trudi, non tantum Aurelianenſi tertiâ Synodo de. cretum h fuerit, ſed etiam Pelagij Pontificis auctoritate comproba. tum; i ſi clericos in latrocinis vel aliis magnis ſceleribus deprehen. ſos Innocentius tertius à ſuis ordinibus degradatos arctis monaſte. riis includi ad pœnitentiam peragenda, ſanxerit; k quo caſu tamen non tam monachos, etiam ſi monaſticum habitum ſuſceperint, quàm pœnitentes eſſe, imòd nihil vtique aliud, quàm pœnitentes dicendos. Hormiſda Pontifex l voluit: qua etiam ratione Agathenſi concilio m laicam tantummodò communionem eos accipere debere conſtitu. tum fuit. Vnde forſitan explicandum quod eſt in cap. 10. ſi quis cle. ricus, & can. 14. ſi diaconus, diſtinct. 81. vbi de communionem agit. Itaque detrufos & ad tempus in monaſterium ex falſi teſtimonij, vel alterius delicti cauſa ſacerdotes olim ex conſtitutione Juſtiniani

T t. 2.

i. Cap. Romanus, ead. diſtinct. k. Cap. inter ſolicitudoines, in ſu. de purgat. can. apud Gregorium. vide. & cap. reperiuntur, 1. quæſt. 1. & cap. omnis in ſu. 12. q. 1. & glof. vltim. in cap. penult. eodem de hæreticis, apud Gregorium. l. Cap. ſi ille, diſtinct. 50. facit can. de lapſis, 6. quæſt. 6. cap. in primis, 2. quæſt. 14. m. Can. ſi Epifcopus, ead. diſtinct.

a c. Agathoſa, c. ſi quis, 27. q. 20. & c. quia Aga. thio, & c. ſcripſit nobis, cap. 1. c. cum ſis, c. vxor. ratus, c. Apoſto. licam, & c. ſigni. ficauit, de con. uerſ. c. iug. apud Gregor. b. c. gaudemus, de conuer. con. iug. apud Greg. vbi glof. illi Ac. curſianæ ſimilis in verbo, in clau. ſtris. c. largento, 25. s. muliebri, de aur. & arg. leg. 1. mulieris, 13. de verb. ſigni. vbi Fornerius poſt Briffonum Le. xico. ex 1. 81. de legar. 3. d. Vide D. Aug. cap. 28. de con. ſenſu Euangel. & in Matth. c. 9. e. Fol. 183. f. c. 2. de adulte. apud Gregor. g. Epif. 48. ad Sa. binianum de iis qui pœna cauſa monaſterio ad. dicuntur nō mo. dō clericis, ve. rum etiã laicis. Vidèda 111. No. uella, cōſtitutio Leonis Impera. tor. 9. vit. & Gre. gorius Magnus. lib. 10. epiſt. 35. & lib. 11. epiſt. 50. & 53. & aliis pluri. mis in regiſtro. epiſtolarum lo. cis; & capitulo. Caroli Magni ac filiorum addi. 3. cap. 8. folio 370. pag. 2. & lib. 6. cap. 24. fol. 217. ſed & de eo qu. quis clericū vel monachum oc. ciderit, cap. 50. lib. 6. folio 190. pag. 2. h. Cap. 7. in c. ſi quis clericus, diſtinct. 81.





a Mentio istoru fit in Nouel. Iu- stini. 115. cap. 23. & Nouel. 123. de sanctif. Episcop. cap. 30. & apud Heracliu & Con stant. Nouell. 4. Ex qua in glos- sario Iuliani E- pitomæ apposi- to.

b Quomodo o- porteat episc. 9. quanta igitur, 6. si quis rapuerit, 27. q. 1.

c Videto Abba- tem. Tritemiu.

d Lib. 9. cap. 40. vbi tamen ipse non reperit, sed ex lib. Espenzi sumpta, huc con- gressi.

e Lib. 9. à cap. 41. vsque ad fin. lib. & cap. 15. lib. 10. & cap. 20. f. Homil. 22. sub August. tit. Sanè & in Thebaide qui semel mo- nasterialem ve- stitum induisset, nulli penitus co- piam disceden- di permissam; nisi hoc ordine & professione indicatus indi- gnus, cum con- fusione & nota eorum cunctis fratribus depo- sita veste mon- asterij pulsus fo- ret, licet nondum facta professio- ne, Ioanes Cas- sianus tradit lib. 4. monast. instit. cap. 6 & 7. g. Epist. 4. h. Epist. 9. cap. 13. c. puella, 20. q. 1. apud. Grat. vadens etiã con- ciliium Toletan. 12. cap. 15.

rauerint: non modò ministerium Ecclesiasticum ipsi cum diariis hoc est, quotidianis annonis adimendum; sed monasterio insuper eas tradendas, vbi omne suæ vitæ tempus exigant: à ἧ τὸ ἐπιρρη- ται πρῶτον τὸ ἐκκλησιαστικῆς ἐπιμελείας καὶ τὸ ἰδίῳ διαίτῳ ἀλλοθρίων ἐν ( de diaconissa loquitur ) ἐν μοναστείῳ παραδίδοσθαι, καὶ κατὰ πάντα τὸ ἰδίῳ ζωῆς χρόνον διατελεῖται, &c. Meritò quidem istud, & ex eorum conse- quentia quæ circa diaconissarum electionem, ætatē, atque in ascetico cōuersationem, si essent minores annis quinquaginta, Iustinianus Imperator olim Nouella sexta b constituerat. Gregorius sanè Turo- nensis æqualis. ( vt ferunt c ) illius Gregorij Magni quem citauit mo- dò, temporibus, coactas sub pœnitentia in monasterium redire, tum quoque mulieres, quæ post fidem Christo recte cælo promissam, hoc est, virginitatem Deo dicantur à claustris Pictauiensis monasterij, im- mò de cælis nubendi causa excessissent, seseque turpium adultero- rum & sacrilegorum potius scelere, quàm maritorum scedere con- taminaissent: his Gallorum Episcoporum epistolæ verbis allatis, d ma- nifestum facit; Ita vt si fortè relicto Christo voluerit homini nubere diabolo captiuante; non ea solùm quæ refugit, sed ei coniunctus turpis adulter, & potius sacrilegus quàm maritus, & quisquis hoc venenū ma- gis, quàm consilium ministravit, simili cum illa vltione cælesti iudicio nobis optantibus percellatur, donec separatione facta per competentem exercendi criminis pœnitentiam, à loco vnde fuerat egressa, recipi & ad- necti meruerit. Quò etiam pertinent, quæ de quadraginta moniali- bus Chrodioldem & Basinam Chariberti & Chilperij Regum filias tanti facinoris duces habentibus, vt claustra illius monasterij disfrum- perent, matrimonioque copularentur, deinde à Macrone comite re- pressis; ac tum postea veniam pœnitentia peracta petentibus, seque cum charitate monasterium ingredi, & nihil de regula transcendere promittentibus, in synodo ad communionem receptis, & Pictauium regredi iussis; idem Gregorius retulit, e Monachus peccati ( dicebat alicubi Casarius f ) miser monachus es; monachus tamen es, nullatenus nobis licet mutare propositum, sed in pœnitentia locum reueri. Ansel- mus quoque Cantuariensis g ad dominā quandam à monachæ pro- posito lapsam; Quem ( ait ) soror & filia mihi charissima diu sanctæ conuersationis habitum portasti, quomodo reliqueris, quid passa sis, au- feceris me non latet, &c. Impossibile est te vllò modo posse saluari, nisi ad habitum propositumque abiectum redieris: & addit, quod valde no- tandum cenleo: quamuis enim nec ab Episcopo sacrata sis, nec coram eo professionem legeris; ea tamen manifesta est, & negari nequit; quia publicè & secretè propositi habitum portasti, quo non minus quàm pro- fessionem legendo omnibus videntibus. Deo te dicatam affirmasti. Hac ille: quibus congruit, quod Leo primus h ad Rusticum Episcopum Narbonensem, puellas quæ spontaneo iudicio virginitatis propo- situm, atque habitum susceperint, nuptiis postea electis præuaricari, etsi nondum consecratio accesserit: cuius utique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent: & quod D. Ephrem de ipso quoque monachorum habitu, quo ab iis qui in mundo sunt distin- guntur,

guntur, modestiãque, & propositum suum præferunt, iudicium fieri scribit; quandoquidem habitus professionis vim indicat. Qui- bus consequenter puberem per annum nouitiorum habitu amictum non patenter distincto à professorum habitu, professum & ipsum intelligi à Pontifice a deciditur.

In cæteris autem omnibus præter clericos, & diaconissas, & eos, easve, qui vitæ monasticæ voto se ac iureiurando iam olim obligas- sent, equidem probandum semper Emanuëlis Comneni Constanti- nopolitani principis edictum b, existimauit: quo iussit eos qui ex Con- stantini Porphyrogeniti constitutione, c ob eadem ex proposito ani- mi, & deliberato consilio admissam, in magnam Dei Ecclesiam con- fugissent, ibique se censuræ ac pœnæ Ecclesiasticæ submississent, etsi clerici non forent, tonderi monasticumque habitum inuiti sumere, ac eam vitæ sectam sequi cogebantur; sicuti verba illius constitutio- nis ferunt; τὸ μονῆρι βίῳ ἀρῆσθαι ὑποχρῆσθαι πάντως ἀποκείρασθαι, καὶ μο- ναχοῖς ἑνωταλέυσθαι, καὶ τὸ ἀπαντα τὸ ζωῆς αὐτῶν χρόνον ἐν μοναστείῳ διακο- νοῦσθαι: tonderi ac monachis accenseri siue aggregari, eorumque regulæ ac disciplinæ in perpetuum subiici loco tonsuræ, ac monasti- ci tam venerandi habitus ( in cuius ludibrium, ne Angelicam istam vitam d ingressus homo temerarius quidpiam designaret, verendum fuit) in perpetua custodia contineri; πῶς ἐκ ἐν ἄλογον ( ait ) καὶ τοῖς πνευματικῶς νόμοις ἀπαθῶν ἀναγκαστικῶς ἀποκείρασθαι τινὰ καὶ ταῦτα φωνῶν, ὅτι μέγιστον τῶν θεῶν ἑνωταλέυσθαι, ὡς καὶ ἀδελφικῶ χρονοβίῳ τῆς χεῖρας αἵματι: ἀλλ' ὃ μῆπως ἀκούσῃ προσηρῶν τὸ ἀμελεῖν βίῳ ἐπιθῶν, καὶ βίῳ τῶν καταδέξασθαι εἰς ἐμπαιγμῶν ( ὅτι φρικτὸν ἔχρησθαι ) σχήματι, &c. ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀποκείρασε νομοθετῆς ἡ βασιλεῖα μετὰ τὴν ἐπισημασμένην φόνον μεμελετημένων ἐκδοσῶν ἐν φυλακῇ παρ' ὄλων τὸ ζωῆς αὐτῶν διαίτησθαι, καὶ μηδέποτε ἐκείθεν ἐξέλθαι. Sanè vbi damnatio ex delicto nulla intercesserit, licere omni Chri- stiano asceticam siue exercitatricem vitam eligere, monasterium in- gredi, atque instar monachi tonderi, quacunque in culpa, & prola- psione deprehensus fuerit, ipsa Trulliana e synodo definitum scimus: quod sic ex Balsamonis mente interpretamur, vt sponte monasticam vitam pœnitentiæ peragenda causa profitenti ( cum nullum sit pec- catum quod Dei clementiam superet ) antè actæ vitæ probrum im- pedimento non sit, quo minùs ad monachismum, vitamque regula- rem perueniat: quando sincerè totòque animo pœnitentiam agere volenti, quod ipsa monastica professio arguit, patres omninò fauen- dum, atque indulgendum esse decreuerint. Si quis autem inuitus, cum antè nullum emiseric clerici aut monachi votum, ea detractionis in monasterium pœna ex delicti causa damnatus sit, habitumque mo- nachi sumplerit; vt ex Leonis Nouella constitutione cap. II. qui ma- leficio quopiam vxorem ad furorem adegerit, nihilo magis esse mo- nachum; sed aut pœnitentem, ex illo Pontificis Hormisdæ can. aut potius pœnæ feruum ex Vvisigothorum Legislatorum sententia, qui maleficos & immissores tempestatum, vbicumque repertos vel detectos ducentis flagellis publicè verberari, & decaluatos defor- miter decem conuicinas possessiones circuire, inuitos cogi, vt eorum

a In Clement. 2. de regul. & vide cap. 1. eod. titu. in 6.

b Nouella 3. de volunt. homic. quæ Leunclayus adiciendam cu- rrauit eclogæ si- ne synopsi Bas- silicōn, fol. 82. c Nouel. 12. quæ reperies in iure Orientali colle- cto per Emun- dum Bonafidiū: & apud Leun- clayum in addi- tionib' ad Epist. Basilic. fol. 29. & in iis quæ Iusti- niano codici Antuerpiæ im- presso adiunctæ sunt principali- bus constitutio- nibus: citatur & probatur ista Porphyrogeniti cōstitutio, à Ba- silicōn interpre- tibus lib. 66. tit. 39. de sicariis, pag. 236.

d De monachis & cœnobitis An- gelorum imita- toribus, videro quæ Theodoretus scribit lib. 3. de Diis & An- gelis, ad fin. in fol. 506. Hac de re pluribus alio loco agere sta- tui, cum erit commodum.

e Cap. 43. 6. sy- nodi in Trullo Anicetus Syrus, qui Ecclesiæ Ro- mana præfuit, Imp. Vero & Marco, decre- uisse dicitur ne clerici comam nutrent. Vide in l. 3. in Bre- uia. Rom. ad diē 17. Aprilis.

a Cap. 5. titu. 2. lib 5.  
 b Aimoinus lib. 4. de gestis Frã. c. 61. Ado Vien-  
 nensis in Chro-  
 nio 727. Tri-  
 temius ad ann.  
 750 Sed & Ab-  
 bas Vtpergens  
 de anno 742. vbi  
 ait cõfirmatam  
 Pipini electionẽ  
 à Zacharia Põr.  
 Rom. & solutiũ  
 prius ipsũ fuisse  
 sacramẽto quo  
 Regi obstrictus  
 erat. Vide &  
 Godfrid. V. terb.  
 Chron parte 17.  
 cap 4. quos ab  
 Ho:omano etiã  
 citatos reperio  
 in Francogallia,  
 cap. 6.  
 c Sic quorundã  
 sualu Lotharius  
 patrem suũ Lu-  
 douicum Pium  
 circa annũ Chri-  
 sti 832. abdicare  
 Imperium coẽ-  
 git, & posito Im-  
 periali cingulo,  
 ceterisq; armis  
 supra D. Seba-  
 stiani Suesfionẽ-  
 nis altare mona-  
 chalem amictũ  
 sumere, in Ab-  
 batia D. Marci  
 Suesfionẽsis vel  
 ad compediũ  
 (sicuti à Gagni-  
 no traditur in  
 eius vita) & ibi  
 per aliquod tẽ-  
 pus afferuari ius-  
 sum, memorat  
 Nicolaus Gilli-  
 in Annal. post  
 Aimoinum lib.  
 5. de gestis Frãc.  
 cap. 21. ad fin.  
 Chrothildis au-  
 tem regina suos  
 ex defuncto Clo-  
 domiro Aurelia-  
 nensi rege filios  
 occidi ac perimi maluit: circa annum 531. vt est apud Gregorium Turon. lib. 3. cap. 18. quã cum forcipes  
 & gladius Childebertus rex Parisiensis, & Clotarius rex Suesfionensis ipsi misissent, oblatam conditio-  
 nem filios tondendi, & in monasteriũ detrudendi, accipere, vt idem Gregorius, sed & Gillius post Aimo-  
 inum lib. 2. de gestis Franc. cap. 12. narrat Annalib Gallicis: quem etiam vide circa annum 829. & 834.  
 eadem cum iis, quos antè dixi, narrant em de Ludouico Pio ex monachismo in Imperium restituto, & Ga-  
 guinum in Ludouici vita, fol. 63. pag. 2. ex contrario Daniel clericus post abiectionem tonfurã, à Francis  
 in regno stabilitus, & Chilpericus nuncupatus fuit, teste Aimoino lib. 4. cap. 51. d In compendio Histor.  
 fol. 166. Nam Zonaras hoc tantũ dicit, in custodiam ipsum post excisas nares coniectũ, in tom. 3. Annal.  
 fol. 77. in Imperio Leontij, ad extremum: *ὅτι Ἀμφίθεος ἦ μὲν Λεόντιον ἀφείλετο τὸ ῥινοσ, καὶ τὸ ὑπὸ φυλακῆν  
 ἐπιπέσειν ἐ βασιλεύσαντα ἐπιπέσειν. e eod. Annal. tom. in Imperio Michaëlis, fol. 127.*

alij corrigerentur exemplis: ac ne vitæ ius euagantes talia facere per-  
 mitterentur, in retrusione vt essent facere iudicem voluere; quod  
 ibi accepta veste ( scilicet monastica ) atque substantia, ita viuerent,  
 ne viuentibus nocendi aditum haberent. Nec aliter sentiendum de  
 Childerico Francorũ Rege; qui electo ab ipsis Pipino Caroli Mar-  
 telli filio, in Regem, tonfuratus & in monasteriũ missus est; b alijsq;  
 similibus, qui non vilo iure, sed vi potius ac manu regia coacti c ad  
 ingressum monasterij, tanquam in ergastulum aut honoratiorem ali-  
 quam, sed tutiorem custodiã detrusi; exemplo & à Byzantinis vsur-  
 pato, apud quos Apfirmari iussu Leontius præciso naso in Dalmatia  
 monasterio asseruari iussus; quemadmodum Cedrenus in hac ver-  
 ba scribit; d καὶ τὸ μὲν Λεόντιον ἰνοκοπίσας ἐν τῇ τῆ Δαλματίας μονῆ φυλάσ-  
 σεν, ἀποπέσειν τὸς ἡ φίλος αὐτοῦ ἀμείβοντας ἐξώλεσεν, &c. Artemius qui  
 & Anastasius, cum Nicæa degeret Obficianorum seditionum me-  
 tu, qui Theodosium quendam publicorum vectigalium exactorem,  
 licet inuitum Imperatorem salutarant; vbi magnam urbem, ipsamq;  
 regiam occupatam opera proditorum à Theodosio cognouisset, ha-  
 bitu monachi sumpto, acceptaque fide, nihil se prætereã passurum,  
 eis sese tradidit, ac Theffalonicam relegatus fuit; cum per annum ac  
 tres menses imperasset: quem ita vltus est Isaurus Leo, qui & Conon,  
 ad præfecturam Pratorianam Orientis ab ipso antea promotus; vt  
 Artabafdis Armenij ope atq; auxilio suffultus, nec Theodosio cederet,  
 & Theodosij filium captum Nicomediã atque Chrysofolin per-  
 ductum; simulque patrem postquam per biennium imperasset, citra  
 dimicationem regno cedentem, in clericos postea raserit, data fide  
 nihil in ipsos grauius consultum iri: quemadmodum à Zonara in  
 Annalium tertio his verbis proditum: de Artemio quidem; καὶ δὲ τὸ  
 μοναχικὸν ἀμυρσάμενοι σχῆμα, καὶ τῶν λαθῶν μίτην ἀποδρατῆρα παθεῖν, πα-  
 ρέδωκεν αὐτοῖς ἑαυτὸν, καὶ ἐν διαγαλονίῃ περιετίθει, βασιλεύσας ἕνα ἡμια-  
 τῶν ἐπὶ μισοῖ τρισὶν: & de Theodosio, ὅτι ἀπραγμόνος τῆ βασιλείας ἔζησεν  
 αὐτῶ (Leoni Isauro scilicet) ἕως κληρικὸν καθεῖς μετὰ τῆ ἡβῆ, καὶ πληροπο-  
 ῖται λαθῶν, μίτην ἐτόρου ἑποστυῖαι, καὶ ὁ μὲν ἰσὺχος ἐβίω τὸ λοιπὸν τῆ ζωῆς,  
 βασιλεύσας ὄνο ἡμιαυτῶς. Michaëlis Byzantini postea principis iussu,  
 Bardã verò auunculi ac tutoris, eius instinctu Theodoram matrem  
 regia digressam, & sorores quoque principis in ade siue monasterio  
 Carjani tonsis capillis, & omnibus quæ habuerant ademptis inclu-  
 sas, idem auctor e sic admodum retulit; τὴν ἑαυτῆ ἡ μητέρα ὁ βασιλεὺς  
 τῆ βασιλείῃ ἑποχωρήσασα ἐκ ἑάσεν ἡμεῖν, ἀλλ' ἑποθήκας τῆ Βαρδῆ παμ-  
 φας, ἀποκείρη καὶ αὐτῶν καὶ τὰς ἀδελφῆς, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τῆ Καλεαρῆ περιετίθει,  
 καὶ

καὶ ἕνα πρὸς τὸ αὐτῶς ἀφαιρέται. Constantinus Leonis filius Christo-  
 phori filium Michaëlem in clericum totondit, vt idem Zonaras a au-  
 ctor est, τὸ ἡ τῆ Χειρῶν ἡμυρσάμενοι καὶ ἀμείβοντας κληρικῶν. Igitur & quod  
 damnatam adulterij præter nasi abscissionem à recentioribus Impe-  
 ratore Iustiniano principibus ( verberum vice forsitan ) huic sceleri  
 prostitutum puniri, Philosophus Leo detrusione in monasterium il-  
 la, quam ante viginti ac trecentos ferè annos Iustinianus inuexerat,  
 voluit. Sed remota monastici habitus necessitate scilicet quam ille  
 damnata imposuerat. Sic quoque interpretor, vt quæ monasterio  
 inclusa, & circumscripta vt in contritione animæ leuiorem pœnam  
 ( alioqui nimirum grauissimã in altero seculo futuram ) sibi faceret,  
 ἐν σωφροσῆ τῆ ψυχῆς ἀμείβεται ἑαυτῆ τὴν ἀνέθεν καθίστασα δίκην: quam-  
 uis ex eiusdem Leonis indulgentia, veste laica, hoc est, vulgari siue  
 seculari & prophana vti potuit, eam vitæ monastica desiderio cor-  
 reptam ( quando bona quæ supra dotem haberet; cum ipsi mona-  
 sterio, tum liberis, aut parentibus, aut reliquis cognatis ex æquo diui-  
 denda reliquisset: simul vt monasticum habitum assumeret, censere-  
 tur) ideòque nonnam & monialem verè, siue monacham, mona-  
 striamve, aut ascetiam ( nam his Græcis nominibus eas compellare  
 solent b ) tum habitam; vt pote satis emissio tam castitatis, quàm obe-  
 dientiæ, clausuræ, atque paupertatis in posterum obseruandæ voto, c  
 per istam scilicet suapte sponte factam vestis mutationem; quam Leo  
 liberam ipsi esse voluit, prorsus adhuc existimem: licet fortasse nec  
 ab Episcopo sacrata esset, nec professionem signasset, ac legisset suã.  
 Etenim antequam apud Christianos veteres fieret, nunc vltata mo-  
 nachici propositi professio & sacratio ( inquit Anselmus Cantuarien-  
 sis alicubi, d qualis quoque forsitan & Iustiniani, Gregorij quoque  
 primi Pontificis, e & Leonis Philosophi temporibus nõdum in vsum  
 venerat ) multa vtriusque sexus hominum millia solo id habitu pro-  
 fitentia celsitudinem, coronamque consequuta sunt: quem qui tunc  
 habitum sine hac professione & sacratione assumptum reiciebant,  
 apostata iudicabantur. Verum non ideò tamen adulterij damnatam,  
 assumpto habitu monacha communem in eo monasterio siue cœ-  
 nobio, f cum cæteris sanctimonialibus piæ castitati addictis, vitam  
 ( ita vt iisdem cellulis, eodem refectorio, ac dormitorio vterentur )  
 vtiq; degisse; sed cum illis potius, quæ vulgò conuersæ sorores, g  
 oblatæ ve nominantur; aut sub nouitiarum habitu, h ( quando con-  
 uersarum plerasque non esse professas, Pius quoque Roman. Pont.  
 in bulla sua de monialium reformatione manifestum facit ) facile  
 mihi cum rigida veterum patrum Archimandritarum atque antisti-  
 tum illius disciplinæ in memoriam venit, persuadeam.

V V

citatum, ne semel quidem. Videto & Photium Nomocan. tit. 11. *σωφροσῆς παρθένας*, D. Basilus in asce-  
 tici vocat, fol. 383. g Harum mentio fit in cap. de monialib. de sent. excom. vbi Abbas ipsas priuilegio  
 monialium gaudere dixit. De quo in cap. si quis suadente diabolo; sed & quantum ad successiones ex-  
 quarari Cœnobitis, ex Baldo in auth. ingressi, & alijs. Renat. Choppinus notat lib. 3. de sacra politiã, tit. 5.  
 cap. 22. fol. 705. h Quem à monialium religionem professarum habitu diuersum, & consuetudo, & ius  
 ipsum canonicum ostendit plurimis locis, ca. consulti, c. postulasti, c. statumus, de regular. apud Gregor.  
 Nota glos. viti. in c. super, eod. & d. c. consulti, eod. tit. & cap. 1. de regul. in 6.

a In Constanti-  
 no, sub init. in  
 fol. 15.  
 b Vide libru 6.  
 epist. Basil. tit. 36.  
 & Nouell. 79. in  
 princip. 123. viti.  
 134. c. 9. & cap.  
 si quis rapuerit,  
 27. q. 1. Phot. no-  
 mocan. tit. 11. &  
 Balsam. ad cau-  
 sam 16. Chalced.  
 Synodi: vbi mo-  
 nachis ascetrias  
 comparat. Et in  
 cap. 44. & 60.  
 epist. D. Basil. ad  
 Amphiloc. & de  
 nonnis & mo-  
 nialibus Arno-  
 bium in Pfalm.  
 105. & 140. & B.  
 Hieronymũ ad  
 Eustochium.  
 c Argumenta. ca.  
 consuluir, qui  
 clerici vel vou.  
 apud Gregorij:  
 de quo voto vi-  
 de glos. in cap.  
 rursus, ibidem.  
 d Epist. 9.  
 e Argu. c. Ana-  
 nias, 17. q. 1. vide  
 Nouel. Iustin. 4.  
 de monast. s. et  
 de nis. apud. & s.  
 7. et d. de mon. 1. 1. 1.  
 ad monast. 1. 1. 1.  
 Vbi Iulianus, s.  
 qui introierit in  
 monasterio, & post  
 religiosam vestem  
 recesserit, & c. spo-  
 liatur cingulo mi-  
 litari, & vita li-  
 bera non patitur.  
 sed officio p. s. fidu  
 prouincia seruire  
 cogatur.  
 f. De cœnobitiis  
 monachaliũ vir-  
 ginum. sollicitè  
 castèque seruie-  
 tium Deo, vide  
 apud Iudorum  
 lib. 2. de Eccles.  
 offic. cap. 15. sed  
 post B. Augu. de  
 morib. Eccl. Ca-  
 thol. cap. 31. quẽ  
 compilauit non



a In lib. de mo-  
ribus Germa-  
norum.  
b Hieronymus  
ad Sabinianum  
Diaconū, epist.  
48. ex more mo-  
nasteriorū Agy-  
pti & Syriæ, quæ  
ad hoc citat E-  
pensaus cap. 3.  
lib. 5. de conti-  
nētia, ubi aqua-  
lem Hieronymo  
Augustinū epist.  
109. Monachab  
tondēdi præce-  
ptum non præ-  
scripsit, sed ex  
contraria scili-  
cet causa do-  
cuit. Præsertim  
quod fuisse nõ  
modò Gangren-  
sis synodi c. 17.  
(ex quo sumpt  
can. quæcunque  
mulier, dist. 30.  
apud Gratianū,  
& Photij Nomo-  
can. tit. 11. c. 14.)  
sed etiam prin-  
cipali constitu-  
tione 27. C. Th.  
de Episc. & cler-  
prohibita femi-  
nis sub quolibet  
professionis aut  
persuasionis in-  
stinctu, crinium  
contra diuinas  
(vt ibi traditur)

rum Germanorum (apud quos abscissis crinibus nudatam coram  
propinquis & expuliam domo per omnem vicum verberare vir age-  
bat, teste Tacito a) quàm ad religionis & monachalis ordinis (sicuti  
quibusdam iuris Pontificij, veterumque Theologorum locis b) ho-  
norem pertinere, hoc ipsum ex ea quam Cedrenus retulit historia,  
colligitur, de magistro quodam qui viduam inuitam stuprauerat: eū  
enim Constantinopoli præfectus vrbis sub Iustino, qui Iustiniano Im-  
peratori successerat, non aliter nisi post detonfionem c) asino impo-  
situm, nudumque per mediam vrbem traduci verberatum, ac propè  
triumphari iussit: bonis insuper omnibus adempris, & vidua ipsi ap-  
plicatis: τὸ ψαλς αὐτοῦ (ait ille) καὶ τὸν κεφαλὴν κήρας, ἢ γυμνοῦ ὄνα, ἢ τι-  
κασίας, ἀπὸ μέους τ' ὠδύων ἐθεράπευσε, ἀδὲς τῆ γυναικὶ πάσαν τὴν τι-  
εσσοῖα ἐκέλευσ. Sic post sumptum ab Othone Imperatore supplicium,  
de iis qui Romanum Pontificem Ioannem huius nominis 14. malè  
habuerant, ad annum Christi 965. Petrus præfectus, ipsius arbitrio  
relictus ab Imperatore, postea nudatus à carnificè iussu Pontificis,  
abscissaq; barba, & asino impositus, vultu ad caudam verso, mani-  
búsque subtus illam deligatis, atque in traductione per omnia vrbis  
compita verberatus, & in Germaniam denique relegatus fuit, sicuti  
à Nauclero est proditum. d) Ita sub Leone Isauro Byzantino Imper.  
cum Gregorius quispiam hortatu Sergij Sicilia prætoris, tyrānidem  
affectasset, nominèque Tiberij assumpto, Imperator esset à populo  
apud Siciliam salutat: nonnullos etiā de Sergij sententia ad ho-  
nores & magistratus promouisset; atque Leonis principis de oppri-  
mendo tyranno cogitantis iussu, Paulus Imperatoris equisonibus  
præfectus (quem Romani Chartularium dicunt) patritius, & Sici-  
lia

humanasque leges abscissio, quam prorsus cum cuculla, vel earum abusum certè atque  
hypocrisim abominatur ac reiecit D. Hieronymus ille ad Eustochium, epist. 22. de custodia virginitatis,  
col. 183. libri Lutetia excusi ad annum 79. vbi, *Alia virili habitu veste mutata erubescunt esse quod nata sunt  
crinem amputant, & impudenter erigunt facies euuchinas: sunt que cilicis vestiuntur, & cucullu fabricati, vt ad  
infantiam rideant, imitantur noctuus & bubones.* Et postea: *Nec affectata sordes, nec exquisita munditia conue-  
niunt Christiano.* Pullam tunicam, & fusciorē vestem laudat Hieronym. ad Marcellam, epist. 23. quod mi-  
nus cum humi iacuerit sordidetur: & epist. 24. ad eandem de exitu Lex; hanc laudat quod post mollitiem  
vestium, monasterij princeps, & mater virginum facta, sacro membra triuerit, incultam vestem, vilem ci-  
bum, neglectum caput habuerit. Quicquid enim non propter vsum, sed ostentatorum ornatum assumitur  
(etiam à sacerdotibus) in reprehensionem incurrere auctoritate Magni Basilij decretum est  
2. Nicæna synodo quæ 7. dicitur in can. 16. c) Frequentem fuisse poenam tonfionis sub Byzantinis prin-  
cipibus è Zonar. lib. 3. Annal. cum alibi, tum & Leonis Copronymi & Irenes Imperio, fol. 93. 94. 95. 96. &  
in Basilio Macedone, fol. 136. & in Leone Philosopho, sub fin. in fol. 145. & 146. & in Constantino eius fi-  
lio, fol. 148. & in Romano Lacapeno, sub init. fol. 151. & 154. & verò è Niceta 3. & Nicephori compluribus  
locis addiscimus: quàm & Longobardis vsurpator apparer, & Eriderici constit. de pace tenenda, 5. si quis  
quinque, in vsu feudo. vbi Cutacius ex militaribus Friderici legibus apud Guntherum, & pacis conuen-  
tione inita in Alfatia apud beatum Rhenanum. Mollitiæ rasuram indicem, atque adeò ignominiosam,  
plurimis veterum testimoniis probat doctiss. Hadrianus Iunius cap. 2. in commen. de coma libris animad-  
uerforum addito, fol. 320. & 322. præsertim ex lib. 1. Reg. cap. 10. & 1. Paralipom. cap. 19. & lege diuina pro-  
hibitam Lenit. 19. cap. 21. 44. vbi D. Hieronym. Ignominiosam tamen comæ nutritionem testatur ipse D.  
Paulus in viris, scilicet 1. ad Corint. cap. 11. (ex quo idem Iunius, & alii eod. lib. cap. 4.) sicuti è contractio  
in feminis comæ detonfionem; cum ait vers. 6. *ei δὲ αἰσχροῦ γυναικὶ τὸ κτελεῖσθαι ἢ εὐερεῖσθαι κατανάλυψις ἐστί.*  
scilicet vbi non velo caput operitur atque alligatur: quod facere iuxta D. Pauli præceptum nonnæ, siue  
monachæ assolent. Tonfuram in monachabus Agypti & Syriæ, Hieronymus illo ad Sabinianum epistolæ  
loco, duplicem ob causam de consuetudine in naturam esse versam ait; *Vel quia lauacrum non adeunt; vel  
quia oleum nō capite, nec ore norunt, ne à parua animalibus que inter cetera & crinem gigni solent, & concretū for-  
atibus opprimantur.* Ibidem clausura monasteriorum non obscurè significatur his verbis, *Et quia propter al-  
titudinem heret vobis comminus non licebat.* d) Similiter animaduersum olim à Byzantino populo in An-  
azonicum Comnenum principem suum; ob supra & incesta frequentiora, docui supra cap. 19. huius lib.

lia Prætor designatus ad Siculum exercitum cum Imperatoris lite-  
ris profectus, ipsis recitatis, & oratione habita obtinisset illicò, vt  
faustis nominibus appellarent principem; votisque nuncupatis in  
eius verba & acta (quemadmodum olim fieri solitum alio loco, a do-  
cuius) sacramentum adigerentur; Gregoriumque cum suis vincos  
traderent: ibi tum Zonaras b) narrat; non modò Gregorium interfectū,  
sed etiā comites, ac satellites ipsi flagris caesos, & abscissa coma fuisse  
relegatos. *ὁδὸς ἐκεῖνοι τ' μὲν βασιλέα (inquit ille) ἐτίμησαν καὶ ἀφίμω-  
σαν τ' ἀέ γε Γρηγόριον, καὶ τὸς πρὸς αὐτὸν δισμύς (scilicet Πάυλον παρέδωσαν  
καὶ ὁς τ' μὲν Γρηγόριον ἀνάλα, τὸς δὲ ἐκέλευσ ἐπάσαιτας μαρτύρας, καὶ τὸν  
κρίμην ἀποδείξας αὐτοῖς ἐπιδράξια κατέκρινεν.* Sanè de traductione ver-  
berati & infidentis asino, versa ad caudam huius facie, quod attinet;  
hoc supplicij genere Anastasium Patriarcham à Constantino Co-  
pronimo affectum postea fuisse, post superatum & excæcatum Ar-  
tabaldum, qui à populo Byzantino approbante ipso Patriarcha salu-  
tatus Imperator fuerat, idem Zonaras c) tradit; *ἀλλὰ μὲν ἢ τ' πα-  
τεράρχην Αναστάσιον ἀπὸ τ' διωτικῆς ἐποικιλίᾳ κελύσας ὄνα ἐπέδωκεν ἀντι-  
τρεφῶς, ἢ ὄνα πρὸς ἔργον, ἀτίμως ἔτα ἢ αὐτὸς ἐθεράπευσεν, πρὸς ὄρον δι-  
μύσιος τυφλὸν, &c. ἢ ἢ μετὰ τὸν ἀτιμὸν περιελαγῶν ὡς δειφρονα ὁς τ'  
δουκλονίς αὐδὲς κρατῆρ ἢ ἰδράσθ, παρακίχρησε.* Hoc amplius Constan-  
tinum quoque alterum postea Patriarcham, ab exilio reuocatū, cum  
sauiusimè ad necem vsque verberatus, & in magnam Ecclesiam in-  
star sarcinæ exportatus, ibique in omnium conspectu recitatis quæ  
ipsi obiiciebantur criminibus, alapis caesus coram nouo Patriarcha  
Eunucho Niceta sedente in cathedra, deindeque ita perditū contu-  
meliis affectus fuisset; tandem anathemate notarum, euulsisq; ca-  
pillis, barba, & superciliis, asinoque impositum ludis Circensibus in  
theatrum fuisse introductum, ignominiosè triumphatum, conspur-  
catum sputo, & puluere foedatum scribit; *ἐκεῖνον ἢ ἢ κέρως ἐπὶ αἰέτο, ἢ  
ἔτως ἐπὶ πῶλον ἐμπαρωνήσας, τέλει ἀναθεματίζε) ἢ ἢ λιθάς τὸν κεφαλὴν,  
καὶ τ' πώγωνα, ἀλλὰ μὲντοι ἢ τὰς ὄφθας, ἢ ὄνα ἐποκνήσας, ἔπαδ βομίας  
τελευτήσας, ἐσάγε) εἰς τὸ δέσφρον, ἀτίμως θεαμβουδόμεν) ἢ ἐμπύδμεν) ἢ  
κόν) πατ)δμεν).*

Verum interest nostrā non parum, vt sciamus quam adulterio  
poenam Iustinianus ille noster præstitutam esse voluerit: quandoqui-  
dem huius Imperatoris Nomothesia in orbe Occidentali, pro iure  
communi est, quod specialibus legibus deficientibus vtique sequa-  
mur atque teneamus: in hac potissimum istius regni Gallici diocesi,  
in qua ex iure scripto controuersias tam ciuileis, quàm criminales  
dirimi iam dudum receptum est; vt ea conditione, legèque in Regis  
Gallorum ditionem venisse existimetur. Hac de re igitur, proximo  
sermone tam verè ac dilucidè σὺν θεῷ, quàm præter eorum opi-  
nionem, quorum ad me scripta peruenerunt, omninò disceptare  
constitui.

a In tractatu ai-  
tero ad l. 2. de  
orig. iur. qui est  
de magistrat. Ro-  
manis, regularū  
iuris comment.  
appositus.  
b Annal. tom. 3.  
fol. 83. in Leonis  
Isauri, qui Con-  
non dictus, Im-  
perio.

c Lib. 3. Annal.  
fol. 88. & fol. 91.

Nomicus ad eandem Imperat. constitutionem alter tractatus, & verò practicus.

Post exactum biennium in monasterio ab adulterij damnata dissolutum ex mente Iustiniani matrimonium, ut aliam viro ducere liceret, videri. Circa concubinas & diuortia, sed & alia quæpiam Iustinianum à canonibus Ecclesiasticis recessisse. Ex Vvisigorthorum legibus dissolutum prorsus fuisse adultera damnata, matrimonium: sicut & apud Græcos Harmenopuli temporibus alijs casibus: quorum nullo id receptum nostris moribus ac forensi vsu; & summa quidem isud ratione. Virum ex primi adulterij causa, verberanda sit mulier, antequam in monasterium detur: idque ita Iustinianus sciuerit, ut vulgò creditum. Quibus ex causis adultera pœna capitali hodie subijcitur. Cessare verò ipsam quoque Iustinianicam pœnam duobus casibus. Βασίλειον vocabuli βαρβαρὸς vis ab interpretibus apud Iustinianum non percepta, & in Nouella ipsius interpretatione mendam indicatum. Tormenta pro verberibus, apud B. Augustinum. Photij locus ad Nouellam Iustiniani pertinens ex manuscripto codice Græco; ubi βαρβαρὸς habuisse codices interpretum, pro nostro βαρβαρὸς, multò rectius: & ita in ipsa Iustiniani Nouella meliores nostrò libros habere interpretum recentiorum, itémque ipsam Basilicam Epitomen; quam vetusti, quisquis est (quem sequutus Irnerius) interpretis codicem: quod verbum ab Iuliano atque Harmenopulo prætermisum fuit. Quas pœnas competentes Imperator intellexerit. Dorem adultera offenso viro adiudicatâ, ut recentioribus Iustiniani & Leonis constitutionibus; ita vetustis Ephesorum legibus: ex Achille Statio. Non modò non parapherna viro in solidum hodie cedere, sed neque illa ex parte, quam Iustinianus præceperat. Ex repetiti adulterij causa, mulierem hoc plecti grauius, iuxta mentem Imper. ut verberibus castigetur. Delicti pœnam iteratione augeri. Veniam aut prorsus aut quadamtenus primo delicto indulgeri; veterum adhibitis locis vtrumque ostenditur. Historia fuci & apum, ex Aliano; qui aliter atque ab interprete explicatur. Elegans columbarum similitudo circa pœnam adulterij mitiorem in feminis, ab eodem Aliano; per quam ratio constitutionis Iustinianica infirmiori sexui quadamtenus parcentis asseritur: ex qua etiam relegationem inirursione in monasterium mutatam ostenditur. Ecquid hodie reuocanda sit in vsu mitior in feminis adulterij pœna Iustinianica, ut prima vice non verberentur: expostita interim l. i. C. qua sit longa consuetudo, adhibito Liuto.

## CAPVT XXII.



VAM adulterio à muliere commissio pœnam Iustinianus irrogandam censuit; eius vim, ac effectum ostendere, sed & rationem aperire proposui; & præstabo sermone isto, si Dominus (quod optamus, atque ad eò speramus) hoc dederit. Ac primum, equidem non dubito, quin per coniecturam in monasterium adultera tonsionem post biennium, & monachalis habitus assumptionem, vel potius ipsa biennij præscriptione intra quod marito vxorem repetere sibi que reconciliare licuit, non modò tori separationem (quam Pontificiis, & Scholasticis Theologorum distinctionibus tribuendam fortasse quispiam, non improbabiler existimet) sed etiâ nexus ac vinculi coniugalis dissolutionem (quam diuortij vocabulo veteres designabant) Iustinianus Imperator illa sua de pœnis adulterij Nouella inductam esse voluerit: atque ad eò etiam licuisse tum, illo biennio transacto, adultera marito ex mente illius Principi

Principis; veluti legitime solemniterque dissoluto hac ratione matrimonio, vxorem aliam ducere. Mouet, quod idem ille, Christianus licet, quique multa Ecclesiis priuilegia concesserat, Episcopalemque audientiam attributa ciuiliū causarum disceptationis contra fas cognitione auxerat: cum nimias tamen de rebus Ecclesiasticis, ad Episcopalem, aut synodicam potius definitionem pertinentibus constitutiones; vtramque politiam ciuilem, & Ecclesiasticam confundens, atque permiscens ederet; etiam si non dedignari se legibus suis sacros canones imitari scripserit; non ita magnam, ut oportuit, canonibus Ecclesiasticis auctoritatem tribuisse videatur: idque vel ex eo constat, quòd non modò concubinarum commercium, à Constantino ipso Christianissimo Principe circa coniugio solutos admissum, non sustulit; sed etiam contra disertum, & ipso Euangelio expressum Domini Iesu Christi præceptum, diuortia permisit: & quidem religionis prætextu; & quòd disertè ipsis canonibus improbatum ac reprehensum scimus, de causis ex quibus repudij seu diuortij libellus impunè dari, aut mitti posset; & itémque de soluendis bona gratia sine repudio, vel ex consensu castitatis seruanda causa coniugis, Nouellas constitutiones edidit. Ex Vvisigorthorum sanè legibus, cum adultera mulier, & adulter marito illius pariter traderetur, cum omnium substantia; nisi liberos ex priori coniugio legitimos haberet, quo casu persona tantum adulteri marito adultera subiacebat: post reductam vxorem adulteram in marito potestatem, ad eò solutum esse matrimonij vinculum existimabatur; ut nullam esse marito vterius licentiam vel fornicandi cum illa, vel in coniugio illam sibi sociandi voluerint: & nam si faceret, ipsum de rebus eius nihil habiturum.

Sanè exceptis his casibus, quibus post separationem à marito, trudebatur vxor in monasterium; nempe si ob adulterium damnata esset, aut sine causa marito repudium misisset: potuit mulier exacto quinquennio, alteri nubere; sicuti à Constantino Harmenopulo annotatum duobus locis reperio; immò & statim elapso anno, si sine iusta causa misso repudio domo eiecta esset à marito; cui statim à diuortio licuit alteram vxorem ducere, utpote cessante in viro turbationis sanguinis, quod in foeminis timetur, periculo; ut idem scribit. Ex quo intelligitur, illius temporibus matrimonij vinculum apud Græcos ita dissolui omninò solitum: sicuti & vxoris furore post triennium dissolui; & maritum talis furoris adhibito maleficio auctorem, inuitum in monachum transformari, & monasterio includi, Leo Imperator, minimè hac quidem in re Philosophus, voluit. Verumenimvero non hoc est quod nunc agimus; qui non sine grauiissimis rationibus, & ob vtilitatem quoque publicam vsurpatum, ac ipsius interpretatione fori receptum scimus; ut cum adulterij damnata matrimonij vinculum duret, donec alterutrius obitu dissoluatur: ideoq; aliam illà viuâ licet in monasterio constitutâ vxorem superduci à marito, qui ream pertulit, non debere; præsertim verò quòd maritus, si castitatem non seruet post vxoris adultera damnationem, sed fornicetur; ipsam in consortium admittere teneatur, & vel officio

iudi

- a l. i. C. de concubi. & l. i. C. de naturalib. lib.  
 b Nouella 22. & Nouel. 117. §. illud quoque, & §. 9a verò, l. 1. §. 3. c l. vlt. in princ. C. de Episcop. & Cleri.  
 d Cap. sunt qui dicunt, in princ. & c. Agathosa, 27. qu. 2. iuncto can. l. an. fin. dist. 10.  
 e l. vlt. in princ. C. de Episcop. & Cleri. Nouel. 22. §. ceterè, §. 7. §. sed à nobis, iuxta l. consensu, C. de repud. & item Nouel. 117. ut liceat matri vel auie, §. illud quoque, & duobus seqq. & §. quia verò quadam.  
 f Nouel. 22. de nuptiis, §. distrahunt, & seqq. & §. nouimus, & Nouel. 117. ut liceat matri vel auie, §. quia verò, & Nou. 140. ut consensu matrimon. sol.  
 g Cap. 12. tit. 4. lib. 3.  
 h Lib. 4. Prohib. titu. 6. cap. 2. & c. 2. & titu. 7. c. 2. in princ.  
 i Constit. III.  
 k Cap. 2 de diuort. in antiq. Notat Clar. in §. adulterij, vers. 17. lib. 5. Sent.  
 l can. ex literarum, iuncto can. 1. & c. veniens, de eo qui duxit in matrim. apud Gregorij: quod etiam definitum Conci. Trident. sess. 24. c. 7.

a Didac. super  
4. Decretal. post  
Abba. in can. ex  
litteris. nu. 11. de  
divort. Fel. in c.  
lator. de re iud.  
quos citat Clar.  
in 5. adu. nu. 17.  
b. Vide Alberic.  
de Rosat. in Di-  
ctionar. in ver-  
bo. Adulterium.  
quæ ad hoc ci-  
tat Boër. decif.  
298. in fin.  
c. Vide Nicolau.  
Boër. decif. 297.  
num. 12. vbi ci-  
tat arrestu anni  
1528. videto &  
decif. 298. nu. 4.  
d. Vide Paponè  
lib. 22. arrest. tit.  
9. de adulteriis.  
arrest. 1. & 7. lib.  
2. not. titu. de a-  
dulter. fol. 458.  
e. Videto. arre-  
stum 12. à Papo-  
relatum, ritu. 5.  
lib. 22. arrest.  
f. Vide Boër. de-  
cifo. 298. nu. 4.  
& ex eo Papon.  
arrest. 6. ritu. 9.  
lib. 22. ex arrest.  
12.  
g. Cap. cum ha-  
beret. de eo qui  
duxit. in matri.  
in antiq.  
h. Vr in specie  
cap. relatum. 31.  
q. 1. c. significa-  
uit. antepen. &  
c. veniēs. de eo  
qui duxit in ma-  
tri. apud Greg.  
1. Cap. vlti. eod.  
ritu.

k. Ad diem vlti.  
August. an. 1552.  
citat Pap. arrest.  
2. tit. 9.

iudicis, vel postulante illa, cogi possit. Illud potius dispicere opera-  
pretium videtur; vtrum è Iustiniani mente sit, quod plerique om-  
nes Doctores iuris, b consiliatores, practici, quorum scripta nimio  
forsitan veræ iuris disciplinæ damno quotidie publicatur; quin etiam  
iudices, non imorum sublelliorum modò, sed & qui maioribus tri-  
bunalibus præfunt, Inerium Authenticarum codici appositarum  
compilatores sequuti sentiunt, & generaliter sine vlla distinctione  
definiunt; verberibus castigandam simplicis adulterij conuictam,  
priusquam pœnæ causâ monasterio, siue pœnitentium fororum cœ-  
nobio includatur; mulierem: quemadmodum olim non ex Burdi-  
galensis, c tantum, aut Parisini d Senatus auctoritate, ac decreto fa-  
citarum scimus; sed & innumeris tam recentibus, quàm vetustis hu-  
ius illustrissimi tot diligentissimorum iuris Senatorum cœtus iudiciis  
comprobatum audiuimus non semel, ac vidimus: aded quidem, vt  
lite adulterij semel decisa, & Senatusconsulto subsignato, certè e ab  
arrestu pronuntiatione; reconciliandæ sibi vxoris facultatem, nisi  
post inflicta ei verbera, marito denegandam obtinuerit. f Sed quo-  
niam ita receptum est, extraordinariæ apud nos criminum omnium  
pœnæ vt esse intelligantur; atque aded secundum ea quæ proponun-  
tur pro iudicum arbitrio leniri, vel exacerbari possint ex vtilitate pu-  
blica: in hoc quoque adulterij crimine si quid sit, quo addito id gra-  
uius atque atrocius appareat; vtputa si diuturnitas temporis (quo  
peccatum augeri, non minui rescriptum est s) intercesserit, liberiq;  
complures ex adulterino concubitu procreati; si de contrahendo  
post mariti mortem inter adulteros matrimonio fides data sit; h ac  
multò etiam magis, si id de facto contraxerint, vt Pontifex i loqui-  
tur: si parata veneno, aut manu factæ insidiæ, metusve iniis inie-  
ctus, & contumelia denique facta marito; eive quid surreptum ab  
adulteris, aut si aliud simile quidpiam iudices mouerit, vetustam ca-  
pitis pœnam facilè reuocant. Et è contrario, vbi simplex adulterium  
est; vt vxori ex eius causa mox damnadæ (modò ne vapulet, ac tra-  
ducatur) ipsi se reconciliatum iri maritus, aut fidem, aut spem certè  
iudicibus fecerit aliquam; non incommodè aut iniquè decreturus  
est Senatus, vt ne qua prorsus verberum in damnatione fiat mentio;  
præsertim autem vbi erit cur propinquorum, aut filiarum adulteræ  
honori parcendum esse videatur. Certè quidem, vt huiusmodi casti-  
gatio post elapsum biennij tempus, intra priuatos monasterij parietes,  
ex motu Abbatissæ ante velationem insligenda differatur; quemad-  
modum hoc aliquando curiæ Parisinæ, k illud etiam ante aliquot an-  
nos isti nostræ placuisse accepimus.

Et sanè is animus nunquam Imperatori Iustiniano fuit, ob sim-  
plex adulterium, vt conuicta in metancam rea verberibus antè  
castigaretur: sed eo scilicet casu, illam simul & adulterum antequàm  
capitali supplicio subdatur, hac quoque animaduersione coërceri ac  
puniri voluit; cum post euitatam semel, siue dissimulatione, ac pro-  
ditione iudicum, siue per falsas allegationes, aliàmve quampiam ra-  
tionem; ipsorum ad quos crimen perlatum fuerat circumuenta reli-  
gione,

gione, pœnam legitimam: ad eandem nimirum familiaris consuetudi-  
nis fœditatem (sic malo cum aliis, quàm cum Iuriconsulto a fœdus  
nominare) prolapsus vterque viuo mortuòve marito sit, etiam si con-  
nubij recens contracti obtentu (quod propterea irritum esse voluit  
Imperator) eam tegendam esse duxerint. Nam quemadmodum com-  
missum antea adulterium cum eo qui se postea nuptiis sociavit, ve-  
lamento matrimonij non extingui à Diocletiano & Maximiano re-  
scriptum fuit; b sic in eos, qui cum olim adulterij crimen obtentu  
forsitan proximitatis depulissent, per commemorationem neces-  
situdinis fidem crimini derogando (dum existimatur non debere  
credi, quod allegatur non potuisse committi) postmodum in nu-  
ptias suas consortiūque conuenerint: seuerissimè vindicandum, &  
veluti conuictum facinus confessumque puniendum à Theodosio,  
Arcadio, atque Honorio prudèter constitutum est; tanquam facinus  
illud, quo fuerant accusati, manifesta fide atque iudiciis euidentibus  
publicauerint. Hæc verba sunt principalis rescripti: c ad quod, cum  
per compilatorum obliuionem atque incuriam, ex Theodosiano  
Codice translaturum in Iustinianicum non fuisset; aspexisse tamen Iu-  
stinianum, siue Tribonianum eo ex Nouella ipsius quarta & tricesi-  
ma supra centesimam loco quem interpretor, equidem non dubito;  
quod ab eius Nouellæ Scholiastis, atque interpretibus minimè ani-  
maduersum video: non magis quàm βασιλῶν vocabulo (quamuis  
hoc generaliter acceptum, & quæstiones & verbera comprehendat;  
sicut apud Eusebium, d quo loco ita scriptum; εἴ ἢ λοιπῶν ὄκασθαι,  
εἰδὴ διαφορῆ βασιλῶν διήλλαττον, τότε μὲν μάστιγι ἀμειβόμενοι, τότε ἢ ἑξ-  
βλάστοι ἢ καταξάνουσι εἴ πλεονέξω, δέο μοι τε ἀνυπομονήτοις) in ista tamen  
quam tractamus iuris quæstione, non tormenta, vt illis omnibus e  
visum est (quod enim tormenta, vbi sola posteriore consuetudinis  
nupriarumve celebrationis exploratione, sine vlla prioris admissi aut  
accusatione; sic enim legere nomen κατηγορίας me cogit, vbi perpe-  
ram in omnibus, Excusatione, scriptum est: ac sine ampliore prioris  
admissi probatione, id pro certo & manifesto duci, atque ceteri prin-  
ceps voluit) sed aut verbera: ex vetusto scilicet Romanorum instiru-  
to aut more; non aliter nisi verberatos vltimo subdentium suppli-  
cio f (vt alio Iustiniani Nouellarum loco s τὰς βασάνων vetustum  
quoque ipsum interpretem optimè reddidisse: quamuis Irnerius h  
ibi quoque delusus forsitan quæstionis vocabulo, quod in præcedenti  
constitutione i Imperatorum appositum, aliò tamen pertinet, tor-  
menta maluerit, memoria repeto) reddi debuisse; nisi quod apud  
Augustinum k quoque ipsum tormentorum nomen pro verberibus  
positum olim deprehendisse videor: aut potius examen, disquisitio-  
nem, cognitionem, siue disculsionem, & quam alio Græco nomine  
δοκιμασίαν & Iureconsulti quoque nostri ἀνάκρισιν appellant. Quo  
vetus istud à Suida l relatum pertinet: οἱ οἱ ἕξω φασίν ἢ ἀμφισβήτησις  
κείσει ἀναρτάσθω, ἢ ἢ κείσει τὸς ἐλέγχως βασανίτω, ἢ ἢ βασανίτω τὸ δέο  
δελίτω. ὁ ἢ ὄρω γερράφω, τὰ ἢ γερράμω κερρόσθω, &c. καὶ εἰ δὲ ἀπε-  
εισκέπας ποιῆσθαι τὰς κείσεις. Et quod ab Eleutherio Romanorum

a I. Senato. 47.  
D. de ritu nupt.

b I. commissum,  
C. de adulter.  
c I. penult. C.  
Theod. illo tit.  
d Eusebius Pā-  
phil. in append.  
lib. 8. Eccl. histo.  
fol. 92.

e Tam vetusto  
quàm Haloëdio  
atque Leuclayo  
in explicatio.  
loci ex libro 6.  
titu. 19. cap. 10.  
additi ad ca. 67.  
tit. 37. lib. 60. Ba-  
silic. fol. 524.

f Vide quæ scri-  
psi lib. superio-  
re cap. 7.

g Nouel. 123. de  
sanctif. Episcop.  
s. reuerendis &  
s. si quis, c. 20. &  
31. & s. si quis  
cum sacra.

h Authen. pres-  
byterij, Cod. de  
Episcop. & cler.  
i I. presbyteri,  
s. C. de Episc. &  
clericis.

k Lib. 1. Confes-  
cap. 9. Quæmad-  
modum parentes  
nostri (ait) ride-  
bāt tormenta qui-  
bus pueri à magi-  
stris affligebantur.  
Sæuos terrores  
ac pœnas idem  
ipse nominat c.  
14. Sanè per ver-  
bera quæstiones  
olim haberi, so-  
litè de reis causæ  
capitalis, vt indi-  
cat D. Ephrē in  
ser. quo seipsum  
reprehen. & pec-  
cata sua confit.  
vol. 2. fol. 45.

l Vide Henricū  
Stephan. in the-  
sauro lit. Græcæ,  
vbi alios  
auctores nō tam-  
men Suidam ci-  
tat.

a c. vlti 30. q. 5. facit lex vlti. C. de probat.

b Confit. 125. c. 582. fol. 198. c Nomocan. tit. 11. cap. 1.

d Nouel. 134. vt nulli iudic. 9. si quis vero, vbi Cuiaci. ex Martial. quadā eruditē annot. vide in Basilic. Epitome lib. 60. fol. 524.

e 1. 2. 3. in 31. q. 1. f Ad fin. lib. 1.

g Photius.

h Ex ca. 1. tit. 11.

Pontifice ( qui Marco Philosopho , & principe rexit Ecclesiam ) ad vniuersas Ecclesias rescriptum est , <sup>a</sup> *Iudicantem oportere cuncta rificari mari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere ; interrogandi, respondendi, obijciendique præbita patientia, &c. Et frequenter interrogari oportere, ne aliquid prætermisum fortè remaneat, quod annecti conueniat.* Præsertim verò quòd tormentorum siue quaestionis nulla apud Iulianum Antecessorem & Patriciū Nouellæ illius abbreviatorem; b nulla item apud Photium; c vbi hoc ius tractauit, mentio: qui non indiligens homo, vel iuris imperitus; illud etiam, quod eadem Nouella continetur <sup>d</sup> de adulterij quondam accusata pœnisque legitimis erepta, nunc verò nupta cum eo ipso, de cuius consuetudine in suspicionem marito venerat, vel familiariter apud eundem diuersante; vt scilicet castigata & tonsa in monasterium detrudi per vniuersum vitæ suæ tempus debeat; his verbis Græcis ita expressit: ἐὰν ὃ τις ἐπιμοιχία καταγορηθεὶς, καὶ μετὰ ταῦτα (ὄντι) ἢ τελευτήσῃ ἢ ἀνδρὸς αὐτοῦ ἀσχετῶς αὐτῆ ( sic lego, non αὐτοῦ ) σιωπασθῆσθῃ; ἢ πρὸς γάμου αὐτοῦ λάβοι: ἢ ὁ γάμος ἐρρωταί, ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ὡς μοιχὸς ἐπὶ πάντος ἀρχόντι κολάζῃ: ἢ ἢ γυνὴ σαφρονομίῃν, καὶ κειρομελίῃν ἐμβάλλῃ) μοναστηρίῳ ὅλων ἢ χρόνον ἢ αὐτοῦ ζωῆς, &c. quæ placuit proponere, propterea quòd Photius (quod equidem sciam ) nisi Latinè nondum sit in lucem editus. Sanè rem esse illicitam, atque adeò canonibus meritò improbatam, si polluta per adulterium, extincto marito in matrimonium ab adultero ducatur; apertum cuique est; e qua de re agens Hieronymus aduersus Iouinianū, f *Quorundam, inquit, matrimonia adulterij cohæserunt: & rem improbam! iidem illis pudicitia præceperunt, quã abstulerant, &c.* De simplicis verò nec iterati, vel continuati post delationem ad magistratum adulterij rea, quid idem auctor paulò antè s velut è Iustiniani Nouella protulerit; ob ea quæ postea dicentur, expedit cognoscere. Meus manu exaratus liber quod scriptum habet hoc bona fide ostendero: ἢ ἢ περὶ τοποτηρητῶν διαλεγόμενῃ πρ ( addendum δ, vt sit πρὸ 134 ) νεαρὰ φησὶ, ὅτι ἐὰν γυνὴ ἐπὶ μοιχία καταδικασθῆ, ταῖς προσκεύσας πληγῆς ἐπιδοθῆσθῆναι μοναστηρίῳ ἐμβάλλῃ: καὶ ἀδειαν ἔχῃ ὁ ἀνὴρ εἶσω διεντίας αὐτῷ ἀναλαμβάνειν, μὴ βλαπτομένη ἢ γάμος ἐν τῷ ἔν ( ἔν ) μέσῳ. εἰ ἢ παρέλθοι ὁ χρόνος ἢ τελευτήσῃ μὴ ἀναλάβῃ αὐτῷ, τὸ σχῆμα λαμβάνῃ, &c. quæ sequuntur; vbi pro πληγῆς, quod est *vulneribus*, aut potius *verberibus*, tam Henricum Agylæum qui Basileæ, quàm Gentianum Heruetum qui Parisiis eodem vterque anno Latinè loquentem Photium emisere *coniugis*, in suis codicibus legisse ipsorum interpretatio <sup>h</sup> fidei facit, quæ apud Heruetum quidem sic habet. 124. autem Iustiniani Nouella de Conseruatoribus ( saltè loci seruatoribus, vertisset καὶ πρὸς contextus Græci ) differens dicit, quòd si mulier adulterij condemnata fuerit conuenientibus pœnis subiecta in monasterium intruditur, & est in potestate mariti eam intra annum recipere, ex his quæ intercesserunt non læso matrimonio: sin autem tempus præterierit, vel ea non recepta decesserit, monasticum habitum capit. Apud Agylæum rectius, vt videtur, hoc modo; quæ de

de vicariis differit constitutio 134. ait, *Si mulier adulterij condemnata sit, competentibus subdita pœnis in monasterium conijcitur*: in reliquis etiam quæ statim subiiciuntur, emendatiùs aliquantò ex Iustiniani & Photij mente legitur apud hunc, quàm apud illum alterum; pro *intra annum, intra biennium*: vterque igitur in suo quisque libro agnouit *coniugis* non *πληγῆς*. Nec dubitare debemus, quin etiam si vetustus ille Nouellarum interpres, siue is Bulgarus, siue Berguntio, siue alius quispiam fuit; in suo exemplari scriptum habuerit τὸ πληγῆς, quod in meo manuscripto Photij libro legitur; quando ita reddidit Latinis Græca, *Adulteram verò mulierem competentibus vulneribus subactam in monasterium mitti*, &c. ex quo Irnerius <sup>a</sup> illud suum quod initio exhibuimus, *Adultera verberata in monasterium mittatur*: rectius tamen sit *coniugis*, quod in vetustis Henrici Scringeri, b & Gregorij Haloandri codicibus agnoscutur ( nam hic quidem ita locum istum Latinè exposuit; *Mulier verò quæ adulterium commisit, competentibus subdita pœnis in monasterium conijciatur*, &c. ) Et in ipsa Basilicorum Epitome, c quam è Sambuci bibliotheca publicam Latinamque fecit eruditissimus Leuclayus, & notis insuper illustrauit suis. In eo loco sic legitur, τὴν ἢ μοιχρῆσθῶν γυνῶνα ταῖς προσκεύσας ἐπιδοθῆσθαι πληγῆς ἐν μοναστηρίῳ ἐμβάλλῃ. Iulianus Antecessor Nouellarum Iustiniani abbreviator istud, siue *coniugis*, siue *πληγῆς*, non tanti habuit vt exprimeret: sed nimium breuiter, opinione quidem mea, sic reddidit; d *Mulier autem mæcha in monasterium mittatur: & si quidem voluerit maritus intra duos annos eam recipere, ei liceat; & nullum præiudicium ex hoc nuptiæ patiantur; sin autem noluerit, mæcha sit ibi permanens vsquequò viuat, &c.* Hoc ipsum & Constantino Harmenopulo e vitium imputari potest, cum ita scripsit; ἴσθῃ ὅτι ἢ καταγορηθεῖσα γυνὴ εἰ μὲν ἐς μοιχίαν καταδικασθῆ, ἐμβάλλῃ ἐν μοναστηρίῳ. εἰ δὲ ἐν τῷ ἄλλῳ αὐτῷ καταδικασθῆ, χωρὶς τούτου τῷ αὐτῷ, ἐν ἀποκλίσει: vbi ne quis lectorem scrupulus moretur, aut ladar; admonendus est, quòd excepto ex adulterij causæ damnationis casu, non includi monasterio fœminam, quæ maritum habeat scribit; supplendum iustæ interpretationis vice, quod ex eodem Harmenopulo superius adnotasse me recordor: tum quoque in monasterium pelli coniugem, ὅτε ἀλόγως ἀποστῆσθαι πέμψῃ ἔν ( ἔν ) ἀνδρὶ, cum sine iusta causa repudij libellum marito miserit.

Sed, vt ad rem reuertar, placet quòd, competentibus pœnis subici vult adulterij ream Imperator, in monasterium ablegandam; si pœnarum competentium nomine, nō verberum animaduersionem, sed dotis ac donationis propter nuptias, siue hypoboli ( quod antiphatum à pragmaticis Italici, qui ad Neapolitanas leges scripsere; à Romano Pontifice dotalitium <sup>f</sup> nuncupatū reor ) itemque deficientibus vtique liberis tanti ex cæteris adulteræ bonis quantum tertia pars dotis efficiat, amissionem, viri cessuram commodis; g designatam esse intelligamus; de qua nimirum ab ipso Iustiniano duobus antea Nouellarum locis <sup>h</sup> actum fuerat: ne alioquin non habita huiusmodi pœnarum mentione, sublata ipsas postrema ista constitutione

a In d. authent. sed hodie, C. de aduiter.  
b A quo Henricus Stiepha. Nouellas Græcas olim typis excudit suis.  
c Ex lib. 60. tit. 37. pag. 525.  
d Cap. 580. de moechis, confit. 125. fol. 197.  
e Lib. 4. tit. 6. vbi dicit μοιχέας.  
f Cap. plerunq, de donat. inter virum & vxorē.  
g d. s. quia verò, c. 8. Photius cū notis Balsamon. Nomocan. ca. 5. lib. 13. & d. cap. plerunq, de donat. inter virum & vxorem.  
h Nouell. 22. de nuptiis, s. sed etiam, & Nouell. 117. vt liceat matri vel auia, s. quia verò, seu ca. 8. Cuius Nouellæ diem scito non esse 15. Kalen. Ianuar. & perpetuā excusi omnes præferunt libri: sed ipsas Kal. Ian. ne alioquin referatur ad annum præcedentem, contra quam subiicitur de anno 15. Imperij Iustiniani Basilio V. C. Col. quod stare non potest, & verò, ne alioquin Nouella 117. sit recentior atq; posterior quā Nouellæ 134. quod alij non aduertunt.

a Cap. plerunq; de donat. inter vir. & vxor. apud Gregor.

b Lib. s. de Clitophon. & Leucippes amorib. c Nouel. 134. vt nulliudicium, s. quia verò, siue cap. 11. & vlti. & Nou. 139. & 146. s. vlt. & s. fancimus. d Nouell. 10. e Nouell. 3.

f Nouell. 22. de nuptiis, s. sed à nobis. siue c. 18. & d. s. sed etiã, siue c. 7. & Nou. 117. vt liceat mariti vel auis, s. quia verò, siue cap. 8. g Didaco super 4. Decretal. & aliis. h Quæst 338. nu. 1. & 2. citatur à Iul. Claro in adulter. vers. 15. praet. crimin. i Notat Molin. ibidem in verbo doralitium, & Celsus Hugo cò sil 33. num. 6. vbi Romanum citat singul. 311. sed & Iasonem, Felinũ atque Cardinalem. k Vide in Nou. 22. de nuptiis, s. sed à nobis aliquid, siue ca. 18. in prin. & in fin.

tanquam superioribus derogante, falsò sibi persuaderet quispiam: cum tamen iis hodièque locum esse Pontifex Romanus perspicuè docuerit. a Ac de dote quidem, hoc ipsum Leoni Philosopho placuisse, vt eius perceptione se maritus de illata iniuria tam graui aliquatenus consolari posset; ista Principis verba comprobant: *ἐχθρα παραμύθιον ἐν τῷ πλὴν προίκα λαμβάνειν τῷ ὀφθίσου ἀδίκου πωλεῖ τὰ γαμικὰ δὴ κ. α γυναικός.* Quin & secundum vetustas Ephesiorum leges, ex adulterij causa vxoris dorem viro adiudicari solitam, Therlander apud Achillem Statium ostendit; b quo loco de Melites vxoris suæ consuetudine cum Clitophonte conqueritur. Cum ergo pœnarũ quædam corpori, quædam substantiæ seu bonis infligantur; & (sicuti Iustinianus variis loquitur locis c) *τῷ πονηρῷ, αὶ μὲν ἐς τὸ σῶμα, αὶ ἡ ἐς τὰ χρήματα*: sicuti Leo, d & Manuel Comnenus, e *αὶ μὲν σωματικῆ αὶ ἡ χρηματικῆ ἡ γὰρ ἐστὶν αὐτῶν*: nihil mirum si pœnarum competentium nomen, vbi de adulterio primo coercendo agitur apud Iustinianum, quod adulteræ monachismo sui præterea diximus; ad doris, donationisque propter nuptias amissionem referendum asseramus: cum id aliis etiam locis f manifestissimè idem Imperator fecerit. Nam de alia vxoris adulteræ substantia, quod insuper accipi à viro tantundem ex ea Iustiniani Nouella diximus, quantum tertia pars dotis esse cognoscitur, nequaquam hodie apud nos in vsu esse arbitror: nedum vt parapherna viri lucrò cedere debeant; quod tamen plerisque Doctoribus g in hanc rem à præside Boërio h citatis, visum est; quorum opinio, post glossam ad caput plerunq; de donationibus inter virum & vxorem apud Gregorium, ab ipso Abbate ibidem reprobat. i Porro autem quamuis nescius nõ sim apud Iustinianum nostrum, castigationis quoque competentis vocabulum, quæ appellatione Græca *σαρρανομίος* nuncupatur; in huic affini de pœnis dissidij, seu diuortij argumento k (sicuti de ipso pœnæ nomine differuimus) doris, & donationis propter nuptias amissionem designare: nihilominus tamen illo casu, quo semel adulterij rea capitalem pœnam euitarit, & postea cum eo ipso, de quo in suspicionem, atque in legitimæ pœnæ periculum venerat, stupri siue adulterij denuò consuetudinem habuisse comprobetur; equidem ita sentio, vt grauius aliquantò plecti debeat, quàm ex prioris reatus causa ipsam puniri oportuisset: ideoque non modò detrudendam in monasterium amissa dote, ac donatione propter nuptias, secundum ea quæ de simplicis adulterij vindicta exposuimus; verum etiam verberibus, antequàm monasterio includatur, esse castigandam; eamque distinctione inter hos duos casus minimè ab interpretibus iuris atq; pragmaticis perceptam; ex mente Imperatoris esse: qui alioqui sat ineprè (quoniam frustra) in eadem Nouella, eodemque aut vicino saltem capitulo, adulterij pœnam iteratò eandem, quam superiori comprehenderat, expressisset.

l Cap. 11. titu. 1. lib. 12.

Eandem ferè distinctionem sequuti Vvifigorthorum Legislatores l circa Iudæos, qui dānatos ab Ecclesia Catholica libros (in quibus malè contra fidem Christi sentitur) aut legere, aut domi celare ausi

ausi essent; vt qui ex eorum numero tale quidpiam patraisset, is publicè decaluatus & centenorum flagellorum verberatione punitus, eautonius vinculo alligaretur, ne vnquam talium libros vel doctrinas apud se aut habere præsumeret, aut atterere auderet, aut studiis meditandi assumeret. *Iam verò si post emissum placitum, quodcumque tale reperere tentauerit (aiunt) & decaluatus centenis flagellis subiaceat, & amissis rebus sub perpetui exilij conteretur ærumma: vt quia iam secundò visus est erroris sui iterasse vestigium, perenniter illis res eorum deseruiant, quibus principali fuerint collatione concessæ.* Quod similiter in subiecta ibidem delicti causa constitutum videas licet: quò spectat Callistrati a nostri responsum de Iuuenibus, qui se turbulentis popularium acclamationibus accommodant; qui si nihil amplius admiserint, nec antè sint à Præside admoniti, fustibus casti dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. *Quod si ita correcti in eisdem deprehendantur; exilio puniendi sunt (ait) nonnunquam capite quoties deprehensi tractati clementius, & turbulentè se gesserint; & aliter seuerauerint.* Contumaces enim æquum est cum admoniti præsertim à magistratibus, atque castigati verbis aut verberibus, tamen ad bonam frugem redire nolunt; sed in iisdem criminibus perseverant, grauius extra ordinem puniri: b & pœna quidem primo delicto remittitur: vnde Tibullus, c

*Parcite cælestes, æquum est impune licere, Numina formosis ledere vestrâ semel.*

Et Ouidius quodam loco;

*Pij faciles, peccasse semel concedite tutò:*

*Et satis est; pœnam culpa secunda ferat.*

Idque ideo quòd neminem esse tam scelicem, ait Quintilianus d aliacubi, qui non aliqua pœnitentiã digna faciat, qui non subiectus sit errori; & hoc proprium non dementis esse, verum hominis: è contrario autem geminatio criminis affert ignominiam (vt idem alio in loco e docet) neque immeritò: semel enim errare sanè tolerabile sit: in eadem verò incidere, ne damnatione quidem compesci, vltra omnia videtur. Ergo Massilienses quarto errori, quia iam culpa iniuriã acceperant, subueniendum non putasse Valerius tradit; f sed neque Romanos veteres præsertim in castris verum est: nam si quis ter ex eadem causa multatus esset à Duce, Præsfecto, vel Tribuno; postea fuste non percuti modò, sed perimi atque occidi solitum Polybius g narrat; non minùs quàm eum qui quid è castris surripuisset, falsum testimonium dixisset, aut sui corporis alteri copiã id atatis probrosè ac turpiter fecisset. *ἐυλοκοπέται ἡ ἢ δ κλέψας*: & cætera, quæ sequuntur, loco illo quem libro Semestrium primo h proposui; & statim, *πρὸς ἡ τῶν δ τοῖς πειλ τῷ αὐτῶν ἀντίως ἱμνωθῆναι. ταῦτα μὲν ἔρ ὡς ἀδίκηματα πολέμοιο.* Cæterum non modò ter aut quater idem facinus admittens grauius puniendus est; sed qui semel admonitus aut castigatus eodem aliòve se scelere, ac probro conspurcat: quod qui facit, non potest non stultissimus videri; iuxta illud vetusti cuiusdam

a l. capitalium, s. solent, D. de pœnis, facit & s. graffatores, cad. l. b Glos. in cap. si vir, de adulter. apud Grego. vbi citat locos alios Andraas quoq; Tiraquel. Senator Parisi. alios in tractatu de pœnis temperã. aut remittit. can. 10. vers. 4. & 5. sed iis tamen omissis quos hic statim adscribimus, quibus & illos addendos admonemus, quos affert glo. vlti. l. 3. de Episcopo. audient. notans delicta iterata plus puniri. Vide & Boë. decis. 301. nu. 11. ex Authent. vt non luxu. contra nat. & c. c Elegia 9. d Declam. 249. in sermone pag. 245. e Declam. 310. pag. 192. f Val. Max. lib. 2.

g Lib. 6. Histor.

h Cap. 17. sub initium.



Poeta, quod in Græcorum sententiis aliquando legisse me recordor: *Ἰλις Ἰλαμαρτίῳ ταυτῶν, ἐκ ἀνδρῶν σοφῶν.*

a Pet. Rauennas ferm. 173. qui se- dit Martiano A. b In priore pa- ranefti epiftola fcilicet 5. folio 900. c l. 3. C. de Epi- fcopali audien- ria, §. vltim. d Lib. 5. cap. 135. fol. 140. e Cap. 1. titu. 3. vide & in c. 4. in verbo, femel la- pſus, & in c. 16. ibi, *quod ſi inex- plibiliter his ha- ſere criminibus:* & in c. 20. verſ. feciſti fornicationem, & in c. 23. ſed & vene- rabilis Beda, in lib. de remedio peccat. cap. 1. ad huc, Quia Deus dixit, *Malum cogitaſti, ignouimus tui dixiſti, ignouimus malum ſeciſti, ignoui: perſeueras in malo, non igno- ſco.* Ergo ſi qui perſeuerant in malo non igno- ſce, ſed iudica iudicium diſtin- ctum ſecundum canonē, vt alij timorē habeāt. Videto & Raba- num M. num in lib. poenitentium cap. 4. ex concilio Elibert. cap. 42. & quæ de ire ratis maleficiis puniendis Tra- quellus tradit. tractat. de poen- caula 10. nu. 4. f In canonibus 80. ex Arabico in Latinum con- ueſis & reco- gnitis ac illuſtra- tis à Francisco Turriano ipſiū- que ad Ciemē- tis Apoſtolicas conſtitutiones cōmentario ad- iunctis, folio 26. editio. Antwerp. anno 1578. g Lib. 1. de Ani- malib. cap. 9.

Nec ab hoc alienum arbitror, quod noſter Chryſologus a Epifcopus Rauennas (quem ſæpe in Dodecameno nuper à nobis edito, ſed & in iſto etiam libro iam antea non ſemel, & in Agoniſtico noſtro ca- ſtiſſimum, ac erudiſſimum Theologum laudauimus) ita retulit: *Fugienda, fratres, dementia iſta eſt, fugienda; quæ etiam poſt curam ca- ptiuâ tenetur amore morborum. Recidua enim lethalis eſt ſapius agri- tudo.* Ac longè ante ipſum D. Ioannes Chryſoſtomus (quem vtinam Græcè loquentem indicare potuiſſem) ad Theodorum lapſum b in eandem omninò ſententiam, *Peccaſſe (inquit) eſt humanum, per- ducaſſe autem in flagitijs non humanum eſt, ſed penitus diabolicum.* Do- ctoris huius atati ſupares non abſimiliter Valentinianus ac Theo- doſius Imp. iterato errori neutiſſimè ignoſcendum eſſe cenſuere; qui ſuam conſtitutionem c aliquam iſto præcepti fine concluſerunt; vt remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa nō habeant; nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admiſſi non emendationi potiùs, quàm conſuetudini deputa- uerint. Simile quidpiam de blaſphemis legas in poenitentiali Roma- no tit. 2. cap. 10. prima vice increpati ſolitis, & prima vice, & ſecun- dō, & tertio; deinde per quindecim dies in pane & aqua poenitere iuſſis, grauiùs quidem puniri blaſphemos, quando ſapiùs id crimen perpetrauerint, noſtri quoque Reges voluerunt. Videto in Philippi Aug. Philippi Valeſij VI. Ludouici XII. & aliorum Franciæ Re- gum conſtitutionibus, quarum nonnullas recitat Boërius decif. 301. num. 5. & in Caroli Magni capitulario d quod ille non adfert: vbi ſic ſcriptum, *De latronibus ita præcipimus obſeruandum; vt pro prima culpa non moriatur, ſed vnum oculum perdat: de alia verò culpa, naſus ipſius latronis truncetur: de tertia culpa, ſi non emendauerit, moriatur.* Sanè in dicto poenitentiali Romano (quod propiùs ad rem noſtram pertinet) de fornicatione ſic ſcriptum; e *Si laicus cum laica fœmina, id eſt, vterque abſolutus à lege coniugij, concubuerit; tres annos poeni- teat: & quantò ſapiùs & negligentius ea peccata commiſerit, tantò ma- gis & tempus addatur, & modus poenitentia.* In ipſo etiam Nicano concilio f Canon 78. *ſacerdotis virginis & in adulterium poſtea lapſi eſſe vult in ieiunio & oratione & de eleemoſynis ſecundum vires vno an- no: quo exaſto debet redire (ait) ad communionem fidelium, & commu- nionem ſacram, & ad miniſterium & ſacrificium vt priùs: & deinceps attendere diligenter, & cauere ſibi per vniuerſum vita tempus, ſi verò ad idem peccatum reuerſus fuerit, deponendus (inquit) eſt omninò, & non eſt prohibendus communionem fidelium, & ſacra communionem.*

Atque hoc quidem naturalem rationem ipſis quoque brutis ani- malibus (vt ita loquar) inſitam poſtulare; præclara illa de fuco, dor- mientium apum opera noctu inuadente, ab Eliano relata g hiftoria manifeſtum facit. Nam illæ cum furem viderint; modicè, lenitèrque verberant, alis expellunt, & in exilium proiciunt. Iſte verò non ob id corrigitur; ſua enim natura, & piger, & vorax eſt; ac ſe intra fauos

abdit,

abdit, in quibus dulces apum ad paſſionem profectarum theſauros diripit. *Ἐτάμ ἰδῶσι τὴν φῶρα (inquit ille) πάλισιν αὐτῶν περιεμύνας, καὶ θύ- θῶσι τοῖς πλῆθεϊς, καὶ ἐκβάλλουσι φυγάδα ἐν αὐ. δὲ ἢ δὲ ἔτω πεπαιδῶσι.* *πέφυ- κε γὰρ καὶ ἀργὸς καὶ λιχῦθ: δῖνα κακῶ, &c.* Ab illis dein ex paſſione re- deuntibus deprehenſus, non iam leniter tanquam in exilium denuò amouendus verberatur; ſed magna vi earum ac vehementia inuadi- tur, & aculeis iectus fur iſte improbius malè mulctatur: quod ita E- lianus profert, *ἐκ ἐπι περιεμύνας αὐτῶν πάλισιν, ἔδ' ὡς εἰς φυγῶν τρέλαι, ἀλλ' εὖ μάλα τοῖς κενύθοις βιάως ἐμπεσοῦσαι διαλοῶσι τὴν λιχῦν.* nec iniuſto, aut poenitendo ſupplicio affectus (ita enim Græca explico, qua in- terpres nequaquam videtur aſſequutus; cum illa καὶ ἡ μεμύνας ἑπο- μένας τῶν τιμωρίων, ſic reddidit, qui iam non ampliùs mulctatur incre- pationibus) voracitatis & gulæ cauſa miſeram animam profundit. Quod totum ne quis fictum & apologi ſpeciem habere ſuſpicetur; adūcit Elianus id ſe ab apiariis didiciſſe, ac verum credere: *μελιωργ- γοὶ λέγουσι ταῦτα (inquit) καὶ ἐμὲ πείθει.* Grauiorem itaque adulterio iterato poenam à Juſtiniano conſtitutam, verberum ſcilicet, præter monachiſmum (quo ſolo ſemel delatum ac probatum vindicari vo- luit) probabile proſus verumque arbitror: quoniam naturale, vt ex ea fuci fabula cernitur, atque adeò nec reprehenſibile, nec porriò in- iuſtum eſt: non magis quàm quòd circa fœminas adulterij poenam mitiorem, quàm aduerſus mares conſtituit; exemplo albarum co- lumbarum, ad quas cum lex caſtitatis vel continentia, non minùs quàm ad turtures, & palumbas alieni cubilis minimè appetentes, eà- que immutabilis pertineat (*περιετράβη γὰρ ὄρνιθων σαφρονεσάτων καὶ κωκο- λαομύλων εἰς ἀφροδίτην ἀκῶα λεγόντων,* inquit idem ipſe alibi, a *& γὰρ ποτε ἀλλήλων διασπῶν), ἔτε ἡ θήλειά ἐαυ μὴ ἀφαιρέθῃ τῆς τινὶ τὴν ἴσωνόμος, ἔτε ὁ ἀρῶν ἢ μὴ χῆρθ γένῃ*) hoc tamen intereſſe, idem alio loco b *Elianus auctor eſt, quod cum in his ſi fortè ſint qui Venerem alienam oculis aliquando appetere ſe demonſtrant; fœmina non ſecus à fœ- minis, quàm mares à maribus obſeſſa diſcerpuntur. Columba ſolos mares perimunt, fœminarum miſerentur; vt illaſas atque inoffenſas in viduitate degere permittant; ſicuti adulteras mulieres ob ſexus fragilitatem monaſterio circumſcriptas, atque incluſas; ſalvas qui- dem, ſed in viduitate perſtare donec adiuuerent, Imp. voluit. Aſſero Eliani verba, præfertim in re minimè (vt ſentio) vulgari; tam pro- meo more, quàm pro lectoris commodo: cui operam nauare, atque conſulere nos æquum eſt, cum iſto publico ſcribendi munere defun- gimur. *Ἐτάμ ἀρα ὁ τὴν σαφρονεσῶν νόμος (inquit ille) καὶ εἰς τὰς τευγῶνας ἀφικνεῖται: καὶ ἀτρεπῆ μὲν καὶ εἰς περιετράβη τὰς λαυκῆς, πῶν τῶν θανα- τῶν δὲ ἀκῶα τὴν ὄρνι: ἐπεὶ τὴν μὲν ἀρῶνα ἀνάγκη, τὴν δὲ θήλειαν ὄρνιθον καὶ εἶασαυ ἀπαθῆ, καὶ περιεσῆσι χῆρθ.**

Hæc omninò ſunt quæ ad mentem Juſtiniani de mitigata circa fœminas adulterij poena explicandam, à reliquis Nouellarum eius interpretibus, etiam recentioribus omiſſa, pertinere duxi: ex quibus labore haud exiguo mihi partis, tuòque (bone lector) vſui collectis; inducæ illius diuerſæ à maribus ac lenioris in fœminas poenæ ratio- nem,

a Lib. 3. de Ani- mal. cap. 5. b Cap. 44. lib. 3. de Animal.

a l. 2. D. de poenis, l. 3. ad l. Iulia. pecul. l. cognitione, s. vlti. D. de var. & ex traordi. cog. de quo vide Cuiacium lib. 6. Obferuat. cap. 9.

b l. aut facta, in fin. D. de poenis.

c s. item lex Iulia, num. 3. Infit. de publ. iud. vbi hodie verò de facto reputatur industria.

d l. 7. C. quæ sit longa consuetudo.

e l. quod non ratio, D. de legibus.

f l. 1. de interpr. 36. D. eod. tit. de legibus.

g Lib. 45.

h Lib. 10. Variar. epist. 2. vide & ipius Iustiniani iustionem pro privilegio concilij Vizaceni Nonellis ab Antecessore Iuliano expositis adiectam à Pithæo nostro, fol. 237.

nem, bono principi satis constare arbitror; restituta quadamtenus vetusta relegationis pœna: cuius loco, sicut olim interdictionis deportationem (id quod Iurisconsultus docet <sup>a</sup>) monachismum aut intrusionem in monasterium successisse possis existimare: quod etiã ipsum, ex iis quæ superiori dicta sunt sermone, satis colligitur. Quod si vsu fori, quem error librarij Græculi, Latini quoque interpretis inuexit, receptam verberum insuper admonitionem, tanti temporis diuturnitate comprobata, Doctorumque iuris, pragmaticorum, & (quod maxima in parte ponendum videtur) supremorum in Gallia tribunalium auctoritate firmatam tueri aliquis volet; non repugnabo: qui multis grassantibus exasperari maleficiorum supplicia, quoniam exemplo opus sit, à Iurisconsulto <sup>b</sup> traditum scio: superiore autem seculo, & a uorum quoque nostrorum memoria tantam fuisse in isto nequitia, atque intemperantia genere, tamque effranem licentiam; vt laudari potius, quam reprehendi, nedum puniri Ioannis Fabri temporibus (vt ipse conqueritur quodam loco <sup>c</sup>) adulteria solebant. Igitur cum esset opus exemplo, exacerbari pœna à Iustiano induta cœpit, & à iudicibus in adulteras frequenter constitui; vt secarentur, aut caderentur verberibus, antequam includerentur monasterio: vnde consuetudine tandem sancita est. Quam consuetudinem & simul rationem, quæ ipsam præcessit, ac suavit; esse custodiendam, ab Alexandro principe <sup>d</sup> rescriptum est: vbi, nomen hoc (*præcedens*) non cum <sup>e</sup> consuetudinis, sed cum <sup>f</sup> rationis vocabulo coniungendum interim admoneo; quando frustra & superuacue, quæ vtique antiquior est, consuetudo præcedere; non frustra consuetudinem ratio præcedere dicitur: & interdum non ratione quid introducit, sed errore primùm rationi contrario, deinde consuetudine obtinet; sicuti Celsus noster tradidit: <sup>e</sup> quemadmodum autem optima legum interpres consuetudo est iuxta Paulum Iurisconsultum, <sup>f</sup> ita eandem vnã esse legum correctricem ex isto Litiij testimonio intelligimus leges Macedonia dedit cum tanta cura, vt non hostibus victis, sed sociis benemeritis dare videretur; & quas ne vsus quidem longo tempore, qui vnus est legum corrector, experiendo argueret. Poterit igitur (per me quidem) qui nimium obfirmato erit animo; inueteratam, & per annos plurimos receptam, longaque consuetudine (vt dixi) comprobata, atque ideò non minùs quam eam, quæ scripto iure continetur seruandam aut vsurpandam, pœnam adulteræ infligere: ac tantò magis, quantò ea propius abest à duriore lapidationis illa, quam apud Iudæos olim ex Mosæica, vel diuina potius nomothesia; minimè à Domino nostro Iesu Christo improbata, cum ei à Scribis adultera iudicanda offerretur; obtinuisset. Mihi profectò legislatoris officio fungi hoc loco animus non fuit; sed legum, atque adeò Nouellarum Iustiniani constitutionum interpretis munere: non ignoranti, facile mutari non posse, quod per longa secula custodiri potuit (sicuti ad Iustinianum Theodahadus Cassiodori verbis <sup>h</sup> olim scripsisse fertur) quanquam vsum alioqui cedere auctoritati, prauumq; vsum à lege ac ratione vinci scripserit

Isido.

Isidorus: <sup>a</sup> & verò non vsque adeò sui memento valere consuetudinibus, vsusque longæ non vilis auctoritas debeat; vt aut rationem vincat, aut legem: quemadmodum à Constantino <sup>b</sup> illo magno principe rescriptum est.

<sup>a</sup> Apud Gratia. cap. 1. diff. 11.

<sup>b</sup> l. penult. C. quæ sit longa consuetudo.

S V M M A.

Scholiales siue obseruator hic sermo ad Suetonium.

*Apud quem loci admodum decem & septem correcti; illustrati aut explicati decem. Apud alios itidem auctores bonos non pauci: nam lux aliqua data sex Vlpiani responsis. Castigatus duobus locis Minusius Felix. Curius Fortunatianus emendatus. Computare per digitos. Honestè cadere. Nomen posterius. Excusare. Existimare, & opinari. Peculiosus. Relegationis nouum exemplum, ne quis patriam excedat. Confessus honor. Principia & exercitia. Casarianus. Citharædorum in theatro metus, castigato Arriano. Baculus pantomimorū. Optare. Artifex, & alia nonnulla.*

CAPVT XXIII.



RANQVILLVS nuper à Turnebo, Lipsio, Torrentio, aliis præclare acceptus, summo rei literariæ bono. A me olim itidem in superioribus duobus Semestrium libris: <sup>a</sup> & in duobus ad Pomponium de origine iuris syntagmatibus si non recta cœna, sportula certè donatus; nunc porrò ad me reuertitur, scilicet sese vt curet molliter. Atquin apud me, qui ab istis delicatulis absim longissimè, neutiquam potest. Tactabo tamen ipsum, & malam turpè que scabiem qua etiamnum vrgebatur demam si potero postulas quidem ex ea ortas indicabo; vt eas illi aut etiam alij persanent, quorum erit manus peritior, si hæc nobis opera non ita bellè, vt sperabam, processerit. Quanquam nostra ista omnia commendationem admittunt nullam, sanè leuia. Quid enim non leue post tantos viros? Sed quibus tamen leuiora quotidie scribantur. Ea ex librorum meorum margine cursim deprompta huc congeffi, aut congeri potius à propinquo & familiari meo sum passus; hac lege scilicet, qui ista legerint, vt miseram & nimiam diligentiam non requirant ab homine, cui nullum otium negotia publica indulgent: dico & priuata.

<sup>a</sup> Lib. 1. cap. 2. s. 6. & 18. item lib. 2. cap. 7. 11. 15. & 16.

In Iulio, extremo cap. 24. placeret scribi *cedentibus*, non *decedentibus*, eo loco: sed *prosperè decedentibus rebus*. Res enim cedere dicuntur non decedere: Erasmus quidem nihil mutat, sed verbum id vt Suetonio peculiare pro, *evenire*, interpretatur; quanquam Suetonium nullibi aliàs vsurpasse ostendit.

Eodem lib. cap. 33. hæc habentur, *Existimatur etiam equestres census pollicitus: quod accidit opinione falsa. Nam cum in alloquendo adhortandoque sapius digitum læuæ manus ostentans, adfirmaret, se ad satisfaciendum omnibus per quos dignitatem suam defensurus esset.*

Y y.

annulum quoque a quo animo detracturum sibi extrema concio; cui facilius erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod risu suspicabatur: promissumque ius annulorum cum millibus quadringenis fama distulit. Beroaldus, Sabellicus, Torrentius ita hoc accipiunt, *Extremam concionem* (quam Liuius quoque appellat) *suspiciatam fuisse de annulorum iure & millibus cccc.* Quia Cæsar annulum seu digitum læuæ manus minimo proximum ostentaret. De iure quidem annulorū, placet: & id satis cuique obuium. At de cccc. hoc est, de censu equestri, cur ided suspicatum? An quod annuli à plebe equitem distinguebant? Et illud non omninò absurdum. Verùm crediderim tamen subtilius hinc quidpiam hærere, quod eos latuerit: quòdque ipse sum, fauentibus Musis, ni fallor, affecutus Veteres per digitos numerasse vulgo notum: circumfertur enim libellus Bedæ, *De ratione per digitos computandi*; quæ figuris etiam depicta est, & demonstrata à Pierio Valerio. <sup>b</sup> Eamque ad rem illustrandam Erasmus ad D. Hieronymum, & Vinerus ad Bedam testimonia produciunt sexcenta, ipsius Hieronymi, Plinij, Firmici, Apulei, Donati, Cornuti, Ouidij, Quintiliani, Iuuenalis, Plutarchi, Nicarchi. Addam & ego isthæc è meo peculio, quæ ad eum morem referenda. Plautus <sup>c</sup> enim *Dextera digitis rationem computat* (inquit) *feriens femur Dexterum.* —

Seneca, <sup>d</sup> *Numerare docet me Arithmetica, & auaritiæ commodare digitos; potius doceat nihil ad rem pertinere istas computationes: non esse felicem cuius patrimonium tabularios lassat.* Terrullianus, <sup>e</sup> *Cum digitorum supputarijs gesticulis adsidendum est.* Plinius, <sup>f</sup> *Vbi audiuit componit vulum, intendit oculos, mouet labra, agit digitos, computat nihil, nisi vt miseram expectatione suspendat.* Suetonius item noster alibi; <sup>g</sup> *Aded* (inquit) *vt oblatos victoribus aureos, prolatæque sinistra pariter cum vulgo voce digitis numeraret.* Spartianus <sup>h</sup> verò, *E Senatu in Capitolium pergenti populus obstiti: sed ferro vt vulneribus: vt pollicitationibus aureorum quos digitis ostendebat ipse Iulianus, vt fidem faceret, summotus atque depulsus est.* Denique Xiphilinus, <sup>i</sup> ἐλθὼν δὲ ἐς τὴν βῶμιν καὶ πρὸς τὸν δῆμον διαλεγόμενον, ἐπειδὴν μεταξὺ λέγοντες αὐτὸς τότε ἄλλα καὶ ὅτε πολλοῖς ἔτισιν ἀποδῆμικὸς ἢ ἀνεβόσασα δειλῶ: καὶ τὸ καὶ ταῖς χρυσῶν ἢ αὐτῶν καὶ χρυσὸς τοσούτους ἐς τὸ δῆμον λάβασαι, πρῶτον ἐδείξαντο, διημεδίασε, καὶ ἔφη καὶ αὐτὸς δειλῶ. Ex quibus vt Irenæum <sup>k</sup> præteream patet, non modò numerasse per digitos veteres; verùm & Imperatores etiam per digitos pecunias milibus promississe. Igitur vt ad rem, *Extrema concio, cui facilius erat Cæsarem videre concionantem quam audire, suspicata fuit, non ex annuli ostentatione* (quod alij comminiscuntur) *immò ex digitorum gestu, sibi quadringenta millia promissa.* Quæ quidem interpretatio mea, videri fortè quibusdam non satis firma poterit: quoniam, vt Suetonius refert, Cæsar digitum læuæ manus ostentabat: nota verò quadringentorum non per digitos læuæ manus, sed per dexteram fingenda, si credimus Bedæ. Atque hoc antiquiori D. Petro Chryfologo, qui ad istam per digitos computandi rationem spectans (vt arbitror) in centesimo numero mutari læuam dextera

a Lib. 8.

b In lib. Hierogly.

c Milite.

d Epist. 89.

e In Apologet. lib. 2. Epist. ad Caluif.

g Claud. cap. 11.

h In Iuliano.

i In Marco.

k Lib. 1. aduersus hæref. cap. 13. & lib. 5. fol. 248. verso.

dextera satis apertè demonstrat his ferè verbis, <sup>a</sup> *Namque amissio vnus totum dissipauerat centenarium numerum, & totum de dextera redegerat ad sinistram; vt dispendio vnus & sinistra clauderet omnes, & dextera nil haberet.* Nonagesimus & nonus numerus in sinistra latet clausus, constrictus hæret, tenetur oppressus: qui tamè vbi vnus perceperit & senferit augmentum, mox dextera transit ad palmam, mox centenarij numeri peruenit ad coronam. Vnde centenarium senem dextera annos computare Poëta <sup>b</sup> dixit alicubi:

*Felix nimirum qui tot per secula mortem*

*Distulit, atque suos iam dextera computat annos.*

Hieronymus denique aduersus Iouinianū, <sup>c</sup> *Porrò centesimus numerus* (diligenter quæso lector attende) *de sinistra transfertur ad dexteram, & eisdem quidem digitis, sed non eadem manu quibus in læua nuptæ significantur & viduæ, circulum faciens exprimit virginitatis coronam.* Non ided tamen à sententia recedo. Digitus enim læuæ hinc, non ad numerum cccc. referendus, sed ad ius annulorum qui ea manu gestabantur. <sup>d</sup> Carterum numerus cccc. sestertiorum ex eo colligebatur gestu manus dexterae, per quæ affirmabat Cæsar. Etenim per indicem dexterae, cuius lateri superinducebantur interiora pollicis, ambobus his digitis diuntaxat erectis, vt ait Beda cccc. dicebantur, per indicem eundem adfirmabatur. Quam ad rem vtramque locus elegantissimus Quintiliani, <sup>e</sup> *Is* (inquit) *in exprobrando, & indicando* (vnde ei nomen est) *valet: & allenata ac spectante humerum manu, paulò inclinatus, adfermat: versus in terram, & quasi pronus, urget.* Aliquādo pro numero est. Itaque ex gestuum similitudine, quibus simul & numerus, & adfirmatio notabantur, in facili error militis, maximè præmium cupientis, sic statuo. Porrò concionis errorem similem, videre cuique licet apud Plinium, <sup>f</sup> *Deinde* (inquit) *cum prorogari sibi potestatem vellet, aduersis auspicijs in publicum processit statimque Capitolium petijt, manum ad caput referens, qua salutem suam populo commendabat: hoc nobilitas ita accepit, quasi Diadema poscretur, &c.* Pergamus vltra.

Cap. 32. de cæde Iulij Cæsaris hæc habentur verba, *Vtque animaduertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quò honestiùs caderet, etiam infima corporis parte velata.* Plutarchus in Cæsare hoc quidem, *ἠφελκύσατο καὶ τὸ κεφάλις τὸ ἱμάτιον.* De sinu quo honestiùs caderet, nihil omninò. At Appianus <sup>g</sup> non omisit, *μετὰ τὴν τῆς βεβήτων πλῆθύν* (inquit) *ἔτε ἀπογιγνώσκοντα ἴδεν τὸ ἱμάτιον περιεκαλύψασθαι καὶ περὶν δυσχεμῶνος παρὰ ἀνδραδέντι πομπῆς.* Id veteribus cura fuisse certum est: quod quoniam ab alijs quibusdam <sup>h</sup> demonstratum iam pridem fuit, hoc libro non repetam: illud addam damtaxat huc etiam referendum videri quod ait M. Tullius, <sup>i</sup> *Quod gladiatores nobiles faciunt* (inquit) *vt honestè decumbant.* Verum tamen hoc aliò spectare probatur; tum ex iis quæ subiungit, tum ex alio eiusdem authoris loco: <sup>k</sup> vbi de gladiatoribus hæc, *Quis non modò stetit, verùm etiam decubuit turpiter?* Aliò quoque spectat quod Tacitus alicubi <sup>l</sup> de Vitellianis comme-

a D. Petr. Chryfologus Archiepiscop. Rauen. in serm. 163.

b Iuuenalis Satyra 10. lib. 4.

c Lib. 1 sub initium, col. 24.

d Et quidem digito illo sinistrae qui minimo est proximus, hoc verò quamobrem difces ex Agellio cap. 10. lib. 10. e Lib. 11. cap. 3.

f In lib. de viris illustribus, vbi de T. Græcho.

g Lib. 2. Bellor. ciuil.

h Hiero. Magiolib. 2. Miscella. cap. 21.

i Phil. 3.

k Lib. 2. Tuscul.

l Lib. 19. ad fin.

mōrat ita, Cecidēre omnes contrarijs vulneribus versi in hostem. Ea cura etiam morientibus decori exitus fuit. Sed ad reliqua.

Augusti vita cap. 7. hæc sunt, *A. M. Antonio in epistolis per contumeliam saepe Thurinus appellatur: & ipse nihil amplius, quam mirari se rescribit, pro opprobrio nomen prius sibi obijci. Quid hoc est, nomen prius?* Nomen fortē quod infans habuit. Id auribus durum, puto mendosam vocem; *Prius*. Atque idēd legebam, *Nomen patria*, quasi scriptum fuisset *priane*. Quia scilicet infanti Augusto cognomen Thurini inditum, in memoriā maiorum originis: vel quod in regione Thurina recēns eo nato, pater Octavius aduersus fugitiuos prosperē rem gesserat, vt hīc Suetonius narrat: & paulō antē cap. 2. & 3. Verūm mutauit sententiam, ac modō ex; *Nomen prius*, facio, *Nomen posterius*. Quod ita per compendij notas exaratum fuerat, *Prius*. Habebant Romani tria nomina, prænomen nomini comparatum prius nomen erat: Appianus <sup>a</sup> Πομπηίου καὶ τῆς ἑσπέρης καὶ τῆς ἑσπέρης. Eadem ratione nomen cognomini comparatum prius nomen fuisse non dubitatur: Cognomen ergo Thurini erat Augusti posterius non prius nomen. Mirabatur itaque obijci sibi nomen posterius; id est, cognomen: quod casu plerunque aut ē re nata imponebatur; quo tacitē simul affirmabatur, sibi probro dari non posse nomen prius, videlicet nomen Octauiae gentis locupletis ac vetustæ.

In sequentibus cap. 25. eiusdem libri, ait Suetonius, *Augustum cogente necessitate, vsu aliquando libertinis militibus: & addit, Eosque seruos adhuc viris feminisque periculosioribus inditos, ac sine mora manumissos sub priore, vexillo habuit.* Ineptum illud; *Periculosioribus*, apud Gryphium & alias editiones. Beroaldus autem & Sabellicus, legunt, *pecuniosioribus*; nec tamen se emendare dicunt. At Pulmanius id se in quibusdam codicibus manuscriptis reperisse testatur. Emendo ego, *Peculiosioribus*, germana scriptura. Peculiosiores vocat, maiore instructos peculio, in quo serui habebantur: vnde & mancipia pecuniaria nostro Vlpiano <sup>b</sup> & Plauto. <sup>c</sup> Sidonius <sup>d</sup> ad rem nostram, *Iam vero ager ipse* (inquit) *diffusus in syluis, pictus in pratis, pecorosus in pascuis, peculiosus in pastoribus.* Vsurpat enim id verbū, eadem prorsus significatione, qua Tranquillus hīc. Quamuis eo sensu non peculiosum sed peculiatū dicunt Iurisconsulti <sup>e</sup> nostri. Contra D. Augustinus seruum peculiosum vocat, quem Iurisconsulti peculiarem, vt notat in suo Lexico Briffonius.

Ad cap. 46. eiusdem vitæ, in his verbis: *Etiam iure ac dignitate vrbi quodammodo pro parte aliqua adæquauit.* Indicabo illud, *pro parte aliqua*, superesse; & ex glossa *re quodammodo*, irrepsisse in textum. Atque hoc quidem cum hīc exscriptum foret, antequam ab aliis occupatum persentiscerem, etsi leue est, attamen quia verū, delere piguit.

Paulō post cap. 51. ita scriptum est, *Iun. Nouatum & Cassium Patavinum ē plebe homines, alterum pecunia, alterum leui exilio punire satis habuit.* Malim, *Leni exilio*. Nam & infra cap. 65. *Post quinquennium demum ex insula in continentem, leuoribusque paulō conditionibus tran-*

<sup>a</sup> Lib. 2. ciuil.

<sup>b</sup> l. athletas, D. de iis qui not. infam.

<sup>c</sup> In Procl. Capt. d. Lib. 3. epist. 2.

<sup>e</sup> l. si quid, D. de edil. edict. & alibi.

*transulit eam.* Et alio loco, <sup>a</sup> *Nihil lenior in conuictos Græculos, Zenonem quendam relegauit Cynariam.* Eamus ad alia. Nota cuique vocis, *excusare*, significatio. At Suetonius tamen vsurpat hoc verbū, pro, *excusare*, aut, *allegare*: quod notare decreui ad cap. 101. Augusti; vbi, *Excusata rei familiaris mediocritate*, id est, *allegata*; quod etiam potest aliis locis probari. Nam in Caligula: <sup>b</sup> *Vni valetudinem excu-* <sup>c</sup> *santi.* In Claudio, <sup>c</sup> *Excusante Tiberio imbecillitatem eius.* Et in Nerone, <sup>d</sup> *Excusato languore faucium propter quem non adesset.* Id verbū igitur authori nostro eo sensu frequens: quod tamen interpretes non animaduertēre. Vnus Beroaldus ad Caligula locum leuissimē attigit, adducto hoc Liuij testimonio videlicet de Torquato, *Oculorum valetudinem excusauit.* Sed nos aliorum proferemus exempla. Tacitus <sup>e</sup> enim eo sermonis genere vtitur: *At Tiberius* (inquit) *quod superemis in matrem officijs desuisset, nihil mutata amoenitate vitæ, magnitudinem negotiorum per literas excusauit.* Quintilianus <sup>f</sup> etiam, *Tu tamen* (ait) *si interpellatus tempestatibus, seruis venisses, excusares mare, & ambiguos flatus, & tibi bonam causam habere videreris, cum diceres, antē non potui.* Item Horatius <sup>g</sup>

— ille Philippo

*Excusare laborem, & mercenaria vincla,*

*Quod non mane domum venisset.* —

Denique Iustinus lib. 18. <sup>h</sup> *Post paucos deinde dies* (inquit, agens de Machæo Carralonis patre Carthaginensium duce) *Carthaginem cepit, euocatōque populo ad concionem, exilij iniuriam queritur, belli necessitatem excusat, contemptumque victoriarum suarum.* Quibus omnibus locis abducō vt eandem loquendi formulam, Minutio Felici <sup>i</sup> restituiam, apud quem valde deprauata existimo hæc verba, *Nec de fato quisquam aut solatium captet, aut excuset euentum sit sortis fortune; mens tamen libera est: & idēd actus hominis non digni as indicatur.* Admonebo primūm ex coniectura Ferrerij Iurisconsulti Auxitani pro, *Dignitas*, reponendum, *Natiuitas*: nam statim de genitura loquitur Minutius, Cetera ego sic emendaui: *Nec de fato quisquam aut solatium captet, aut excuset fortunam, mens tamen libera est; & idēd actus hominis non natiuitas indicatur.* Illa enim, *euentum*, scilicet *sortis*, (nam, scilicet, scriptum erat, non, *sit*) delenda putauit tanquam glossa illius; *Fortunam*. Et ita censeo. Præsertim cum idem author paulō suprā fortunam pro sortis euentu posuerit: eo loco, *Iam scies nequitia sua eos hanc meruisse fortunam.* Hæc omnia de verbi *Excusare*, non vsitata significatione lubentiùs huc congeffi; quia Iurisconsulti nostris sit quoque familiaris ea locutio. Vlpianus <sup>k</sup> enim, *Vel alia iusta causa* (inquit) *quam mox præses literis excusauit.* Et alibi, <sup>l</sup> *Vbicunque absens quis damnari potest, ibi quemuis pro eo verba facientem, & innocentiam excusantem audiri æquum est:* hoc est, innocentiam allegantem. Quod vir doctissimus <sup>m</sup> aliter accipiens reposuit absentiam. Nescio an ita quoque intelligendum, quod idem Vlpianus <sup>n</sup> tradidit, *Initium Prætor fecit ab ijs qui in totum prohibentur postulare: in quo edicto aut pueritiam, aut casum excusant;* hoc est (si lectio

<sup>a</sup> Cap. 56.

<sup>b</sup> Cap. 27.

<sup>c</sup> Cap. 6.

<sup>d</sup> Cap. 41.

<sup>e</sup> Lib. 5. Annal.

<sup>f</sup> Declamar. 12. passi cadaueris.

<sup>g</sup> Epist. 7. lib. 2.

<sup>h</sup> Ad extremū.

<sup>i</sup> In Octauio.

<sup>k</sup> l. si quis filio, 6. §. quid tamen si, D. de iniust. rupt.

<sup>l</sup> l. seruū, §. publicè, D. de procurat.

<sup>m</sup> Cuius ad Paul. sentent. lib. 5. tit. 16. §. neque accusator.

<sup>n</sup> l. i. §. initium, D. de postul.

a In l. 5. prima  
verba, D. de sep.  
viol.  
b Ad l. 2. de reg.  
iuris.  
c In l. 5. ff. de  
pub. iud.  
d l. neganda, C.  
de his qui accu-  
sa. non poss.  
e Scaevola. 84.

proba sit) comprehendit, allegavit, & (vt ipsemet loquitur paulò pòst) exceptit. Quo genere impuberes dicuntur *Excusati*,<sup>a</sup> id est, excepti edicto de sepulchro violato. Sed ego apud Vlpian. de postular. *Exceptit*, corrigendum probavi, alio loco.<sup>b</sup> Porro & illud hìc non omittendum ab Vlpiano<sup>c</sup> eodem, *Excusatum etiam dici eum qui purgatus est, cuius accusatio est peracta, qui crimine quo premebatur fuit exutus*, vt ait Imperator Valentinianus.<sup>d</sup> Apud Petrum autem Chrysologum elegantissimū Theologum, *Excusare*, nihil esse aliud quàm allata ratione vel excusatione proposita denegare: quo loco, e de Christi incarnatione, natiuitate, ac resurrectione, *Sed si conceptum partimque virginitas excusare suo nescit creatori, si ingressum egressumque clausa ianua creatori suo non potest denegare: quomodo lapis monumenti & resurgenti poterat obistere saluatori?* Ac similiter apud B.

f Lib. 5. in Euāg.  
secundum Lucā  
ad cap. 7. circa  
fir. lib.

Ambrosium<sup>f</sup> accipio de Cananra loquentem: *Verè hæc regnum cœlitum pertinet in precibus, sapiens in responsis, fidelis in verbis. Prætereuntem reuocat, tacentem rogat, excusantem adorat, negantem inclinat.*

g Lib. 15. Aduer.  
cap. 11.

Lib. 3. cap. 38. Tranquillus narrat *Tiberij temporibus ed calumnia processum, vt hoc quoque capitale esset, dictum vllum factumve eius existimatione aliqua lasisse*. Commentatores ad hoc verbum, *existimatione*, nihil. Turnebus<sup>g</sup> sanè tradidit apud Sallustium & alios, *Existimare*, poni pro, *Æstimare*. Nos aliam significationem eius verbi adferemus. Credimus enim hìc, *existimatione*, nihil esse aliud, quàm opinionem atque sententiam liberam: sermonem liberum, flagitiosa cuiuspiam dicta vel facta notantem atque improbantem. Confirmat

h Lib. 10. cap. 23.

Agellius: <sup>h</sup> *Marcus Cato non solum existimat as, sed multat as quoque à iudice mulieres refert, non minus si vinum bibissent, quam si probrum & adulterium admisissent. Existimat as*, id est, reprehensas, & quasi notatas infamia. D. Ambrosius,<sup>i</sup> *Quantò magis diuinum & spirituale depositum bona fide seruare nos congruit, ne existimationem & graua damna subeamus*. Atque vt certius nostram hanc interpretationem constituamus, iuuat noster ipse author, qui alibi, *malè opinari*, dixit, quod hìc, *existimare*. Augusto cap. 51. *Quadam verò cognitione cum Æmylio Æliano Cordubensi inter cetera crimina vel maximè obijceretur, quod malè opinari de Cesare soleret*, &c. Et cap. 67. *Cosinium seruum grauissimè de se opinantem, non vltra quàm compedibus coercuit*. Caligula cap. 27: *Multos honesti nominis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnauit, aut medios ferra dissecuit. Nec omnes grauibus ex causis, verum malè de munere suo opinatos*, &c. Hæc omnia recensui maximè, quia Iurisconsulti nostri contrario sensu *Existimationem*, pro integræ famæ ac dignitatis illæsa statu passim vsurpent: quam cum Æschine, Demosthene, Diodoro, Plutarcho, aliisque veteribus Græcis noster Modestinus quodam Pandectarum<sup>k</sup> loco *τὴν τιμὴν* nominat.

k l. scire, 27. §. 1.  
in fin. D. de tu-  
tor. & cura. dat.  
ab his.

In vita Caligulæ cap. 15. macula non caret vulgata hæc lectio; *Commentarios ad matris fratrumque suorum causas pertinentes, conuectos in forum, & antè clarè obtestatus Deos, neque legisse neque attigisse quicquam, concremanit*. Corrigo, *Conuectos in focum*; alioquin non

non cohæret quod sequitur statim, *Et antè clarè obtestatus Deos*.

Quippe antequam igni traderentur, non verò antequam in forum conueherentur, obtestatio fieri debuit. Adde quòd non propriè conuehi dicantur commentarij, nec verisimile est in foro potius, quàm domi combustos fuisse. Puto ego domi. Nam infra; <sup>a</sup> *Prolatis libellis* (inquit) *quos crematos simulauerat*. Ergo domi cremauerat. Ita enim simulari potuit. Nisi dixerimus eum in foro chartas quaspian commentariorum loco combussisse. Cui fortè opinioni non valdè reluctarer. Porro quòd hìc Torrentius emendat, *Conuectus in forum*, ex manuscripto quodam libro, non placet. Etenim quod statim subiungitur, *Et antè*, &c. non magis cohæret, quàm si, *Conuectos*, retinueris. Sed postquam de huius loci castigatione ita differui; non celabo aliquando putasse nihil immutandum: verum illud, *Antè*, sic interpretabar, vt significaret coram populo: à quo Latinitas non abhorret. At tandem existimaui omninò hìc esse nostram emendationem necessariam. Si quis autem cupiat videre similia quadam facta, de commetariorum aut epistolarum crematione, leget infra, <sup>b</sup> idem fecisse Otthonem. Fecit & Marcus Philosophus, teste Marcellino,<sup>c</sup> & T. Caesar, scribente Seneca.<sup>d</sup> Sed de isto & Pópeio alij adnotarunt.

a Cap. 10.

b Vitell. cap. 10.

c Lib. 21.

d Lib. 2. de Ira,  
cap. 23.

Eiusdem lib. cap. 20. vbi mentio ludorum quos edidit Caligula variant exemplaria in iis verbis, *Haslicos ludos*. Alia habent, *Aslicos*: quod Turnebus<sup>e</sup> amplectitur. Alia, *Asiacos*: quòd à multis etiam receptum. Alia denique, *Atticos*: quod Turnebus ille quem dixi literarum eximium decus probare videtur lib. 27. Aduerlar. cap. 20. In hac tanta lectionum disparitate; quid si scribamus, *Cesticos*? Horum quidem Tacitus<sup>f</sup> ita commemorat, *Idem Thrasea Patavij vnde ortus erat, ludis Cesticis à Troiano Antenore institutis, habitu Tragico cecinerat*. De his etiam nonnulla Æneidos 5. vbi de pugna Entelli ac Daretis. Sed fortè an nos plura & certiora trademus olim ad Tacitum. Intereà videfis quæ de ludis Atticis & antiqua ludorum religione ad lectionem cuiusdam apud Tacitum loci constituendam lib. 3. Agonistici nostri sermone vltimo accuratè si non verè scripsimus.

e Lib. 18. Adu.  
cap. 5.

f Lib. 16. Annal.

Cap. 32. eiusdem vitæ, *Sæpe in conspectu prandentis vel comissantis* (inquit Suetonius) *seriæ quæstiones per tormenta habebantur*. Videto, lector, num melius, *Sæua quæstiones*: moueor equidem loco Senecæ,<sup>g</sup> in quo & verbum *sauitia*, & hoc additum, *Bassum quæstorem suum procuratoris sui filium, aliisque & equites & Romanos & Senatores vno die flagellis cecidit, torfit, non quæstionis, sed animi causa*. Si animi causa, ergo non erant seriæ quæstiones. Sæuas rectius appellauerit Suetonius. Qui & ipse initio huius capituli, *Animum quoque remittenti ludoque & epulis dedito, eadem dictorum factorumque sauitia aderat*. Et supra cap. 11. *Naturam tamen senam atque probrosam, nec tunc quidem inhibere poterat*. Quibus verbis hæc Philonis Iudæi<sup>h</sup> optimè conueniunt, *Ἐὰν ὁ ἴσθριον φθορῶν ὁμοθυμῶν ὡς ἐν ἀνθρώποις ἐν ταῖς τιμωρίαις*, &c. Et subiicit statim, *sauitia* ipsius infandum exemplum: paulò tamen discrepat à Suetonio nostro. Suetonius<sup>i</sup> enim scribit

g Lib. 3. de Ira,  
cap. 18.

h In Flaccum  
Avillium, sub  
finem.

i Cap. 33. infra.

*Caligulam aliquando opinantem sibi exules suos mortem imprecari misisse*

sisse circum insulas qui vniuersos trucidarent; adeo illi nulla erat poenarum satietas. Philo autem alia ratione vt exules omnes interficerentur misisse Caligulam tradit, videlicet, non quod sibi mortem imprearentur; sed quod vitam nimis quietam, securam, liberam, Philosophicam viverent. Tum addit, primum inter exules quos ita occidi mandauerat scriptum & nominatum fuisse Flaccum Aegypti praefectum. Quod omittere Tranquillus minimè debuit. Sed iam ipsum Philonem sua verba pronunciantem audiamus, φασιν ὅτι νύκτωρ πρὸς διακρυπνῶν ὁ Γάϊος (inquit) εἰς γήνοια ἦλθε τῆ ἐν τέλει φυγάδων, ὀνόματι μὲν ὑποστειλόντων ἀτυχῆν, βίῳ δὲ ἀπραγμονα, καὶ ἡσυχάζοντα καὶ ἐλευθέρῳ ὄντως περιπεπονημένῳ. μετεπίθῃ ἢ καὶ τῶν κλιῶν ἀποδύμια προσαγορεύει. ἀποδύμια γὰρ τίς ὅστιν ἔφασκεν ἢ τῶν τοῖστων ἔλασις ἔχοντων ἀφῶνα τὰ ἐπιτίθια καὶ σὺν ἀπραγμοσίῳ καὶ διστάθειά (ἢ) διωαμύδων, ὅς ἀποποι εἶναι τρυφῆν ἀπολαύοντα ἀριῦν βίῳ καρπημύδης φιλόσοφον. εἶτα προσέτιθ τὸς ἐπιφρασάτας καὶ ὡρ πλάστῳ ὁ λῆγῳ ἀναμειβῶναι, γραφῶν δὲς ὀνομαζέται ἢς ἤγατο φλάκκαῳ, &c.

a In consolat. ad Pelybium, cap. 32.

b Initio lib. 4 natural. quast.

Certa igitur castigatio sauae, non, seriae: praesertim cum sauitiae contraria sit virtus clementia, quam in Claudio Imp. Caij Caligulae crudelitatem aduersus exules damnans Seneca, tunc temporis exul ipse commendauit, his ferè verbis; nostrum istum Suetonij locum illustrantibus, a *O felicem clementiam tuam, Caesar, qua efficit vt quietiorem sub te agant vitam exules, quam nuper sub Caio egere principes! Non trepidant, nec per singulas horas gladium expectant, nec ad omnium nanium conspectum pauent. Per te habent vt fortuna sauiantis modum, ita spem quoque melioris eiusdem ac praesentis quietem, &c.* Sed & olim sub Caio in eum statum res humanas decidisse, vt inter misericordiae opera haberetur occidi, Seneca idem alio loco b memorat: & paulo antè, *Videbam apud Caium tormenta (inquit) videbam ignes.* Haec igitur sauae quaestiones Caij fuerint, de quibus noster Suetonius.

Circa cap. 38. quod de primipilarij testamentis velut ingratum rescissis traditur; quari video, cur eorum potius quam centurionum ac tribunorum quos vel ipse vel Tiberius, sui beneficij fecerat? Qui quaestionem mouit Torrentius, nihil tamen eo loci quod proferret habuit. Ego quod tum menti succurrit eum nuper notas ipsius ad Suetonium, nostrarum in ipsis obseruationum agnoscendarum gratia legendo percurrerem; de quibus penultimo huius libri sermone lectorem admonere statueram, breuiter exequar. Nempe annonam militarem inter milites per singulas legiones diuidendam, primipili qui decurio primae cohortis fuit centurionibus datam. Ob rationem primipilarij administrationis bona eius qui sarcinam huiusmodi subiisset ita fuisse obligata fisco principis, vt in ipsis priuilegium haberet ipsamque adeo dotis actionem certo tamen ordine, hoc est, si vniuersis viri ac nominatorum facultatibus exhaustis nihil residuum inueniretur, excluderet; quemadmodum plurimis Imperatorum in

c l. i. c. de priuileg. fisci, l. 3. c. de primipilo. li. 12. c. l. 2. c. ne vxor pro mari- 20.

Iustiniani codicem relatis constitutionibus comprehensum est. c *Quorum igitur bona potuit ob administrationis primipilarij reliqua occupare; horum veluti debitorum testamenta rescindebat Caligula, quo facilius bona quorum nullus haeres ac dominus haberetur, ipse* tanquam

tanquam necessitati primipili obnoxia suo quodam iure inuaderet sibi que adiceret. Ita sentio; sed qui certius aut verisimiliter quidpiam adferenti lubens cessurus sum.

Claudio cap. 23. *Ipse quosdam nouo exemplo relegauit, vt ultra lapidem tertium vetaret, egredi ab vrbe.* Nefas ignorantiam exprobrare Suetonio. Dicam tamen id non planè nouo exemplo, sed non ita forsitan frequentato fecisse Claudium. Etenim apud ipsos Romanos vsurpatum antea fuerat sub triumuiris Reipub. constituenda genus id poenae. Author mihi huius rei Appianus; a vbi de Caleno profcri-

a Lib. 4. bellor. ciuil.

pto, eodemque à ciuibus suis defensio atque seruato. Μακαρισμύδης (ait) τῆ κακῆ καὶ ἐς τὸς τρεῖς ἐπρέσβουσα ἔπερ ἀντὶ καὶ ἔτυχε Σίτιον τῆ ἄλλης Ἰταλίας ἀργόμυθον ἐν τῇ πατρίδι μύθον. Σίτιος μὲν δὲ πρῶτος ἢ μόνος ἀνδρῶν. ὁ ἢ τῆ ξένης ἐφυγάδεύετο ἐν τῇ πατρίδι. Immo etiam ab antiquo apud exteros quoque vsurpatum hoc poenae genus reperio. Salomonem quippe Hierosolymorum Regem eodem modo Abiatharum Pontificem relegasse, atque Semeium, quod Iosephus b his verbis,

b Lib. 8. antiq. Iud. cap. 1. pag. 227.

καλέσας ἢ τῆ Ἀβιάθαρον τῆ Ἰβρία. θανάτου μὲν (εἶπε) ἦν δὲ. τότε ἄλλα ὄσα ἔσθω πατρί με συνεικασας καὶ ἢ κηρώς ἢ σὺν αὐτῶ μετῴνικας. τὰυτῶ δὲ σοι τῶν τιμωρίων ἐπιτίθει ταξιαμύθον μετ' ἀδωνία καὶ τὰ ὀνόματι φρονίσαντι, μήτε γηβάει ἔσθω, μήτε εἰς ὄψιν ἀπαντῶν τῶν ἐμῶν, ἀλλὰ εἰς τῶν πατρίδα πορθεύεις ἐν τοῖς ἀγροῖς ἰθὺ καὶ τῶν ἀχρὶ τελευτῆς ἔχει τῆ βίον. ἀμαρτῶν τῆ μνηκῆ εἶναι δικαίως ἐν ἀξία. Praclarissimum exemplum perpetuae relegationis in patriam: sed in agros tamen atque ita longè à conspectu principis, & in certam prouincia regionem. Sequitur deinde apud eundem auctorem de Semeo, Σεμέθ δὲ ἔσθω πρῶτος ἐξέσθω οὐκ ὀνομαζέσσαντι μύθον ἐν Ἰερουσαλίμοις αὐτῶ πρῶτος ἔχοντα καὶ μὴ διαβάσαντι τῶν χιμαρῶν καὶ ἔσθω ἔχει ὄψιν πορθεύσαντι ἢ τῶν θάνατον ἔσθω τὸ πρῶτος. Et quae sequuntur quae eodem spectant. Reperio quoque eiusmodi poenam (quam nouo exemplo inductam proponit Suetonius) à Iurisconsultis nostris probatam, eorumque tempore fuisse in vsu, vt

c l. relegatorij, 7. §. sicut, & §. solet, D. de interdicit. & relegat.

hac Vlpiani c verba demonstrant, *Item in partem certam prouincia moraturum relegare potest, vt fortè non excedat ciuitatem aliquam, vel regionem aliquam non egrediatur.* Et paulo post, *Solet praeterea interdici sententia quibusdam, ne intra patriae territorium vel muros morentur: solet, ne excedant patriam, & in vicis quibusdam morentur.* Nam quid aliud quaeso ista, *Ne excedant patriam, &c.* quam id quod modò dixi significant? Tatianum quidem Theodosij temporibus praefectura Praetoriana abdicatum mox patriam suam incolere iussum ipsius filio Proculo Sycas (quod Byzantij suburbium est) ad capitale supplicium subeundum ablegato Zozimus Historiarum lib. 4. d prodidit:

d Fol. 774. Vve. chel. edit.

quo loco, Τατιανὸς ἢ τῆ τῆ πατρίδος οὐκ ὄσθω παραδόντῳ ἀργόσας συνεικασας ἐπὶ τῆ τῆ πρόβουλις αὐμῆσας κείσθω, καὶ τελευτῶντες οἱ ἀμαρτῶν καὶ ἔσθω ἔσθω συνεικασας ἀπάρεσθω τῶν ἐν Συκίῳ ἔσθω πρῶτος τῶν ἐπὶ θάνατον πρῶτος. Sanè non in insulas modò, sed & in Mediterraneas vrbes Italiae vicinas exilij causa relegatos olim ciues Romanos ex eo intelligimus quod de Nerua Tarentum relegato temporibus Domitiani Philostratus retulit e in hac ferè verba, ἢ ἢ καὶ πρῶτος ὄσθω καὶ ἔσθω

e Initio lib. 7. de vita Apollie.

ἡ αὐτὴ δὲ τῆς Διογενίου ἐπιβλέψαι ἐαυτῷ φάσας ; οἱ μὲν ἐς νόσους κα-  
 θάρχθησαν ( hoc est, in insula vinculum quod nostri proceres vocant )  
 ἢ ἄρα ἢ προσέταξεν οἰκῆν Τάραντα. Vel etiam in oppida Mediterranea,  
 sed ab vrbe atque à patria fontium distita & remota. Sic igitur Ar-  
 chadij & Honorij principum temporibus Eutropij Eunuchi factione  
 pulsum aula fuisse Abundantium, & in Sidonem Phœniciæ relega-  
 tum vbi reliquum vitæ suæ tempus exegerit, à Zoximo a traditum in  
 hæc verba reperio : ἀπελάοντο δ' Ἀβυδάτι & βασιλέων οἰκιστῶν τῶν  
 ἐν Φαικίᾳ Σιδώνα λαχόντων ἢ ἐν ταύτῃ ἢ λοιπῶν χρόνων βελιωκῶς. Et postea sub  
 Honorio & Theodosio Terentiū quidem Augustalis cubiculi præ-  
 positum fuisse relegatum in Orientem; Arfacium verò Mediolani se  
 continere iussim : Τερέντιος ἢ εἰς τὴν ἑορτὴν ( inquit ) ἀπεπέμπετο ἢ Ἀρφα-  
 κίου τὴν μεδιολανῶν οἰκῆν ἀπελάοντα. In patriam autē suam, vt ea egredi  
 vetarentur alicuius criminis reos damnari solitos, Roma tamen vete-  
 ri aut noua excepta, itēque Metropolitana ciuitate ac simul comi-  
 tata principis ex pœna Eutylianis atque Apollinaristis indicta Im-  
 peratorum Valentiniani & Martiani cōstitutione intelligimus. Nam  
 in sacra sanctiōne post concilium Chalcedonense, sic ferè scriptum, b  
*Si quis etiam extra prædictam militiam inuentus fuerit militare, &c.  
 Solutus militia infidelitatis suæ fructum hunc habeat, vt optimorum  
 (istos optimatum) & palatij communionē priuetur: nec alibi quàm in  
 quo natus est vico vel ciuitate versetur. Quod si qui eorum in hac alma  
 vrbe (quod credi nefas est) geniti sunt: tam de hac ciuitate venerabili,  
 quàm sacratissimo comitatu & ex omni excludantur Metropolitana ci-  
 uitate.* Et similiter in alia sanctiōne Martiani Imperatoris c aduersus  
 eōdem hæreticos: *Nullum præterea (inquit) vel Apollinaristam vel  
 Eutylianistam ad aliquam iubemus aspirare militiam nisi ad cohorta-  
 lem vel limitaneam; si qui verò contra fecerint, soluto cingulo honesto-  
 rum hominum, & palatij communionē priuetur; nec in aliqua nisi in ea  
 qua nati sunt ciuitate vel vico ac regione versentur. Si qui verò in hac  
 alma vrbe nati sunt, tam sacratissimo comitatu, quàm omni per prouin-  
 ciam Metropolitana ciuitate pellantur.* Magnus Melitius Imperatoris  
 Constantij temporibus cum ex quadam Armeniæ ciuitate ad regi-  
 men Ecclesiæ Antiochenæ Arianorum suffragio in suis eum parti-  
 bus esse existimantium esset euocatus: eumque locum scriptura,  
*Dominus creauit me in initio viarum suarum;* Imperatoris iussu, & fa-  
 uente vniuersa turba rogantēque vt breuem eis doctrinā daret ima-  
 ginem explicaturus: tres ostendens digitos; deinde colligens duos,  
 & vnum tendens illam laudabilem protulisset vocem, *Tria sunt que  
 intelliguntur, sed tanquam de vno disputamus:* contra hanc doctrinam  
 Arianos calumniæ linguas exacuisse Sabellianum asserentes sanctū  
 esse Melitium ex Theodorito, narrat in Historia Tripartita d Scho-  
 lasticus Epiphanius, ob eamq; rem principij suasisse vt in propriam  
 prouinciā in exilium mitteretur. Denique ad hoc exilij genus quo  
 quis prouincia, insula, vrbe sua excedere prohibetur, aut ea concludi  
 & cōtinere se iubetur, tanquam id in vsu iam rum fuerit ipsius tem-  
 poribus in Græcia videtur olim aspexisse Sinopensis ille Diogenes  
 qui

a Lib. 5. Histor.  
fol. 788. editio.  
Vvechel. & 821.

b Vide fol. 243.  
post Clement.  
Romani episto-  
las.

c Vide ibidem  
fol. 244. v. c. fo.

d Lib. 5. cap. 47.  
& 48.

qui Canis appellatus: cum nuntianti cuiquam ipsum à Sinopenfibus  
 secedere, ac exulare Ponto iussim, respondit festiuè admodum, si-  
 cuti Plutarchus narrat; a *At ego illos vt in Ponto & extremis Euxini  
 littoribus perpetuò maneant.* Διογενίης δ' κῦμα πρὸς τὴν ἑσπέρην, σιωπῆς σὺν  
 φωνῇ ἐκ Πόντου κατέρχοντα: ἔγὼ δ' ἢ, ἔπει, ἐκένωσεν ἢ Πόντον μολὼν ἀκρῆς ἐπὶ  
 ῥηγμῖσιν ἀξίον ὄντα. Quod à Laërtio paucioribus verbis expressum  
 reperias. Quemadmodum autem alibi b ostendimus metalli & ope-  
 ris publici pœnas, de quibus in iure nostro ad Ægyptiorum Reges  
 esse referendas; quod nemo ante nos docuerat: ita etiam liceat mo-  
 dō nobis asserere huius relegationis exemplū, de quo hīc à Iudæo-  
 rum moribus petendum videri: quod satis locus ille Iosephi demon-  
 strat: sed & nos fortasse aliquando, si dabit Deus, plura è iure Quiri-  
 tum ad Ægyptiorum & Hebræorum leges spectantia, quasi vnum  
 in fasciculum collecta, studiofè offerre minimè grauabimur.

Eadem Claudij vita cap. 28. agit Tranquillus de libertis Claudij,  
*Quos decreto quoque Senatus (inquit) non præmijs modò ingentibus,  
 sed & quæstorij prætorijque ornamentis ornari lubenter passus est.*  
 Munera vocat Senega, c non autem ornamenta: ego verò hīc facili  
 manu pro, *Ornari,* reponerem, *Donari,* aut etiam, *Honorari:* quæ ver-  
 ba præmiorum & ornamentorū seu munerum communia. Id enim  
 ornamentis ornari, vix est vt credam excidisse vnquam Suetonio.

Ibidem cap. 34. hæc leguntur, *Præterque destinatos etiam leui,  
 subitāque de causa quosdam committeret. De fabricorum quoque ac mi-  
 nistrorum atque id genus numero, si aut autōματων, vel pegma, vel  
 quid tale aliud parum cessisset.* Editio Gryphij habet, *Tale aliquid:* inde  
 facio, *Alicui.* Emendatio parua rei locum tamen esse corruptum  
 indicarat Pulmanus, nec admouerat manum.

Ait Suetonius in Nerone cap. 13. Tyridatem Armeniæ Regem  
 iuxta Neronem latere dextro collocatum in theatro. Hoc ad confes-  
 sum spectat viris ornatis offerri solitum antiquitūs, vt videretur adfir-  
 mare Lamprydus: d & nos e aliās attigimus. De Perseo cui Paulus  
 Æmilij locos ad hanc rem illustrandam. Primus f hic est, *Secundum  
 consuetudinem nostram (inquit) illi confessus offertur, qui aliquo opere  
 perfectō victor adueniens, honoris gratia promeretur vt sedeat.* Alter g  
 autem ita habet, *Et ille Rex qui superatos etiam confessus honore do-  
 nauerat, exsecto capite, &c.* Alij plura.

Capite autem 23. hoc notatum de Nerone: *Indices priusquam in-  
 ciperet, reuerentissimè alloquebatur, &c.* Id quidem meo iudicio ad  
 Oratorum morem pertinet, mutuatum à citharædis: cuius meminit  
 Curius Fortunatianus, h ita ferè, *Denique aulædos & citharædos, &  
 cæteros huiusmodi artifices, quanquam non polliceantur orationem, vi-  
 demus tamen proloqui ante actionem: & omninò curta & sine capite  
 oratio est quæ sine principio ab ipsis rebus orditur.* Ea res in tantū apud  
 antiquos in vsu, vt etiam Tullius i se librum habuisse pro cæmiorum  
 vnde sumeret exordia, profireatur, *De gloria librum (inquit) ad te  
 misi, at in eo pro cæmiorum, id est, quod in Academico tercio, Id cuenit ob*

a Lib. 5. & 173.  
& Diogenes  
Laërtius in eius  
vita, fol. 2. 6. Id  
dictum ita con-  
traxit, ἐπιβλέψαι  
τῶν ἀποστῆσαι  
φωνῇ κατέρχον-  
τα, ἔγὼ δ' ἢ ἔπει  
ἐκένωσεν μολὼν  
ἀκρῆς ἐπὶ ῥηγ-  
μῖσιν.

c In Iudo de  
morte Claudij.

d In Alexand.  
e 2. Semestr.

f Ex sermo. 60.  
de festo Pentec.  
g Ex epist. 31. ad  
Valentin.

h Lib. 3. Rhetor.  
vbide exordio.

i Lib. 6. epist. 6.  
ad Atticum.

eam rem quod habeo volumen proæmiorum. Ex eo eligere soleo cum aliquod *σβήραμα* institui. De præfationibus & exordiis siue proæmiis, ac enthyriis quæ in agonibus potissimum Muscis vsurpabantur, egimus Agonistici secundi cap. 31. ad extremum. Horum locum ventilationes obtinuisse videntur in Gymnicis, & Chironomia; de quibus itidem loquuti abundè sumus Agonistici primi cap. 14. Sed quando nunc sermo de principiis, eiusdem Fortunatiani alio loco ea de re agentis verba mendosa castigemus, quæ ita vulgò cõcepta sunt, *In amphibodoxo genere materia, moderatione quadam vtendum erit, cum principia ducemus: vt & turpitudinem quæ subest, & dignitatem quæ est in re aut persona vel illustrando augeamus.* Manca & curta oratio. Ex sua sede igitur rò vel, *deturbo*: sed ex eo tamen facio, *velemus*: quam vocem post illud, *Subest*, pono: vt omninò ita legatur, *Vt & turpitudinem quæ subest, velemus: & dignitatem quæ est in re aut persona, illustrando augeamus.* Pura putà lectio. Quam etiam confirmant quæ statim sequuntur verba; *Ita variè vtrumque miscbimus, vt alterius partis turpitudinem, alterius honestas tegat.* Et paulò inferius, *Vt turpitudinem criminis, dignitate persona contegeret.* Fauet huic etià emendationi Ammianus Marcellinus, <sup>a</sup> vbi de aduocatis, *Et rupta maledicendi ferocia, vt dictum est, multos offendunt, quam tunc effutunt, cum commissarum sibi causarum infirmitatem orationibus validis conuelare non possunt.* Item Agellu's, <sup>b</sup> *Sedenim Cato (inquit) non nudam, neque solitariam, nec improtectam hanc epilogiõ facit; sed multis eam modis præfulsit, multisque alijs argumentis conuelat.*

a Lib. 30. fol. 665.

b Lib. 7. cap. 3.

Suetonij diligentia sæpe aliàs à me laudata, eam tamen desidero in Nerone eodem cap. 23. vbi libertum Helium nominat quidem: at nihil amplius. Cum tamen haudquaquam prætermittere debuisset, huic Helio cui Casario cognomen; vel potius qui vt libertus, ita in famulitio cubiculi (quod sub Imperatoribus posterioribus Eunuchi factitarunt præpotentes plerique ac diuites ob dominorum gratiam) fuit: tanquam Casarianum dixeris, non minùs quàm Neroni, summam in Romanos potestatem fuisse; vt tum primùm Roma duobus simul Imperatoribus seruire visa sit. Quod igitur Suetonius leuiùs attigit, aut neglexit omninò, ex Xiphilino <sup>c</sup> suppleamus: atque adeò verba ipsius ad hanc rem notatu dignissimam, integra hîc transcribamus, τὸς μὲντοι ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ τῇ Ἰταλίᾳ πάντας ἡλίω τῷ Κασαρίῳ ἐκδίττες παρέδωκε. πάντα δ' ἀπλῶς αὐτῷ ἐπετέτραπτο: ὥστε καὶ δηνειῶν καὶ φυγαδευῶν, καὶ ἀποκλινοῦναι, καὶ περὶ δολῶσαι ἕρῃ Νέρονι, καὶ ἰδιώτας ὁμοίως, καὶ ἰσπίτας, καὶ βασιλεύτας. Ἔτω μὲν δὲ τότε ἢ τ' Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀπο αυτοκρατορῶν ἄμα ἐδύλασε Νέρονι, καὶ ἡλίω. Ἐδ' ἔχω ἐπεὶ αὐτῶν χείρων ἢ. τὰ μὲν δ' ἄλλα ἐν τ' ὁμοίως πάντα ἐπραττο. ἐν ἐνὶ ἧ ἔστρω διὰλλατο: ὅτι ὁ μὲν τ' Ἀνγέστ' ἀπόγονοι καθαρωδὲς, ὁ δ' τ' Κλαυδίου ἀπειλεύθη. τ' Κασαρίας ἔζηλε, &c. Quo loco vocabulum *Κασαρίης*, Græcanicè prolaturum de cubiculario cubiculi præposito, vel de domestico proteçtore Casaris ad intimam familiaritatem promotò accipiendum censeo: vt apud Martialem libro nono, <sup>d</sup>

c in Nerone.

d Epigram. 81.

Nemo suos (hæc est aula natura potentia)

Sed

Sed domini mores Casarianus habet.

Sed & Arianus caractere Latino Casarianum nominat in dissertationum Epicæti (qui sub Adriano floruit) libris; quo loco, <sup>a</sup> *ἐπὶ δὲ κατὰ τινὰ δόξιν ἀγοραστῆς ἐπὶ τῶν τ' κραιναίων, τ' Κασαρίων σπουδῶς ἐγένετο.* Item alibi, <sup>b</sup> *ἐτι σοὶ τύραννο ἔσαι τις ἢ δουροφόρο ἢ Κασαρίαν ἢ ὀρθωτικῶν ἀξίεται σε; ἢ εἰ ἐπιθόντες ἐν ἕρῃ κραιναίων ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τ' τριμύτων ἀρχῶν. παρὰ τ' διὸς ἀληφόντα.* Quod Casariani nomen verius putem illis omnibus locis non ministerium aut officiũ certum aliquod, velut amanuensis, atriensis, aut cubicularij; sed conditionem statumque personæ ostendere; vt nihil aliud velit, quàm ipsum liberti vocabulum. Nam & ita quod recitatum Augusti testamentum per Polybium ipsius libertum à Suetonio in Tiberio <sup>c</sup> traditur, cum hoc ipsum memoret Dio <sup>d</sup> Casarij vel Casariani appellationem Polybio tribuit, quo loco; *καὶ μετὰ τὸ τὰς διαθήκας αὐτοῦ παλατιῶν τῶν Κασαρίων ἀνέγνω, ὡς μὴ πρότερον βασιλεῦσι τοῖς τούτοις ἀναλάττει.* Ac de ista scriptura per libertos recitatione sub Caligula, diserte idẽ auctor in eius vita <sup>e</sup> sic scribit, *καὶ τῶν τῶν τε ὡς δὲ αὐτῶν δεινῶν τ' γρηγομάτων ἢ κατὰ περὶ κρημνῶν ποτὲ ἐπὶ ἐπαύσην διὰ τ' ἀπελευθέρω καὶ προσηύετο, &c.* Item Dio alibi <sup>f</sup> de Ibero libertino agens qui ad præfecturam Ægypti post Vitrasij Pollionis obitum ascitus fuerat, id Casarij nomen itidem ipsi assignat, sic ferè, *καὶ τῶν Οὐτρεασίω παλλίων τ' τ' ἀγνήτης ἀρχοντῶν τελευτήσαντι τ' ἰσθῶ τῷ Κασαρίῳ χρόνον τινὰ τὸ ἐθνῶν ἐπέτρεξε.* Quod vtique nomẽ ad Casaris officiales qui & Catholiciani dicti, quoniam Catholicis & Casaris procuratoribus siue rationalibus apparebant, posterior atas transtulit, vt in inuidiam quoque ob rapinarum & fraudum infamiam traherentur. Id quod ex plurimis vtriusque Iustiniani & Theodosiani codicis <sup>g</sup> constitutionibus intelligitur. Hi sunt nimirum quos βασιλικῶν appellatione Iustinianus ex opinione quidem Cuiacij, summo literarum damno nuper <sup>h</sup> defuncti, complexus est, extrema Iustiniani Nouella 1. de hæredib. & Falcid. quo loco, *καὶ ἐπὶ προτάσιω πάντων, εἴτε ἰδιωτικῶν, εἴτε στρατιωτικῶν, εἴτε ἰδρυτικῶν, εἴτε βασιλικῶν, εἴτε ἐτέρων ἐκδίδωσι.*

a Lib. 2. cap. 19.  
b Vbi de conuentione vendito ab Epaphrodito.  
c Lib. 3. cap. 23.  
d Lib. 56. Histo. fol. 405.  
e Cap. 23.  
f Lib. 56. Histo. fol. 405.  
g l. 5 prohibitiũ, & l. 7. defensionis, C. de iure fisci, lib. 10. l. 2. Cod. Theod. de bonis vacantib.  
h Vergente anno 1591. quo liberum istum sub incudem reuocamus.

Rursum autem quod eo ipso cap. 23. Neronem anxie trepidè que contendisse aduersariorum amulatione metùque iudicum in theatro, cum id citharædico habitu cantaturus intrasset, hoc plerisque omnibus citharædis iudicium populi cui se suumque artificium probari cuperent victoriæ vel potius honoris aut præmij gratia expectantibus adeoque formidantibus vt tremferent atque expallescerent in more fuisse, de Ariano didici; vbi de dissertationibus Epicæti, <sup>i</sup> *ὁ καθαρωδὸς μόνο μὲν ἄδον ἐν ἀγωνίᾳ εἰς θεάτρον ἀσβερχόμενος καὶ λίαν εὐφρον τ' ἢ, καὶ καλῶς καθαρίζῃ; & ἢ ἔσαι μόνον θελῆ καλῶς, ἀλλὰ καὶ ἀδουκίμοι. τὸτο δ' ἐν ἐπιτήρῃ ἐπ' αὐτῶν. λοιπὸν δ' μὲν ἢ ἐπιτήρῃ αὐτῶν προσηύει, ἐπὶ τὸ θεάτρον, &c. ἔπαινον δ' ὁ παρὰ τ' πολλῶν τ' ἔστι καὶ τινὰ δυνάμει ἔχει ἐν βίῳ ἔτε οἶδον ἔτε μεμελέτηκεν αὐτοῦ ἀνάγκη λοιπὸν τρέμειν (sic lego pro τρέπαιν, quod habet impressus liber) καὶ ὡχραῖν: καθαρωδὸν μὲν οὖν & δυνάμει ἐπεὶ μὴ εἶναι ὅταν ἰδῶ τινὰ φοβέμενον. ἄλλο δὲ τὶ δυνάμει ἐπεὶ, &c.* Quod autem subdit, *Iudices autem priusquam inciperet, reue-*

i Lib. 2. cap. 12.

Z z 3





a Vespas. cap. 6.

b 2. in Catil.

c Lib. 2. Instit. cap. 1.

d In Octavio.

e Polyhistor. cap. 25.

f Lib. 4. de ciui. Dei ad finem, cap. 22.

g Lib. 3. de Beneficiis, cap. 27.

h Lib. 6. de Gubernat. ad fin.

i Beroaldo, Sabellico, & aliis ad eum locum, tametsi de artificis nomine scripserit non in eadem ad ca. 24. ad verb. hypocrisis: videlicet quem attuli Fortunatiani locum ad cap. 23. paulo ante.

k In extremo vita Neronis, tomo 2. Annal. folio 190.

nobis. Vel si breuius sit optandum, vt vni tibi in quo & Respub. & nos sumus? Nunc verò affirmatè scribo eam vocem protinus referendam ad solemnium precationum morem. Quòd his certissimis authorum testimoniis probabo. Ait enim ipse Suetonius alibi, <sup>a</sup> *Plurimum captis contulit iactatum exemplar epistola defuncti Ottonis ad Vespasianum extrema obtestatione vltionem mandantis, & vt Reipub. subueniret optantis.* M. Tullius, <sup>b</sup> *Neque à dijs immortalibus Quirites, optabo, vt, &c.* Lactantius <sup>c</sup> verò, *Nam & cum iurant, & cum optant, & cum gratias agunt, non Iouem aut Deos multos, sed Deum nominant; aded ipsa veritas cogente natura, etiam ab inuitis pectoribus erumpit.* Item Minutius Felix, <sup>d</sup> *Cruces etiam nec colimus, nec optamus, vos planè qui ligneos Deos consecratis cruces ligneas, vt Deorum vestrorum partes, adoratis.* Solinus <sup>e</sup> etiam; *Vbi de puerpera Britannia, & genilibus votis optat non aliter quàm in bello, & inter arma mortem oppetat.* Sic etiam D. Augustinus: <sup>f</sup> *Ex eo poterimus scire quem cuiusque rei causa Deum aduocare, atque invocare debeamus: ne faciamus vt mimi solent, & optamus à libero aquam, à limphis vinum.* Denique Seneca <sup>g</sup> eodem sensu vsurpat, cum ait; *Rufus vir ordinis Senatorij inter cœnam optauerat, ne Cæsar saluus rediret ex ea peregrinatione quam parabat: & adiecerat idem omnes & tauros & vitulos optare, &c.* Deinde, *Et cum malam mentem habuisse se pridie iurasset, id vt in se & filios suos recideret optauit, & Cæsarem vt ignoscere sibi rogauit.* Spartianus in Didio Iuliano, *Descendenti cum militibus & Senatu in curiam (inquit) diras imprecati sunt: rem diuinam facienti ne litaret, optarunt.* Ex iis omnibus locis certissimè colligitur, optandi verbo suis in superstitionibus vsos veteres, cum prosperum aliquid nò ominabantur modò, verum enixè à Diis petebant ac precabantur. Quòd quidem ab alio quopiam obseruatum neuti quàm legi. Caterum, & videri potest id verbum *Optare*, forsitan ab ope deductum; quasi cum optamus quidpiam ad id conficiendum aut consequendum opem Dei imploremus. Atque ad hoc Etymon aspexisse Saluianū Massiliensem <sup>h</sup> arbitror, cum ait; *Cum aut ciuitates ab hostibus obsidentur aut provincie populatione vastantur, aut quibuscunque rerum aduersitatibus Reipub. membra caduntur, & opem caelestis manus votis precamur.*

Postremò in cap. 49. Leuiusculum quidem, verumtamen à vetustioribus commentatoribus <sup>i</sup> perperam acceptum; à recentioribus verò nec interpretationem forsitan mereri existimatum nisi dissimulatum potius id Neronis consternati verbum pratermittere non debeo: quòd noster Suetonius expressit; *Flens autem ille identidem pronuntiabat cadis imminentis metus: qualis artifex pereo.* Nam quamobrem se artificem esse Nero vel dictitaret, vel etiam putaret, nemo exposuit. Eam historiam enarrans Zonaras <sup>k</sup> à Dione, vt arbitror; *καὶ ἴδὼν τὸ πῶς ἐλάσθη τὸν τῶν ἰσπῶν (inquit) αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπάταξεν, εἰπὼν, ὡς ζῆν οἷος τεχνίτης ἀπόλλομαι.* Ego sic sentio; nihil magis in voto habuisse monstrum hoc principis, quàm vt citharædus excellentissimus haberetur; tragædus, buccinator, præco: vt non præconio tantum decertaret coronarū gratia, verum etiam se ipse victorem pronunciarit: &

& cum trepidè anxieque contenderet, aduersariorum æmulatione merique iudicum incredibili: <sup>a</sup> tamen quò sapius, magisque veteri ex more posset facere, Græciam vndique ipsam pererrarit; se vt Periodovictorem ciere non immeritò existimaretur. Qua de re à Philostrato, Zonara & aliis egi subtilius Agonistici secundi capite quinto & decimo. Id Neronis artificium tametsi certantes athletas in gymnasium progressus effusissimo studio saepe ac eo quoque die quo matrem occiderat spectauerit, <sup>b</sup> tamen inter ceteras disciplinas pueritia tempore imbutus & musica statim vt Imperium adeptus est, Terpnium citharædum vigentem tunc præter alios, cum accessisset ad se; diebus continuis post cenà canenti in multam noctem assidens paulatim & ipse meditari exerceri que cœpisset, nec eorum quicquam omittere quæ generis eius artifices vel conseruandæ vocis causa vel agendæ factitarent; non aliud in posterum fuit, quàm scenicum, & quidem musicum plerumque, <sup>c</sup> hoc est, citharædicum, quòd ipse tanti esse duxit, vt non aliter sibi Nerone dignus videretur quàm si eo ceteros omnes anteiret: <sup>d</sup> ideòque velut si mortuo se id extinguendum foret, aut potius ob egregium talis artificij meritum vita ipsi à Diis produci longius & ab hominibus huic eripi periculo debuisset, ita quiritabatur vt dixi: artificis nomen assumens sibi quòd orchistis fabularum saltatoribus thymelicisque, hoc est, scenicis ac Musicis præcipuè tributum, & ab Aristotele atque ab aliis; Agonistici primi secundo capite ostendimus. Sanè cum prædictum à Mathematicis Neroni olim fuisset, ipsum quandoque destitutum iri, respondit de illo quòd ab ipso adamatum diximus citharædico artificio sentiens voce, vt ait Suetonius, <sup>e</sup> celeberrima τὸ τεχνίον ὠρεῖ γὰρ τρέφει, quò maiore venia meditaretur citharædicā artem; principi sibi gratam, priuato necessariam: Græcis illis vtique significans (vt videtur) *vbique terrarum citharædos aliquo esse in pretio*; vt ex hoc artificio, non fuerit, vbi non posset sibi victum certè comparare, si qua illum quarendi necessitate adigeretur; iuxta id quòd Epictetus apud Arianum <sup>f</sup> dicebat, καὶ τραγῳδία μὲν ἀγαθὴ ἔστι καὶ ἡ μυσικὸς τῶν ἰδῶν ἄγαθῆς ἔστι σκῆψις. Et tamen talis (vt ipse aiebat) artifex perit: qui solus nec amicum vnum haberet nec inimicum, vt quo tempore aut modo veller, eo posset occumbere, ne quòd graue semper illis principibus habitum, in manus hostium vinus veniret, qui saepe quibus mortem indicebat, liberum tamen eius arbitrium solitus concedere, quemadmodum superioribus libris <sup>g</sup> ostendimus. Quas omnes ob res eius animam finxere veteres Pythagoricæ sectæ amatores & palingenesias approbatores (vt videtur) cum aliis pessimè affectā pœnis, tum verò ignitis transfixam clauis apud inferos quum opifices Acherontæ in vterum præparata cuiusdam ad viperā Pindaricā speciem Echidnæ indere conentur, vt corrosis veluti maternis visceribus in dias luminis oras victura erumpat quando fera huius in morem, cum esset inter homines matri fatum approperauisset: emissam porrò vocem ex fulgore quopiam præcipere vt in aliud bruti genus mansuetius aliquod & canorum, veluti quòd iuxta lacus & paludes.

a Vide apud Suetonium Nerone, cap. 22.

b In supradicto apud Suetonium, cap. 20.

c Nam & tragædias quoque cantauit inter scenicos, vt ca. 21.

d Cap. 23.

e Cap. 40. Oedipodem exulem ab ipso nouissimam fabulā publicè decantatā traditur cap. 46. & Niobè olim, vt est in cap. 21.

f Cap. 25. lib. 3. dissert. Epictet.

g Lib. 1. Semest. cap. 4. & lib. 2. cap. 7.

a. fol. 10. verso. p. 11. verso. in fin. in fol. 10. 27. editi. Steph.

commoratur, ipsorum artificio transferatur. Id quod verbis hisce Plutarchus a narrat, ἢ τάντους φωνῶν τῶν Νέρωνος ἤχη, τὰ τε ἄλλα κακῆς ἔχουσαν ἴδην καὶ διασπαρμῶν ἴλοις διαπύροις. προεχειρισμένων ἢ καὶ τάντων ἢ ἀμυγρῶν πινθαικῆς ἐχιδνῆς εἶδος. ἢ ὃ κινθῆσα ἢ διασπαρμῶν τῶν μιντῆρα βίωσας, φῶς ἔφασκεν Ἰζαίφνης διαλάσαι μέγα ἢ φωνῶν ἐκ τῆ φωνῆς γυνῆσ, προσάττισαυ ἐς ἄλλο γίνεσ ἢ μιντῆσ δρομ μεταβαλεῖν ὠδιδόν τι μηχανισαμῶν παρὰ ἔλη ἢ λιμνας ἴσων. Non enim canori animalis & circa paludes ac lacus degentis aliam ob causam hinc mentio apud Plutarchum in quod transmutanda esset Neronis anima: nisi quoniam & cantum ad citharam præ cæteris artificii adamasset viuus, & in fædo nequitiarum omnium cœno identidem sese ad extremum vsque vitæ finem voluisset. Atque hanc quidem duorum Suetonij locorum nondum ab aliis explicatam sententiam esse arbitramur. De cæteris videamus.

b Lib. Hist. 1.

Othone cap. 6. vbi Tranquillus agit de Othonis in Galbam conspiratione, in iis ego verbis mendum inesse suspicor, *Medium quoque tempus religio & Seleucus ademit.* Igitur audaci calamo, pro, *Et Seleucus, scribo, Et ipse locus;* vt nempe vel palatium intelligatur: de quo initio capitis locutus erat, *Tulerat animus (inquit) post adoptionem statim castra occupare, cœnantemque in palatio Galbam aggredi:* vel Capitolium, de quo Tacitus b vbi de Lacone; qui de occidendo T. Viuio agitasse dicebatur, *Hasitationem (inquit) attulit tempus ac locus, & statim de ipsa Galbæ cæde, nec illos Capitolij aspectus, & imminentium templorum religio, & priores & futuri principes terruere, quominus facerent scelus, cuius est ultor quisquis successit.* Recta ergo lectio, *Et ipse locus.* Neque est contra quod supra cap. 4. habetur mentio Seleuci Mathematici, cui plurima fides apud Othonem. Etenim ex eo nomine sumptam potius erroris occasione arbitror, vt Librarij hoc loco fecerint, *Et Seleucus,* ex illo, *Et ipse locus,* sed & sub voce religionis, quis non videt satis contineri adfirmationem eius Mathematici? qui etiam non Seleucus à Plutarcho & Tacito, sed Ptolemeus appellatur.

Occurrit postea cap. 12. istud, *Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competijt; fuisse enim traditur & modica statura, & male pedatus caluusque.* Probo Turnebi, Pulmanni, Torrentij iudicium de corruptione verbi, *Caluusque.* Emendationem non probo, *Scambusque.* Nam verbum id imprimis Græcum est; tum prætereà, vt ipsi fatentur non ad crura dumtaxat, aut pedes, verum & ad vitium quoque oculorum pertinet, legas igitur, meo periculo, *Claudusque.* Atque ita minor erit immutatio, & vñtationis ac Latine vocis restitutio fœlicior.

Dum Suetonium percurro meum; reperi ad oram eius (vt moris habeo) adposuisse me coniecturas aliorum nonnullas: quas, quoniam ipsi hoc non iniquè ferunt, simul cum nostris dabo. In iis vna & altera, Franc. Caluentij Senatoris lectissimi consobrini mei: de quo non tam propinquitate generis, quàm iisdem virtutum literarumque studiis mihi cõiuncto, plura hinc aspergere, pudor vtriusque nostrum prohibet.

Is ergo

Is ergo ad Caligulam cap. 52. quo loco, *Mox audita rebellione Germaniæ fugam & subsidia fugæ classes adparabat, vno solatio acquiescens, transmarinas sibi superfuturas prouincias, si victores Alpium iuga vt Cimbri, vel etiam urbem vt Senones quondam occuparent;* &c. *Germanorum,* legit; non, *Germaniæ.* Alioquin verbum, *Victores,* quod subsequitur, male aptatum esset; neque enim referri potest ad Germaniam, ad Germanos autem referetur probè. Similemque se correctionem fecisse addit, ad Minutium in Octauio; vbi, *Sic nata Romana superstitione, quorum ritus si percenseas ridenda quàm multa, multa etiam miseranda sunt. Romanorum,* enim, pro, *Romana,* supponit. Errorèque ex notis generatos asserit: quod sanè est probabile.

Hoc amplius ad cap. 5. Neronis; vbi, *Sed & in via Appiæ vico repente puerum, citatis iumentis, haud ignarus obiriuit.* Emendat, *Repentem puerum.* Et ad suam emendationem confirmandam adducit repantem infantiam à Macrobio a appellari. A qua locutione non etiam sit alienus Solius Apollinaris. b

a Lib. 1. Saturn. cap. 11. b Lib. 1. epist. 2. & 5.

Postrema hæc erit, quam sagacitas Iacobi Ferrarij disertissimi Iurisconsulti, & in hoc Senatu caularum patroni commodum mihi suppediat: vt si minùs ista qualicumque opera mea, certè quidem aliena industria finem huic sermioni aliquem eximum imponam; quo commendentur atque aded illustrentur cætera, quæ antè protuli: si cui fortasse illa eiusmodi esse videbuntur, vt ipsis proponendis parum gratiæ apud eruditos & istarum deliciarum amatores iuuenes me promeritum iudicet.

Igitur apud Suetonium nostrum penè in extremo, c vbi de Domitiani cæde à Stephano potissimum illata sic scriptum; *Ac sinistro brachio velut agro lanis fasciisque per aliquot dies ad auertendam suspicionem obuoluto, ad ipsam horam dolum interiecit: professusque conspirationis indicium, & ob hoc admissus; legenti traditum à se libellum & attonito suffodit inguina.* Ipse pro, *dolum, dolonem,* reponi debere censeat; vt fica, pugio seu gladius designetur: quem inter obuoluti brachij velut contracti, & ægri fascias occuluerat, vt ad exsequendum quod parabat, tutius ac sine cuiusquam suspitione circumferret; qua de re nemo ex historicis (quos equidem legerim) non Xiphilinus ex Dione; non Zonaras: vnus commodè atque ad Suetonij mentem aptè Philostratus in Apollonio d istud commemorat; ἔφη δ' ἢ ὑπ' ὄρας (sic lego, vbi vulgata editio perperâ ὑφ' ὄρας habet; nam hoc illis Suetonij verbis respondet, *Ad ipsam horam:* quod est commodè, tempori, ἢ ὄρας, τ' ὄρας καθήκοντος, vt Theophrastus loquitur; suo & constituto tempore) ἔφ' ἢ ἀγασθῆσ τῶν καὶ τῶν χῆρα ἐπιδέσμοις ἀναλαβῶν οἶον κατεργυῖαν ἀπέντι ἢ ἀμασθῆσ πῆσσελθῶν, ἀίωμα σῆ ἐφ' βασιλεῦ μόνον (quibus verbis secretum petiisse à Tyranno Stephanum significat: quamobrem summotis omnibus in cubiculum se recepisse, cum Parthenius nuntiasset, esse qui magnum nescio quid afferret, nec differendum; atque ibi occisum esse Suetonius antè dixerat) & statim, *τεταραμῶν προσπεσῶν δ' εἶσαν* ἢ τὸ εἶφ' ἢ τ' σκισαμῶν χερῶ ἀνασῶσας ἀίμασ ἢ μερῶ: πρὸσ μὲν τ' αὐτίκα θάνατον δ' κραιάσασ, πρὸσ ἢ τ' μετὰ

c Cap. 17. in Domitiano.

d Lib. 8. de vita Apollonij, folio 56.

ταῦτα ἐν ἡμερῶν : & postea , ξυμῶντες οὐδ' οἱ ἀγορευοί κακῶς ἐγράψοντο , εἰσάλλου ἀθροί και ἑ τύραννορ ἀπέκλειναν λαποθυμάντα ἡδν . Talis ictus ea corporis parte Galliarum Regi Henrico I I I . Valesiorum ultimo nuper à sodale Dominicano illatus , non satis vsque adhuc prosperū , nec parem illi alteri successum habuit : nisi quod cadaver Domitiani populari sandapila per vespillones asportatum Phyllida nutricem in suburbano suo Latina via funerassē noster historicus tradit ; huius principis diu circumuectum per castra & acies cadaver , iusta funeris in Mausolam Regium ad B . Dionysij elatione per integrum penē triennium cūm ista recenseo caruit : cui vtinā mne misera Gallia suo ipsa interitu ac funere , vicinis æmulis tam diram & feralem ei perniciem præ ambitione nimia per tot iam annos omni ratione procurantibus , flebiliter parentet .

Quin tu qui potis es, casus miserare tuorum:  
Vim bone siste Deus, talēmq̄ auertito pestem.


S V M M A .

Tractatus νομικός, ἰςque partim ἐπανορθωτικός, partim ἐδιδικητικός: per quem, ea quæ nostra sunt, nobis denique asserimus.

In ipso initio conciliatur præter aliorum opinionem l. quid si nepotes, 6. D. de testam. tut. cum l. filij, 84. l. iusta, 201. & l. liberorum, D. de verb. signific. circa filij appellationem: quando ea nepotes comprehensū consequantur in legatis, tutelis, & intestati successibus; ac de iure representationis selecta quæpiam. Sublatis de medio parentibus suis, nepotes auis filiorum loco esse; ex Philone, ipsaque lingua sanctæ proprietate. Interpretatio verborum in iure, ut fieri debeat. Opiniones neoterici cuiusdam Iuriconsulti circa priuilegium Nouella Iustiniani fratrum filijs concessum confutata. Mens Imp. explanata eius Nouella aliquot locis, castigato contextu Nouella 118. §. si igitur. Græcorum interpretum audacia, Latini vetustæ religio in aliquot Nouellarum locis prodita. Ad l. sape, 53. D. de verb. signific. & l. 3. D. de confir. tut. Ecquid sine pecunia tutor dari possit, aduersus eundem Iureconsultum. Verba legis 12. tabular. circa tutelam ab alijs labefacta stabiliuntur & illustrantur. Nihil esse immutandum de Florentina lectione in l. tutelam, 7. D. de cap. minut. aduersus eundem & alios. Personas in nomine positas dici perperam: recte, in iure: & quid significet. Interpretatio Basilicōn Græca in eum locum, restituta. Filium familiæ tutela, aliorumque munerum civilium capacem. Quæ legitima tutela amittantur capitū deminutione, vel non. Verbum exceptis, in d. l. 7. Exceptio pactionem & conditionem interdum significat. Excipere itidem non removere semper, sed nonnunquam & isti contrarium comprehendere; ut apud Quintilianum, & Vlpianum; cuius duo ex Pandectis Iustinianicis explicantur loci. Excipere pro pati & sustinere, apud Senecam sape; quod recipere Paulus quodam loco iuxta Florentinum authenticum. T. excipere, de illo qui loquentem alterum sic audit, ut sermonem ceptum continet aut redintegret, apud veteres nonnullos; quod & suscipere apud alios quæpiam, Græcis ἐπιλαμβάνειν. Illud exceptis apud Paulum in d. l. 7. hanc vim habere, ut primum, aut præcipuè comprehensum id intelligatur, de quo enunciatum sit, idque ut Græcos reddere per ἕξις, vel ἕξις: sic & Latinos per ultra, præter, absque: Hebraeos per ach, articulum. Hieronymum eitam per illud exceptis, τὸ ἐξαρῆσθαι illo Basilicōn loco ita intelligi posse. Vera Paulini loci sententia: Amittere pro perimere, vel facere ut amittatur. In articulo Lebad, eandem esse ambiguitatem apud Hebræos. Reprehensa itidem posterior & recens eiusdem viri ad d. l. 7. explicatio: qui cum nup. r nos incusasset, siue calumniosè, siue perperam de non attributa sibi emenda

emendatione cuiusdam in Pandectis loci, ei sic respondetur sedulo, ut ipsam non nobis, sed alteri cui oportuit religiosè ac merito assignatam fuisse ostendatur. Hoc amplius eundem sibi tum qua aliorum reuera fuerint, nonnulla tribuisse: tum verò quatuor (minimum) qua nostra esse inficiari (nisi quis tam pernicax) non queat, circa emendationem quorundam e Iustinianicis Pandectis capitum. Vindicata nobis, quam alter sibi scripto tamen longè post nostrum edito tribuerat, emendatio, nouaq; interpretatio l. penul. D. de iure codicillo. & additis ad alia exemplis ac testimonijs, huius explicationis confirmata ratio. Afferitur itidem nobis expositio l. 77. D. de verb. signific. itēmq; aliquot aliorum capitum ab alio quopiam antecessore usurpata. Sed & castigatio ad §. qui rogatus, l. ita tamen, D. ad SC. Trebell. quam sibi alius sumit. Insuper ab alio quopiam emendationes ad Mamertinum & Senecam sibi attributa. Itēmq; ad Censorinum ab eodem ipso & alijs. qua nostra sunt. Castigatio denique ad Plutarchum ab alio sibi assumpta, quam longè antea divulgaram, vindicatur: omnes istæ sine calumnia, inuidia, malevolentia, in quenquam, amice quin etiam ac petita venia, nec sine prosperis votis. Quibus ad extremum, amissi nuper à recentiore quopiam insignis plagij, modesta & lenis expositulatio adiungitur. Itēmq; magni alicuius critici dictis respondetur.

CAPVT XXIV.



VoD Vlpianus ad Sabinum scribit, a sub appellatione liberorum non item filiorum, tutores nepotibus datos intelligi; quoniam aliter filij, aliter nepotes appellentur: maiorem in modum pugnare ante nos alij viderunt; at veram minimè tenuerūt conciliandi rationem, cum eo quod Paulus ad Vitellium b generaliter definiuisse creditur, filij appellatione omnes liberos πάντας τὸς τοῦ ἀδελφοῦ νότας, hoc est, nepotes quoque, ac pronepotes, ceterosque ex eodem genere ortos ab eodem parente descendentes intelligi, quos suorum appellatione lex 12. Tabularum comprehendit: c & cum eo itidem quod Iulianus, d iuxta interpretatione recipiendum esse inquit, ut appellatione filij nepos videatur comprehendi, & patris nomine auus quoque demonstrari intelligatur. Denique cum eo quod Papius Frōto apud Callistratum e filij appellatione sape & nepotes accipi, multifariam placere: præsertim cū ipse Callistratus adiciat superioribus, naturam docere parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendūt contineri: nec enim dulciore nomine posse nos nepotes nostros, quàm filij appellare. Et sanè mirum est, quod Vlpianus nepotes filiorum nomine contineri negat; qui alio loco f ad legem Iuliam & Papiam scribens; non dubitauit generi appellatione & neptis, & proneptis tam ex filio quàm ex filia editorum ceterarūque maritos contineri pronunciare; idque insuper manifestū esse dicere. Quæ ratio Vlpianum illo ad Sabinum loco mouerit, ut nepotibus filij nomen abudicaret, aut quid de ista tota quæstione sentiendum sit; nondum ab vilo, ita vti oportet (meo quidem iudicio) traditum: quanquam, de ea qui suam opinionem literis consignatam reliquerint, eximios aliquot è recentioribus Iuriconsultos, & in his præstantissimum Cuiacium g esse non ignoro. Et quoniam in quodam nostrorū ad iuris regulas commentariorum

a l. quid si nepotes, 6. D. de testam. tut.

b l. filij, 84. D. de verb. signific.

c l. liberorum, 220. D. de verb. signific. iuncta l. h. τὸ ἐξαρῆσθαι, 104. eod. titu. d. l. iusta, 201. eod. titu. e d. lege liberorum.

f l. generi, 136. eod. titu.

g Quæm videtis in commentario ad titu. de excusat. tut. D. ad l. 2. & in consul. 42.

a Ad l.in testa-  
mentis, 12.D.de  
diverlis regulis  
iuris antiq. scri-  
plimus etiam  
nonnihil ad l.  
quo tutela, 73.  
§. nemo potest,  
D.eod.tit.

c l. r. & 2.D.de  
testamen. tutel.

c l. si hereditas,  
10. §. qui filium,  
eod. titu.

d Argumento l.  
quoties, D. de  
rebus dubiis.

loco, a hac de re acturum esse me in Semestribus, fidem annis supe-  
rioribus dedi; quæ nescio vtrum affecta iam ætate, subolescentibus  
etiam in dies grauioribus in reddendo ad Palatium iure occupatio-  
nibus, distracto curis aliquot animo, ad quartum vsquẽ librum ( vti  
olim decreueram ) perduciturum esse me, spondere possim: eapropter  
illa qua me adstrinxi fide, operam dabo isto sermone, vt liberer; at-  
que adeo absoluam paucis rem totam, longiore licet oratione dignã,  
si potero: nec te per ambages, aut longa exorsa tenebo, quisquis es  
literarum studiose, qui lectione mearum ( fatebor enim, & suo no-  
mine appellare non verebor ) vigiliarum, atque commentationum  
huiusmodi, te distineri pateris. Tutelarum causam à legatis, fidei-  
commisissis, institutionibus in vniuersum separandam equidem non  
puto: sed Vlpianum de illa nimirum facti specie loqui, in qua testa-  
tor non modò nepotes habet ex filiis præmortuis, vel emancipatis;  
verum etiam filios, & quidem impuberes nonnullos, in quorum per-  
sona tutelæ datio possit consistere. Nam hoc casu filiorum appella-  
tio nepotes non comprehendit: non magis quàm illo quo in paren-  
tum suorum potestatem mortuo testatore recasuri sint; quibus etiã  
sub nepotum nomine frustra tutorem datum constitit: b nisi viuo te-  
statore, in cuius potestate sunt, suorum gradum obtinere, mortuis;  
aut emancipatis parentibus cœperint. c Ac de isto casu, quem dixi-  
mus ( quo scilicet nepotes ex præmortuis aut emancipatis filiis im-  
puberes, & alios itidem impuberes filios testator habuit, qui filiis tu-  
tores testamento dedit ) locutum Iurisconsultum, liquidò appare-  
bit; si capitis istius initium cum fine præcedentis ex libris eiusdem  
ad Sabinum desumpti, iuxta id quod Iustiniano placuit, coniunxeris.  
Nam in præcedenti quæritur, vtrum dati filiabus aut filiis tutores,  
posthumæ quoque dari censeantur: tum deinde initio sexti capitis  
subiicitur; *Quid si nepotes sint, an appellatione filiorum & ipsis tutores  
dati sint, videndum est, &c.* vbi vim esse non paruam sentio, in articulo  
isto, *Et ipsis*: tanquam hoc dicat; quarendum vtrum non modò fi-  
liis impuberibus, sed pariter ipsis quoque nepotibus dati esse intelli-  
gantur tutores, ab eo qui filios tantum dixerit. Planè si filiis tutores  
dederit, qui ex liberorum numero, filios quidem omnes puberes aut  
emancipatos; nepotes autem ex emancipatis, aut præmortuis habet  
impuberes: non esse locum illi responso Iurisconsulti assueueramus;  
sed potius tutores impuberibus nepotibus, qui filios primi gradus  
impuberes non habet, omninò dedisse intelligi: atque ita filiorum  
appellatione, circa tutelas, comprehensos nepotes pronuciabimus; vt  
datio potius valeat, quàm pereat: d quæ si alioqui possit in persona  
filiorum, vtpote impuberum, consistere; ad nepotum personam ( li-  
cèt eorum pater decesserit, vel emancipatus fuerit ) hoc speciali ca-  
su minimè forsitan extendetur; tanquam qui filiis dumtaxat tutores  
testamento dedit, non ( vt potuit ) liberis: legitimos esse nepotibus  
tutores voluerit; quibus nominatim testamento non dedit, sed filiis,  
cum sciret deficiente testamentaria tutela superesse legitimam, ata-  
que tenera satis perspectu legibus: ex quibus tutela ipsius eò redit,  
quò

quò & hereditas; a olim quidem agnatio ac gentilitio iure nisi  
cum foemina intercederent perueniebat ( sicuti suo loco b pluribus  
à nobis expositum fuit ) hodie verò non tantum fraterno, post re-  
scissam tam in tutela quàm in successione legitima emancipationem  
ab Anastasio; c sed & cognatio etiã iure, tam per foeminas quàm  
per mares descendendum; sublata huius & agnatio differentia iuxta  
Novellas Iustiniani constitutiones d pertinet: & ita quidem, vt om-  
nibus qui eodem gradu sunt, non modò tutela onus incumbat, e  
verum etiam successio in legitima tutela, siue morte, siue capitis di-  
minutione admittatur, atque adeo si proximior capite diminutus sit;  
qui post eum est, in tutelæ administratione succedere debeat, sicuti  
noster ipse Vlpianus ad eundem Sabinum scribit: f *Quantuis ad he-  
reditatem intestati quod attinet, successio in suis heredibus non fit; g  
nisi vbi deliberante scripto, is qui primo gradu est, obierit, h sicuti de  
ceteris etiam agnatis dicitur.* i

Sanè quod extantibus impuberibus filiis, & item nepotibus ex  
præmortuo, vel emancipato filio non videri sub filiorum nomine  
datos nepotibus tutores illo Iurisconsulto auctore diximus; hoc in  
eadem specie circa legata filiis relicta nõ ita procederet: quin ad pat-  
rem, sub intrato patris præmortui loco, nepotes cum patris in stir-  
pes, vt in successione intestati aui solet fieri; k sic & ex testatoris di-  
spõsitione ( qui legitimam aut edictalem in dubio secutus, atque imi-  
tatus creditur l ) admitterentur: ne alioquin, contra ius representa-  
tionis illud circa liberos vetustum, nepotibus sub filiorum nomine  
non comprehensis; non fraus modò, sed iniuria quoque manifesta  
fieret. Ex diuerso circa legata vel fideicommissa, si auus qui filios, &  
ex iis partim superstites, partim præmortuis aut emancipatis ne-  
potes in potestate retentos habet; institutis iis quos debuit heredi-  
bus, deinde filiis legata dederit: filiorum nomine non continebuntur  
nepotes, qui parentes habent superstites, atque in aui familia reten-  
tos; in quorum ipsi potestatem recidunt: ij rursus nepotes legata  
filiis relicta, sibi præstari meritò postulant, atque ab æquis iudici-  
bus impetraturi sunt; qui testatori suorum numero fuerunt, hoc est,  
quos in aui familia mortis ipsius tempore parentes eorum ita non  
præcesserint, vt à successione, aut legato exclusisse videantur. Et ge-  
neraliter qui primum in successione intestati locum obtinent ex le-  
ge 12. Tabularum, vel ex edicto Pratoris, ij etsi sunt nepotes, aut pro-  
nepotes ex filiis; suam nihilominus ex legato, vel fideicommissò tam  
hereditatis, quàm pecuniario filiis relicto partem ( nisi de contraria  
testatoris voluntate appareat ) omninò laturi sunt. Quamobrem ex  
Novellis Imperatoris Iustiniani constitutionibus, m cum in descen-  
dentium ordine gradum is quæri noluerit, n ac propterea sublata iu-  
ris cognatici, atque agnatici differentia, ad successione intestati tam  
nepotes, aut pronepotes ex filiabus quàm emancipati eorumq; post  
emancipationem suscepti liberi; sed iis scilicet per quos descendunt  
de medio sublatis, pariter admittantur: o vt idem iuris in legato vel  
Authent. in successione, C. de suis & legitimis lib.

a l. in princip.  
D. de legitima  
tutela.  
b Ad l. quo tu-  
tela, D. de di-  
uerlis regul. iur.  
anti. facit d. l. i.  
c l. penult. C. de  
legit. tutel.  
d § ex his autè,  
Nov. 115. de he-  
red. ab intestat.  
ven. & Authen.  
sicut, C. de legit.  
tutel.  
e l. si reliquero,  
8. D. de legitim.  
tut. l. 2. C. eo. tit.  
f. ultimo Insti-  
tutionu, de cap.  
diminutione.  
g l. 3. §. penul. D.  
de legit. tut.  
h l. 1. §. sciendū,  
D. de suis & le-  
git. heredib.  
i d. l. r. §. scien-  
dum.  
k l. 2. §. interdū,  
& §. proximum,  
eod. titu.  
l l. 1. §. si filius,  
D. de suis & le-  
git. hered. l. 2.  
& 3. C. eod. tit.  
m cum ita, §. in  
fideicommissò,  
D. de legatis. 2.  
in cuius explica-  
tione multus  
sui, cum ad to-  
gatos auditores  
in Senatu Tofo-  
sa. publica & so-  
lemni arrestorū  
pronunciatione  
verba facerem  
sub festum Pen-  
tecostes, anni  
1587.  
n Nouel. 118 de  
heredib. ab in-  
test. venient. §.  
1. & §. nullam  
verò volumus.  
o Hæc enim ip-  
sius verba sunt,  
ἐπὶ ταῖς τὴν πα-  
τρὸς τὴν μητὸς  
καὶ τῶν υἱῶν ἢ θυγα-  
τέρων αὐτοῦ ἢ τῶν  
ἐκ τῆς ἀπορίας  
ἐπιπέσειν, &c.  
ἐπὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ  
καὶ θυγατέρων αὐτοῦ  
ἐπιπέσειν

a si qua poena, 7. D. de iis qui sui vel alieni iuris sunt.  
 b Guliel. Forne. Antecess. Aurel. doctis. in commentario ad l. liberorum, 220. ff. de verb. sign. c De quo apud Suetonium in Caio Caligula, cap. 23.  
 d Vide Suetonii in Caio, cap. 23. & Philonem ipsum in Caio, fol. 683. vbi coactum per tribunos & centuriones Tiberium sibi manus ipsi inferre memorat.  
 e Cuius Antonius ad Hesperium & alij meminerunt.  
 f Elegia 5. lib. 2.

g Gene. cap. 29. vers. 5.

h Centuria 2. Miscella. cap. 38.

i l. 2. §. non solum, D. de excusat. tut.  
 k l. 2. C. qui numero lib. se excusant.  
 l l. planè, 34. §. si duobus, D. de leg. 1. Vlpian. in fragm. Instit. tit. de legat. §. heredi, facit l. in fideicommissaria, 18. §. ultimo, D. ad SC. Trebell.

fideicommissio capiendi habere debent; ita filiorum quoque nomen ad ipsos pertinere, hodie censuimus, ex illa representationis vi, per quam naturaliter circa directum limitem filius, patris de medio, siue naturali, siue civili aliqua ratione sublato locum subintrat, vt nepos filij loco succedat (quemadmodum Vlpianus a loquitur) hoc est, vt aut ipsi nepos sit loco filij; quod ex isto Philonis loco, quem & ab aliis b animaduersum postea reperi; olim cum in eius auctoris lectione totus essem, illustrari posse videram: vbi de Tiberio Drusi filio Tiberij nepote, que solum patris loco Tiberio in Imperio successurum, spes omnium fuerat; Caij Caligula iussu, postquam eum c per adoptionem in suam potestatem ex iure civili redegit, interempto: d τῶτον καταπαλάει (inquit) σιωάροντα συγκληρονόμου ἢ ἐλπίσθέντά ποτε, καὶ μόνου ἀποκατάστασι διὰ τὴν πρὸς Τιβέριον ἐγγυράτω συνένεον. ἤσαν δὲ πατέρων ἀποκατάστασι ἐν ἧσιν τάξῃ παρὰ πάππου καταπαλάει. Quin etiam suauiores, & iucundiores aliquantò nepotes autis, quam filios; illisque potius à puerili aut infantili atate propius abscedentibus, quam istis ad iuuentutem aut maturiorem atatem accedentibus iam senes anos, atque adeo δὲς παίδας (vt est in proverbio e Græco) τὲς γέροντας, lubentius ac frequentius alludere; vel ipse Tibullus f indicat: cum ita canit,

*Nec tade bitaum, paruo aduigilare nepoti  
 Balbæque cum puero dicere verba senem.*

vt mirum esse non debeat, si ex præsumpta in nepotes ex emancipato vel præmortuo filio beneuolentia defuncti, sub filiorum nomine circa legatorum & fideicommissorum dationem, non minus quam liberorum appellatione, comprehensos nepotes aut pronepotes, ex mera iuris, æquique ac boni peritia sapienter; ipsique adeo naturæ conuenienter, hoc certè casu interpretemur: & verò ex ipsa Hebraicæ omnium vetustissimæ linguæ proprietate; iuxta quam Laban filius Nachor dicitur à Mosè s ibi, *Nostisne Laban filium Nachor?* cum tamen frater Rebecca Bathuelis filia fuerit, Bathuelem filium Nachor habuerit: ideoque huic Nachor, non filius Laban, sed ex filio nepos fuerit; sicuti diligenter obseruatum ab elegantissimo literarum sacrarum interprete aut Scholiaste Drusio, h ista retractans, reperi nunc nuper in Miscellaneis.

Cui congruit, quod ad excusationem à tutelis, quæ numero liberorum tribuitur, non solum filij profunt, sed etiam nepotes ex filio præmortuo; cuius locum implent, sicut his verbis Græcis à Modestino i proditum recordor; βούλοισι ἢ τότε (οἱ ἔσονται scilicet, πρὸς ἄριστον ἐπὶ τροπῆς) ἰπὸ τῶν ἢ πατέρων αὐτῶν ἀποκατάστασι, ἢ ἐκείνων τόποις πληρώσασιν (ἢ πάππου: ὅσοι δὲ ἀπὸ τῶν ἔσονται ἢ ἐκείνων ἢ ἐκείνων τένων ἀεθροῦν). Planè illos nepotes non numerari, quorum pater superest, cum suo nomine patri profunt; ab Antonino rescriptum fuit. k Caterùm si filio herede instituto, nepotibus ex alio filio iam præmortuo procreatis & exheredatis ita legatum sit, *Filijs meis centum do lego*: tum equidem respondendum erit, quoniam filio heredi à seipso legatum vtiliter dari non potest; l sub filiorum nomine, solis videri nepotibus

reli.

relictum, & solidum ipsis præstari à filio, siue vlla virilis partis deductione oportere. Atque in omnibus cæteris partibus iuris quod de filio statutum est, quamuis alioquin filiorum appellatio proprie à nepotum nomine distincta, & separata sit: tamen exemplo Imperatorum atque Iurisperitorum, quibus ita visum facere; a ad nepotes etiam, ac pronepotes, vbi eadem æquitas valet (quæ in paribus causis patia iura desiderat) protrahemus: adhibita, si erit opus, verborum mentis indicum interpretatione, iusta scilicet, id est, non plena (sicuti alios velle video) sed civili, æqua, siue legitima; & quam iuris ratio, secundum ea quæ proponuntur variis argumentis suffultam, atque stabilitam possit admittere: ne alioquin, dum nimia vtimur inuicem sensum, ex proprietate verbi filius aut nepos explicandum, subtilitate; iudicia testantium defraudentur: qua de re ab Imperatore Iustiniano admonemur; b qui alio etiã loco, cum manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretationem nusquam tantum valere debere, vt melior sensu existat, scribit: c sensus autem testatoris ex æquitate atque communi hominum ratione colligitur; & ex illa pietatis coniectura, quæ facit (suadente Papiniano d) vt minus scriptum quam dictum fuerat, intelligatur. Itaque etiam si Græcè testator loquutus ἦς dixerit, non τέκνα: nepotes quos Græci ἐγγους, aut ἐγγους nominant; non minus illo, quam hoc verbo comprehensos interpretabimur: quanquam clariorem esse ex verborum propria significatione testatoris sententiam circa nepotes aut pronepotes non negamus; si τέκνων siue liberorum vocabulum vsurpauerit: & ita intelligendum cum aliquo temperamento, non abscessit aut strictè (quemadmodum è recentioribus tamen, & elegantioribus fecisse nonnullos video e) quod à Modestino pronunciatum est; f ταῦτα ἢ ἢ ἐκ διατάξεων, αἱ περὶ τῶν τέκνων διατάξεις, ἔσονται σιωαγαγῶν. ἔδαμδ γὰρ ἔσονται ἀδελφῶν ἐγγῶν, ὅτι περὶ τῶν διατάξεων διατάξεις, ἀλλὰ περὶ τέκνων. ἢ ἢ πρὸς τὴν αὐτὴν ἢ ἐπὶ τὴν ἐγγους ἐγγους. Quod enim liberorum, siue τέκνων appellationem ad nepotes extendi, & non de filiis, sed de liberis actum in constitutionibus principalibus de tutelarum excusatione sancitis ait; non vtique negat (licet ἢ ἀντιδιατάξαι rectè inde colligi videatur) filiorum siue ἐγγῶν vocabulum vllatenus ad nepotes produci: sed ita perspicuè, isto filiorum, vt illo liberorum, nepotes comprehendendi; haud dubiè negat: alioquin absurdum est, nurus appellationem etiam ad pronurum & vltra porrigi; g nepotem verò neptemve, filij, vel filia appellatione non itidem contineri.

De tutelis quando capimus isto sermone differere, de quibus & alio quodam huius libri capite h non nihil, & in commentario ad iuris regulas, i aliquot (vbi se obtulit occasio) locis plurima diximus; iuuat nouas quasdam eruditorum huius aui Iurisperitorum, de tutelis opiniones in medium proferre; vt excutiantur ab illis ipsis diligentius, ac porrò confirmantur; aut adhibita (quod equidem faciendum arbitror) interpretatione leniantur. Nam, per Iurisperitorem

B b b

h Cap. 7. supra. i Ad l. quo tutelia, D. de regulis iuris.

a Vt in l. Senat. consulto, 59. D. de ritu nupt. l. penult. C. ad Maced. l. filium, 14. D. eo d. tit. l. 34. C. de inoffic. test. l. 1. C. Theod. de natu. fil. quas l. à Cuiacio nostro citatas eo quem indicaui loco reperias & cõsil. 42. De ista questione tractat Alciatus ad l. liberorum, 220. num. 4 & l. filij, 84. D. de verbo. signific. vbi hoc rectè (nisi fallor) non quidem ex sermone proprie, sed ex interpretatione qua in dispositione legis generaliter procedit appellatione filij nepotè contineri etiam in odiosis, nisi ratio diuersa aliud suadeat. falsum autem arbitror quod ipse illo num. 4. asserit in dispositione hominis qui de filio loquitur nõ intelligi nepotem, quasi non fiat extensio in eiusmodi materia.  
 b l. si quis heredem, in fin. C. de instit. & substat. sub condit. fact. c l. 3. C. de liber. præter.  
 d l. cum auus, 102. D. de cond. & demonstr. iuncta l. cum acutissimi, C. de fideicommissis.  
 e F. H. ad fin. 3. questio illustr. f d. l. 2. §. nõ solum, in fin. D. de excusat. tut. vnde sumpta & expianda l. 2. §. re. 104. D. de verbo. & rerum signific.  
 g l. nurus, 50. D. de verb. signific.

a l. 3. de legit. hered. C.

b Notom. quest. 4. illustr.

c l. 1. in princip. D. de legit. tut.

d Ad l. quo tutela, in cōmentario regul. iur.

e l. si plures, 9. eod. tit. de legit. tut.

f Nouella vt fratrum filij, in principio.

g Nouel. 118. de heredib. ab intest. venient. §. ex his autē, vbi Cuiacius noster id pbauit quod & nos sequimur.

h §. si igitur.

torum hominum fidem! quisnam ex tanto istorum numero pauld humanior hoc ferat? Concesso per Iustinianum priuilegio fratrum filiis, vt in stirpes cū fratribus defuncti, suis scilicet patruis, vel auunculis succedant; atque adeo abrogato illo iure veteri, <sup>a</sup> ex quo velut vteriores à proximis agnatis (nempe fratribus defuncti) excluderentur: esse aliquos nouarum opinionum in Rempubliam literariā inferendarum adeo cupidos (nolo enim, nec verò me, nec Iurisconsultum quenquam, aut Christianū decet; asperius quidpiam in alios, et si mereantur, dicere) vt satis constare scripserint, <sup>b</sup> neque representationem illo speciali priuilegio inductā, neque cetera iura communia tacite abrogata fuisse; cum illud restrictè ad hereditates pertineat: sed nec in fratrum hereditate, nec verò in alio quidem iure, quod hereditatum exemplo inductum sit, representationem esse: & addunt (peritè scilicet) velut in tutela patronorum legitima. Atqui de patronorū successione in bonis liberti, aut de tutela, neque Iustinianus eo loci egit; neque verò est, cur nos etiam, vbi de representatione inter fratres, & filios, cū de fratris successione disputatur, meminisse debeamus: de tutela potius fratris filiorum legitima tractandum fuit; vtrum scilicet ipsis ea simul & eorum patruis, aut auunculis in persona impuberis ipsorum patruis iure legitimo competat, proinde atque successione ad vtroque Iustinianus pertinere voluit. Qua de re non obscuram Imperatoris definitionem illi diffimulandam sibi cur esse censuerint, equidem nescio; qui ab ipsis eam non esse perceptam vt arbitrer, animum inducere non possum. Difertè enim is, atque perspicuè illo gradu, atque ordine quosque ad tutelam vocat, quo ad successione ipsos inuitauit; imitatione scilicet legis 12. Tabularum; vt qui sperarent successione, iudem tuerentur bona, ne dilapidarentur, sicuti Vlpianus <sup>c</sup> memorat; cū ex regula iuris, quò hereditas redit, eò tutela peruenire soleat, de qua suo loco abundè diximus. <sup>d</sup> Igitur quemadmodum ex iure antiquo, si plures essent agnati proximus tutelam nanciscebatur, & si eodem gradu plures essent, omnes tutelam itidem nancisci solitos à Caio traditur; <sup>e</sup> ita Imperator fratris pramortui filios succedendo in patris gradum atque ordinem (hoc enim est quod in Nouella 127. <sup>f</sup> παρακλησάμεθα, inquit, *ἡ αἰτις τελευτήσων καταλιπὼν ἀδελφῶν, καὶ πατρῶν ἐτέρων προτελευτήσων ἀδελφῶν, καὶ πατρῶν πρὸς τὴν κληρονομίαν καλεῖται*), *καὶ τὴν πατρῶν ἐπισημόντες τάξιν, καὶ τὴν ἐκείνῃ κομιζόμενοι μίσηται*) eiusque portionem auferendo: quo genere fieri representationem patris, nemo non videt. Similiter ad tutelam pupilli, patruis scilicet sui, cum altero patruo pupilli fratre, vt ad ipsius si moreretur, successione admittere cauit: etenim hæc illius constitutionis verba sunt, § & quidem generalia; vt ad eam quoque, qua de loquimur, ibique actum antea <sup>h</sup> fuerat facti speciem, de fratrum filiis, omninò pertineant. *Ἔστω ὅτι πρὸς κληρονομίας ἐρρηκόμενόν τε καὶ διευπλόασαμεν, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἐπισημῶν ἑτέρας καθ' ἑαυτὴν καὶ ἑτέρας καὶ τὸ λατῆρμα τὸ ἐπισημῶν ἑτέρας: & quæ sequuntur. Atque hæc quidem adeo manifesta, & indubi*

indubitata esse reor; vt in ipsis explicandis, aut proferendis hæcenus insumpti olei, ac opera profectò me pigeat, ac propemodum pudeat: nisi quod affirmare falsa illi, secumque incautos, quibus dictata nempe ista dant, discipulos in errorem perducere veriti nõ fuerunt; ea scilicet ratione nixi, quod Iustinianus vtitur isto *προνομίῳ*; id est, priuilegij (addunt etiam specialis) fratrum filijs concessi vocabulo: cū tamen id se vsurpare Imperator apertè significet, non tam vt nepotes fratrum (quod quibusdam <sup>a</sup> tamen placere video) qui quarto sunt gradu, quàm vt patruos, & auunculos defuncti, aliòsque omnes, qui ex ordine illo tertio veniunt excludat; qui hoc propterea subiicit, <sup>b</sup> *ἕδον ἢ ἄλλω παντελῶς προσώπω ἐκ τάντης τῆς τάξεως ἐρρηκόμενον τὸ δίκαιον συγχωρημένον*. Caterùm iis qui tertio sunt gradu fratrum filiis, adeo amplum istud beneficium, factumque ac rectum esse ius velit; vt ipsos etiam, non modò defuncti patruis (tertio licet gradu & ipsis existentibus) verum & patruis vel auunculis propriis, vno tantum latere coniunctis (licet secundo isti gradu sint) si tamen illorum pater vtrinque iunctus fuerat, præferendos esse in successione (atque adeo in tutela quoque per consequentias) existimauerit. <sup>c</sup> Bene verò habet, quod iidem illi quamuis id præ se non tulerint, nec fortasse animaduernerint; pauld post in alia illustri quaestione, <sup>d</sup> mutant sententiam: & (quod laudo) circa fratrum filios representationem, hoc est, eorum in patris locum, & ius omne successione ab Imperatore inductam prudenter agnoscunt; eo nimirum casu, quo fratrum filij cum patruis vel auunculis concurrunt: ita scilicet, vt tum in stirpes, deficientibus verò illis, in capita cum aliis fratrum sororumque filiis patrue libus ex vetusto iure sine vlla representationis fictione (vt pote minimè necessaria) & cum consobrinitis etiam succedant: nisi quòd, vbi iuris fictiones enumerat, allata illa quæ in successione suorum versatur, istam quæ facit vt fratris filij non tertio, sed secundo, nempe paterno gradu, loco, iureque habeantur; & interdum ipsis qui secundo loco sunt (sicut exposui superius) præferantur: nescio vtrum consulo consilio (quo minimè oportuit) an memoriæ lapsu, qui reprehensione in Iurisconsulto nõ caret; ipsos prætermittit, in quarta illa recognita & amplificata quaestione illustrium editione <sup>e</sup> comperi. Illud probare interim non queo, quod recitatis Iustiniani verbis ex illa constitutione, <sup>f</sup> *μόνον τεῖται ὄντες βαθμῶν μετὰ τὴν ἐκ πρώτης καὶ δευτέρας βαθμῶν πρὸς κληρονομίαν καλεῖται*, primum & secundum gradum confundunt; ac pro eodem perabsurdè <sup>g</sup> interpretantur, in hæc ferè verba. Primum autem gradum dixit pro proximum, & quem nullus eo casu antecedit. Quibus proponendis non modò non proximè, sed quàm longissimè absunt à vero: etenim nõ viderunt Græca illa *ἐκ πρώτης καὶ*: quamuis in Haloandrinis & Scrimgerianis exemplaribus Græcis extant, & in iis quibus Demetrius Chomatianus utebatur <sup>h</sup> (cuius quaestiones de iure ciuili & Canonico Græcè conscriptas, necdum typis mandatas, penes me habeo) & in ipsa Basilicōn epitome lib. 45. tit. 3. rectè tamen abfuisse à libro vetusti Nouellarum interpretis Latini; qui *ἐκ πρώτης* (vt solet) ita

<sup>a</sup> Notatur in versu & ex diuerso, §. cūm igitur, Nouel. 118. in editione Platini. Antwerp. <sup>b</sup> §. si igitur, ver. & ex diuerso, & ver. nulli enim.

<sup>c</sup> §. si igitur, d. Nouel. 118.

<sup>d</sup> 14.

<sup>e</sup> Apud Leymarium anno 55. quaest. 38 ad fin. in 101. 276.

<sup>f</sup> 118. §. si igitur, ver. sic. quandoquidem.

<sup>g</sup> Quest. 14.

<sup>h</sup> Vt apparet ex iis qua scribit in quaest. 40.

locum illum reddidit: *Soli in tertio constituti gradu cum ijs qui in secundo gradu sunt ad hereditatem vocentur.* Et sanè à Scholiastis Grecis ad marginem ibi, aut glossa in modum interlinearis (quam vocant) iniecta fuerant ex recentiore Iustiniani constitutione 127. in qua filios fratrum non modò cum fratribus defuncti, qui secundo, sed & cum parentibus siue ascendentibus, qui primo gradu sunt admitti, posterius emendata priore Nouella 118. voluit. Similem interpretum, siue scholiastarum Græcorum audaciam, nostri verò Latini veteris religionem aliquando animaduertimus in §. hinc nobis, Nouella prima de heredibus & Falcidia, & in §. & si quidem, Nouella 107. de testament. imperfect. cuius à me togatos auditores Arrestis publicè sub festum Pentecostes anni M. D. LXXVII. & item alterius in Basilicòn epitome *ἡ σολοχῆσιον*, atque apud Chomatianum illum nostrum circa ius Authenticæ ex testamento, C. de secundis nuptiis sub idem festum anni M. D. LXXVII. suprema Tholosa curia pronunciatis admonitos, memoria repeto.

Mirum autem illud, mihi quidem; quod circa eandem de tutelis quaestionem alio loco illi ipsi (quos meliore, ita nos Deus adiuuet, quam illi vrgere alios solent, animo scabere cœpimus) non veterani modò, & in hac docendi iuris palæstra diu ac multum exercitati, verum etià qui præ cæteris sibi roboris animi, atque industriæ palmam deberi non obscurè sentiant; scripsere <sup>a</sup> tamen, mirum videri sibi, hoc scilicet: tutorem separatim sine pecunia dari non posse, sed ita de. nùm si cum tutela rem, id est, hereditatem suã patrefamiliàs coniunxerit; <sup>b</sup> de pecunia tamen sine tutela quem testari posse; ita ut quantum ad tutelam attinet intestatus idem sit, qui alioquin heredem habeat: <sup>c</sup> quamuis alibi ex Mutij Scaruolæ opinione, qui nisi heredibus suis tutorem dari non posse libro singulari *ἐπιτομή* definiuit; <sup>d</sup> & ex Pauli scripto ad edictum (vbi verba legis 12. explicans tutorem separatim sine pecunia dari non posse tradit) colligi admiratores isti censeant, coniunctam esse hereditatis & tutelæ dationem, tanquam à testatore; ut nisi suis quo tempore is moritur, ita nisi heredibus tutor non rectè derur: atque adedò tutorem sine hereditate ipso iure inutiliter dari, nec aliter tutelam gerere, atque administrare, nisi priùs à Pratore confirmatus fuerit; quæ illis esse Iuliani libro <sup>e</sup> 21. Digestorum sententia videtur, cum ait tutorem aut non iusto testamento, aut non ut lege præcipiebatur à patre scriptum, ad tutelam gerendam confirmandum esse. Equidem in hac expedienda quaestione, non admodum difficili, ut nostram aliò præsertim prope rantium exposcat industriam; neque volo, neque debeo immorari diutiùs: Iuliani dictum (quod generale est, & similiter concepto Alexandri Principis <sup>f</sup> in eandem sententiam rescripto, atque altero Triphonini <sup>g</sup> responso illustrari potest) ad eam speciem dati à patre filio sine hereditate tutoris, arctandum esse non puto; nisi fortè quis de filio naturali, hoc est, vel ex concubina vxorè in iusta procreato; vel etiam ex legitima & iusta vxore suscepto, sed emancipato; aut quem ipse cum emanciparetur in sui patris potestate ac familia

<sup>a</sup> F. Motom. lib. 5. Obseruat. cap. 29. leuiter immutato in recentione nu. 80. in cap. 5. lib. 6. Obseruat. b. l. cape, 13. D. de verb. signific. c. l. intestato, 6. D. de legi. tutel. d. l. quo tutela, 73. 9. 1.

<sup>e</sup> l. 3. D. de confirmand. tut.

<sup>f</sup> l. 3. C. de confirmand. tut. g. l. penult. D. cod. tit. facit l. 3. in fine, D. de testamento. tut.

reliquerit: de quo explicandum Hermogeniani, <sup>a</sup> de naturali filio agentis responsum reor; & quod ait de testamento non iusto, exponi posse de illa facti specie, qua pater filium quem in potestate habebat, sub conditione quæ in ipsius potestate non erat, heredem scripserit, nec in defectum eius exheredauerit: in qua iure testatum cum non videri, ab Imperatore Alexandro <sup>b</sup> rescriptum est. De reliquis ita sentio: quod traditur, dari non posse tutorem sine pecunia separatim; sic debere intelligi, hoc est, sine facto testamento: non uti testamento facto separatim pecunia dari non possit sine tutela, vel tutela sine pecunia: nunquam enim id fuisse animi nostris proceribus; ut eum esse necessariò instituendum cui tutor à patrefamiliàs daretur, aut non instituto frustra & inutiliter tutorem à patre dari dicerent; quod in extraneo dumtaxat verum est, siue is patronus aut patruus, aut pater naturalis matèrve sit: qua de re aliquor iuris nostri locis <sup>c</sup> differi comperimus. Extraneus enim intelligitur, qui non habet filium in potestate, talem scilicet, qui ei suus hæres sit; aut esse possit, nisi exheredatus fuerit: hoc tantum illis placuit, non valere tutelæ dationem, si non sit hereditatis datio, vel in eius persona, cui tutor etiam datur, vel in alterius cuiuspiam: nempe ut valeat tutelæ, perinde ac legati datio; scriptum heredem esse aliquem oportet, <sup>d</sup> atque ab ipso aditam ex testamento hereditatem: ne alioquin, destituito, & irrito facto testamento, eiusque vi omni (vbi non est, qui ex ipso hereditatem habeat) soluta, <sup>e</sup> defunctus omni ex parte intestatus decessisse videatur. <sup>f</sup> Tutorem dari pupillo filio siue instituto, siue exheredato, nihil necesse existimarunt; nec idedò minùs valere testamentum, etiam si quantum ad tutelam attinet, intestatus aliquis decesserit. <sup>g</sup> Quamobrem lege 12. Tabularum Caius, <sup>h</sup> non iustum, sed permissum esse parentibus tradit; liberis in potestate existentibus testamento tutores dare: & Iustinianus, <sup>i</sup> lege 12. Tabularum ad tutelam ab intestato vocari agnatos, siue omninò non fecerit testamentum, qui poterat tutores dare; siue quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit, utputà si datus viuo testatore obierit. Confirmatur auctoritate Basilicòn epitomes, in qua hoc traditur, <sup>k</sup> *ὅτι τῆς ἐπιτομῆς τοῦ Χωεῖς ὁμοῦς ἔστιν ἡ ἀπόδειξις*: & hoc est quod Vlpianus <sup>l</sup> his verbis extulit; *Testamento nominatim tutores datos confirmari lege 12. Tabularum.* Quod autem ex iuris regula dicitur, neminem in paganis partim testatum, partim intestatum posse decedere; <sup>m</sup> ad rem scilicet, hoc est, ad successione in ius defuncti, & hereditatis dationem, non ad tutelam pertinere constat: quando sola hereditatis datione consistere testamentum, atque perfectum quinque vel tribus etiam verbis ad eam spectantibus intelligi Vlpianus quodam loco <sup>n</sup> eleganter obseruauit. Verè igitur Paulus, separatim tutorem sine pecunia dari non posse, hoc est, nisi aliquo herede instituto, definiuit: quippe cum sine heredis institutione, si quæ scriptura proferatur, eam nomen testamenti non mereri, vulgò sit traditum; <sup>o</sup> neque per epistolam autem, neque ex imperfecto testamento tutorem rectè dari, sed testamento iusto vel codicillis ad illud factis, Imperatoris indubitati iuris esse

<sup>a</sup> l. naturali, 7. D. de confirmand. tut. facit l. vlti. C. de confirmand. tutorib.

<sup>b</sup> l. 4. C. de instituit. & substitit. sub cond. facta, & facit l. 1. C. de liber. præter.

<sup>c</sup> l. 4. D. de testam. tut. iuncta l. 4. C. cod. tit. l. 2. 4. 5. & d. l. naturali, D. de confirmand. tut.

<sup>d</sup> Sic exponit Cuiacius in fragmentis Vlpian. tit. 11. de tutel. §. testamento.

<sup>e</sup> l. 1. in fine, D. de iniusto rupto testa. l. si nemo, D. de testam. tutel. l. si nemo, D. de reg. iur.

<sup>f</sup> l. intestatus, 64. D. de verb. significat.

<sup>g</sup> l. intestato, 6. D. de legit. tut. h. l. 2. in princip. D. de testa. tut.

<sup>i</sup> §. quod autem, Instit. de legit. agnat. tutel.

<sup>k</sup> Lib. 2. Eclogæ siue Synopses Basilicòn, tit. 2. de verb. significat.

<sup>l</sup> In fragmentis Instit. tit. 11. de tutel. §. testamento quoque. m. l. ius nostrum, D. de reg. iur.

<sup>n</sup> l. 1. §. quinque, D. de here. insti.

<sup>o</sup> l. quod per manus, l. vlti. D. de iure codicil.





rescripto quodam Adriani Principis ad legarū Lugdunensem; filium-  
 familiās rectē tutorem datum, & gerere cogendum, apertē indicat.  
 Rursum autem, vt quā tutelā in iure alieno positis, hoc est, filiūsa-  
 familiās non deferuntur (legitimā scilicet, ad quas agnati, proximi, at-  
 que adeo patres familiās ex duodecim vocantur) ex capitis diminutione  
 pereant: quamobrem ab illa priore regula excipiendas merito  
 Paulus cēserit, hac satis longa (cū potuisset alioqui videretur, vno  
 isto verbo, *Legitimis*, breuius dicere) vsus periphrafi: propterea quod  
 non modò ceterā legitimā tutelā, quā ex lege aliqua Attilia, Iulia  
 & Titia, Iunia, Norbana, Iulia de maritandis ordinibus, & Senatus-  
 consultis (quorum quarūve apud Vlpianum in fragmentis Instituta-  
 tionum siue regularum a amplissima mentio sed nec omnes ea, quę  
 per eminentiam legitimā dicuntur (ex duodecim Tabulis scilicet,  
 vel per earum interpretationem introductā) minima capitis dimi-  
 nutione pereunt: tutelam quippe liberti, quā patrono licet filiofami-  
 liās, ex lege 12. Tabularum defertur, per capitis diminutionem ne-  
 quaquam perimi; Vlpianus b in titulis illis quos dixi, siue regularum  
 fragmentis docet: in hac verba scribens, *Excepta tutela patronorum  
 legitima tutela capitis diminutione amittitur*. Sed videamus, vtrum  
 hac ipsa sententia ex authentico Pandectarum Florentinarum testi-  
 monio possit elici. Quod quia nondum cuiquam in mentem venisse,  
 nondum certē ab vllō veterum, aut recentiorum interpretum  
 (quorum quidem cogitationes mandata literis ad nos peruenerint) fuisse  
 traditum comperio: eapropter nihil ab ista scriptione alienum  
 facturum videor, si afferenda præsertim recepta, ac vetusta lectionis  
 gratia, in medium ipse quoque aliquid de meo conferam. Et quidem  
 bellē posset Florentinus contextus (sic enim hoc verbi vulgata si-  
 gnificatione, cum Seneca, c vsurpare non vereor) eam quam modò  
 proposui, sententiam exhibere; nisi obstaret illud, *Exceptis*: quod  
 plerunque hanc excludendi, seponendi, eximendi, aut remouendi  
 vim habet, omnibus notissimam; d quā à Græcis e verbo *Ἐξέλασθαι*  
 ostenditur: quo genere, aut penē gemino, excipi sapientem iniuriā  
 dixit Seneca, f in quem ea non cadit, quem non tangit: & Constanti-  
 tius Imperator, g excepta esse tormentis corpora honoribus prædi-  
 torum. Quid verò si altera illa rariore profectò, sed non minus ele-  
 ganti, & à vetustis quibusque auctoribus interdum vsurpata, subiun-  
 gendi atque adeò includendi, aut nominatim ac præcipuè compre-  
 hendendi, contraria illi priori significatione, scriptum istud *Exceptis*,  
 à Iurisconsulto dixerimus? de qua possum innumera (quā nostro  
 iuris Lexico, iam inde ab eo tempore, quo iuri civili operam nauare  
 cœpi hætenus inserui; & quotidie adscribere non cesso) testimonia  
 proferre: quā, si librum hunc olim edendi (vt spero) facultas dabi-  
 tur, in eo licebit inspicere. Nunc igitur aliquot insigniora, quā no-  
 stræ coniecturæ adiuuandæ faciant, exhibebo.

Atque vt sileam, quod exceptionum nomen pro pactionibus h &  
 conditionibus à Rauardo i Brugenfi apud Iurisconsultos obserua-  
 tum est; quemadmodum & apud Senecam scimus accipi: sicuti quo  
 loco

a tit. 11. de tutel.  
 §. lex Attilia, &  
 sequent.

b tit. 11. de tu-  
 tel. §. excepta.

c Lib. 1. de Be-  
 neficiis, cap. 25.  
 & ultimo: vbi,  
*De memoria la-  
 bente qua quem-  
 admodum subiecto  
 uno (inquit) aut  
 altera verbo ad  
 eorum reddenda  
 orationis ad-  
 dicitur est.* &c.

d l. h. quis lega-  
 uerit, 72. D. de  
 legat. 1. exceptis  
 vinctis.

e Vt à Plutarcho  
 in Numa, fo. 130.  
 in si. in lib. Step.  
*ἐπιεικῆσαι δὲ τῶν  
 ἀδικημάτων ἀντὶ  
 τῶν ἀρετῶν ἢ νό-  
 μων δὲ ἑρθεῖν, ἢ  
 ἀποδοῦναι τοῖς πα-  
 τέρων τῶν ἀδικη-  
 ματῶν ἀντὶ τῶν  
 ἐπιεικῶν* (sic le-  
 gendum Xylan-  
 der vidit pro  
*ἐπιεικῶν*)  
 ἢ ἢ γεραιμῶνται.  
 f Cap. 9. lib. 2.  
 de Tranquillit.  
 animi.

g l. et si excepta,  
 7. in princip. C.  
 de maleficiis &  
 Mathematicis.  
 h l. iurifgentiū,  
 §. adeò, D. de  
 pact. l. 32. D. de  
 usufruct. l. 39. de  
 actio. empti.  
 i Cap. 13. lib. 12.  
 Variarū, & nunc  
 nuper ab Hoto-  
 mano extremo  
 cap. 2. lib. 8. Ob-  
 seruationum.

loco, a *Si cum hac exceptione* (ait) *detur sapientia, vt illam inclusam te-  
 neam, nec enunciem, reijciam*. Item illo, b *Quid est sapientia? semper  
 idem velle atque idem nolle; licet illam exceptiunculam non adijcias, vt  
 rectum sit quod velis*. Præterea vbi, c *Viuere noluit qui mori non vult;  
 vita enim cum exceptione mortis data est, &c.* Et apud Arnobium, d *Nam  
 consuestis in precibus, siue tu Deus es, siue tu Dea, dicere; quæ dubitatio-  
 nis exceptio, dare vos Dijs sexum, disunctione ex ipsa declarat*. Et alibi, e  
*Si modò Dijs veri sunt, atque in nominis huius exceptione ponendi*. Exce-  
 prum dici quod comprehenduntur est, reperias apud Quintilianum: f *Declam. 309.  
 vbi, Ego autem in lege nullam animaduerto differentiam, sed hoc vnum  
 exceptū, vt rapta raptoris mortem optet*. Item alibi; g *Quadam etiam si  
 nulla significatione legis comprehensa sunt, natura tamen excipiuntur*.  
 Atque hac significatione vsurpatum excipiendi verbum ab Vlpiano  
 nostro h ausim dicere, in edicti de postulando interpretatione: vbi,  
*Secundo loco* (inquit) *edictum proponitur in eos, qui pro alijs ne postu-  
 lent; in quo edicto excepti prætor sexum, & casum: id est, comprehen-  
 dit in edicti parte illa, quæ prohibitoria est: nec possis apte (vti vide-  
 tur) illo vulgari modo interpretari, Excepti in edicto sexum & casum;  
 excepti*, inquam, hoc est, vetuit, exemit à prohibitione postulandi in  
 vniuersum: cū pro se id ipsis licere voluerit. Nam hæc pars edicti  
 secunda, sicuti & tertia, non est prohibitoria, sed prima duntaxat; vt  
 ex ipso illius capitis initio apparet. Quod si quis nimium vserit, as-  
 seuerabo id quoque, prorsus incommodam fore vulgatam eius ver-  
 bi significationem isti loco: in quo Vlpianus ait secunda edicti parte  
 agi, de iis qui verantur pro alijs postulare: quin & postea, i tres or-  
 dines à Prætoris factos non postulantium inquit; quorum hunc esse  
 tertium, quibus non in totum denegat postulandi facultatem: in se-  
 cundo igitur, quomodo semouebitur, quæso, ab ista prohibitione po-  
 stulationis tam sexus quàm casus; cū in ipsa prohibitione compre-  
 hendantur, qui scilicet pro alijs non pro se à postulando semouen-  
 tur, fœminæ ac caci; iuniliter atque personæ turpitudine notabiles  
 tertia edicti parte: quibus omnibus Prætor pro se permittit allegare,  
 pro alio prohibet; nisi pro his quorum tutelam, vel curam gerant. k  
 Sic Vlpianus idem alio loco l edictum Edilium curuliū exponens;  
*Et videtur hoc iure vti* (ait) *vt vitij morbique appellatio non videatur  
 pertinere, nisi ad corpora; animi autem vitium ita demum præstabit ven-  
 ditor, si promisit; si minus, non: & ideò nominatim de errone & fugiti-  
 uo excipitur: hoc enim animi vitium est, non corporis: vbi Accursius illud,  
 Excipitur, ita explicat, separatim in edicto ponitur: debuit dicere, ex-  
 pressè, disertè ac specialiter: nam in edicto nominatim illa verba ex-  
 primuntur, vt scilicet ob talia, quamuis non corporis, sed animi vitia  
 redhibitio fieri possit. Ediles quippe sic aiunt; qui mancipia vendunt,  
 certiores faciant emptores quid morbi vitique cuique sit; quis fugitiuus  
 errore sit, &c. Eademque omnia rectè palam pronuntiato, &c. Quod si  
 mancipium aduersus ea vanisset, iudicium dari emptori, &c. vt id manci-  
 pium redhiberetur, voluere. Nec verò illud excipitur, exponi de ven-  
 ditore vel emptore potest; cū etiam de errone & fugituo. nihil.*

a Epist. 6. lib. 1.  
 b Epist. 20.

c Epist. 30.

d Lib. 1. aduer-  
 sus gentes.

e Lib. 7.

f Declam. 309.

g Declam. 315.

h l. 1. §. secundo  
 loco, D. de po-  
 stul.

i In §. vt initio,  
 ead. l.

k d. l. 1. §. remo-  
 uet, 2. §. sed est  
 æquissimum, D.  
 de postul. & §.  
 ait Prætor, & §.  
 deinde adicit.  
 eod. tit. & l. 3. &  
 6. eod. tit.  
 l. 1. 4. §. animi,  
 D. de edil. edic-  
 to.



vel, *præter parvulos*; qui tamen ipsi non minùs saturati cum mulieribus, quàm homines, quorum adpositus numerus: atque ad eò ita excepti, non exclusi, sed comprehensù potius intelligi debeant; ad sententiam quidem loquentis quod attinet; quamvis ex ipsa loquendi ratione, extra ordinem numerumque sint hominum quinque milium; atque ita exclusi quadamtenus, & re vera excepti ab illo scilicet hominum numero: falso alioqui, si comprehenderentur, futuro; quippe quem aucturi sint.

<sup>a</sup> Sic Accurs. re- & de qua huius & similitu verboru significatio- ne, video quæ scripsimus libro superiore c. 23. ad finem: quo genere forsitan Tibullus ad Mela lib. 4. colendi verbum accepit, vbi de Zona torrida,

Non illic colitur arua Deum bacchi que Ceresive. Et Elegia 8.

Hæc Mæcenas torpet: puero qua gloria visita est

In vereres esto astra puella senes. Vbi torpet posuit pro, torpetis facit; similiter cap. 12. lib. 2. Regum in Hebræo ita legi auctor est D.

Hieronymus in quaestionib. seu traditionib. Hebraicis in libro Reg. col. 373. Veruntamen quonia blasphemado blasphemasti inimicos Domini: vbi vulgata versio habet, iuxta Septuaginta, quonia blasphemare fecisti inimicos Domini, secundum conjugatione Piel vel Hiphil Hebraicam. Sic & acquirere dicitur, per quem fit, vt alius acquirat; qui adpiscendi occasionem præbet: vt ca. 1. Actuum Aposto. vers. 18. & τος μὲν οὐν ἐπιπέσει τὸ πνεῦμα ἐν μισθῷ ἢ ἀδολύῳ.

<sup>b</sup> Cap. 15. lib. 2. Institur. orator.

Quarum alterutram è duobus posterioribus significationem, potest & Græcum illud, *ἐπιχειρηθέντων* admittere; quando *ἑξάρτου* καὶ *ἰδίου* à Demosthene pro corona copulantur; & *ἑξάρτου* præcipuum, peculiarem Lexicographi quoque apud Plutarchum in Coriolano interpretantur: καὶ ἀγαπίου ὡς εἰς δίκας & τὴν νέμειν, *ἑξάρτου* ἢ *μὲν αὐτῶν καὶ ἐν ἑρῆ*: & in illo Æschinis loco, *ἑξάρτου αὐτῶ τυραννίδα* *προπορεύει*: & *ἑξάρτου* est, præcipue, imprimis, peculiariter, apud Herodotum lib. 3. & 4. Philonem de vita Mosis lib. 1. Plutarchum Sympof. 4. Præclare igitur Paulū quoque interpretabere; hunc sensum scilicet vt ex verbis ipsius eruas: per minimam capitis diminutionem publica iura non interuertuntur; ideòque manere magistratura, Senatorem, iudicem, ceterique officia publica non finiri constat: esse etiam tutelas plerasque, quas non amittat, hoc est, perimat siue faciat amittere <sup>a</sup> capitis diminutio; vt pote si ea definitione illas exceperis, hoc est, maximè, præcipue aut solummodò comprehenderis vel intellexeris; quæ deferuntur filiisfamilias, in alieno scilicet iure positis, quarū filijfamilias sunt capaces: hoc enim est quod subiicitur atque ostenditur, per verbum, *Exceptis*; vt aduerbialiter sumptum, significet *τὸ scilicet*, vel, *tantum illas, solummodò illas, maximè illas*: & taxationis non exclusionis vim habeat, sicuti apud Hebræos articulus *אך* *ach*: qui à translatoe Bibliorum interdum omittitur, nonnunquam redditur per *τὸ Maximè*: sicuti Regum lib. 1. cap. 21. vbi Hieronymus reddidit, *Si mundi sunt pueri maximè à mulieribus.* *אך* *ach meisab*, *tantummodò*, vel, *scilicet à mulieribus*: vbi Septuaginta illum articulu prætermisere iuxta Complutensem certè editionem; & *ἐστὶ πᾶσα ἀρετὴ ἀπο γυναικός, ἢ φάρωνται*: vel secundum alias quibus Lexicographi (vbi de *ὡλὴν* articulo scripserunt) sunt vsi editionibus, *ὡλὴν ἀπὸ γυναικός*: qui articulus excludendi ac reiciendi plerunque vim; interdum verò, vt hoc loco, taxatiuam habet. Sanè cùm nonnunquam id quod adicitur, ita sit conceptum, vt ad alioru exclusionem pertineat; vnde Alburium non obsecurum professorem atque auctorem qui Rhetoricen scientiam bene dicendi esse consentiret, exceptionibus peccasse à Quintiliano <sup>b</sup> traditum; *Adijciendo* (inquit) *circa civiles quaestiones & credibiliter: propterea exceptionis nomen in ipsam exclusionis significatione transit; vt apud auctores plerunque id ita interpretari oporteat.* In quaestione igitur quam tractamus, ita sunt excepta, hoc est, comprehensæ tutelæ quas filijfamilias subeunt, illa definitione, quæ dicitur tutelas non amitti capitis deminutione: vt aliarum tutelarū nempe legitimarum exclu-

exclusio non obscurè designetur. Illas enim solùm tutelas, quæ filiisfamilias deferuntur, & ab iis geri possunt, non amittit capitis diminutio; aut quasi hoc velit, vt cætera officia publica, sic & tutelas dicere possimus minima capitis diminutione non interuerti; quippe cùm, aut præcipue vel præsertim cùm, nomen tutelarum istud ad eas plurimum, aut potissimum pertineat; quæ personis in aliena potestate positus competere possunt: aut eo nomine quæ significantur, atque comprehenduntur, pleraque (nimirum testamentaria, datiuæ, & quæ ex nouis legibus Senatûve consultis descendunt; itemque ex lege 12. Tabularum, quæ patronis deferuntur: & omnes denique, demptis aut subtractis illis ad quas agnatos duodecim tabulæ inuitant) ipsis etiam filiisfamilias, deferantur. quamobrem si patresfamilias, quibus assignata fuerint, arrogentur, atque ita statum permulent, minimamque capitis diminutionem patiantur, nihilominus tutores permanent: sicuti filijfamilias tutores durant, etiam si emancipati postea fuerint. Sic igitur Ulpianus hac de re agens in fragmentis Institutionum siue regularum: <sup>a</sup> *Si capite deminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam; sed si abdicauerit se tutela, desinit esse tutor, &c.* Vel etiam iuxta eam quam ad Hieronymum atque Marcellinum posteriore loco attulimus interpretationem; vt non tantum eas tutelas capitis diminutio non amittat, quæ à filiisfamilias geruntur, iam delata scilicet ab intestato per leges nouas, quibus personæ naturaliter designantur, aut per Senatusconsulta: verum insuper quæ à magistratu vel testamento imponi ac delegari solent. *Exceptis illis, supra, vel, præter, vltra illas*: aut ita, vt de illis (in quibus tamen haud dubiè idem iuris est) *prorsus taceam, vt eas prætermittam*, aut quid simile. In idiomate linguæ sanctæ ambiguitatem eandem ex duplici articuli huius *אך* *lebad* interpretatione ortam, Hieronymus ab Oleastro Lusitanus ad difficilem illum Deuteronomij locum <sup>b</sup> adnotauit: cuius, ex D. Hieronymi translatione, verba ista sunt; *Partem ciborum eandem accipiet, quam & ceteri: excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur.* Vbi Hebraismum accuratissimus ille Lusitanus ita exprimentum duxit in suis adnotationibus: *Partem secundum partem comedent: præter venditiones ipsius super patres.* Quò magis adducor ipse, vt ambiguae in omni linguarum genere loquendi rationi, eam interpretationem quam dixi, licèt rariorem, nihilominus adhibendam, quò Iurisconsulti sententia in tuto sit, ex præcepto nostrorum antistitum, caudacter pronunciem. Atque ita mihi videtur non in commode Florentina lectio defendi posse: ne addito abnutiuo articulo ad Haloandri castra deficere cogamur; ad quæ tamen lubentiùs multò confugerim, quàm vt, pro, *In iure alieno*, reponam, *in nomine alieno*; & de agnationis nomine, noua & inusitata nostris auctoribus loquendi ratione interpreter: quemadmodum illum dixi facere, à cuius reprehensione in istam longiùs prouecti disputationem sumus; sed quam non inutilem futuram existimamus. Cui finem cùm imponere vellemus, commodum aduectos obseruationum ipsius libros ab Eustathio Vignonio

<sup>a</sup> tit. 11. de tutela. s. si capite.

<sup>b</sup> Ex cap. 11. Deuter. vbi Hieronymus ab Oleastro in adnota. iuxta literam videtur.

<sup>c</sup> Dixi ad l. 9. semper in obscuris, D. de diuersis regul. iur. antiqu. ex l. 8. D. de verb. oblig. l. vbi est verboru, D. de rebus dubiis, & aliis locis.

in hunc annum M. D. LXXXIX. ex auctoris recognitione duobus amicabilium responſionum adiunctis editos intelleximus. Et in illarum quidem obſervationum lib. 3. cap. 10. nullum eius caſtigatio- nis quam reprehendimus apparet veſtigium, vt ſuam illam veterem coniecturam meliore inſito conſilio ſatis damnaffe, quam oblitera- uerit, ipſe videatur. Bene habet: ſed videamus, ecquid nouæ rei ſa- niuè iudicij poſteriore loco adferat. *Legem (inquit) adhibita para- phraſi ſic interpretor, tutelae non amittit capitis minutio: exceptis his quæ in iure alieno poſitis perſonis deferuntur. Propter minimam inquam, (ait ille) capitis minutionem ius tutela non amittitur, teſtamentaria ſcilicet & datiua. Nam quæ deferuntur perſonis in alieno iure poſitis, hoc eſt, iſs qui cum agnati eſſent, per adoptionem in alienam familiam alie- namque ius peruenerunt; hæc inquam tutela, quæ vulgò legitima dicitur, capitis minutione perimitur: & cætera quæ ſequuntur complura. Quæ omnia cum vera ſint, cum iis etiã congruunt, quæ de iſta quæ- ſtione tota, ſuperius à nobis demonſtrata ſunt: cæterum interpreta- tionis paraphraſtica vicem aptari Pauli verbis (ſi quid iudico) non queunt: vt illud, *Exceptis*, &c. referatur ad tutelae legitimae agnato- rum: quas proſectò conſtat, hereditarum exemplo, deferri proximis agnatis; patribus familiæ igitur, nõ iis qui in alieno iure ſunt, cum his vtique illi proximiores vno gradu ſint: & ſi qui per capitis dimi- nutionem eſſe in familia deſierunt; iis delatas hereditates tutelae ſue le- ge 12. Tabularum, intelligi nullo pacto poſſit: neque verò commo- dius explicari hac ratione, vt de non amittendarum per capitis dimi- nutionem tutelariũ numero excipiantur, atque adeò amittantur legiti- mæ agnatis delata tutela; qui poſteà in ius alienum tranſierint: cum ſcilicet de perſonis ante delationem tutelaram in iure alieno iam poſitis, loquutum Iuriſconſultum; niſi quis ita peruicaci animo eſt, vt inferre vim verbis malit, negare vtique non queat.*

Verùm ne ampliùs in re ſatis perſpicuè à nobis antè demonſtrata immoremur; alia de re diſpiciendum eſſe nobis exiſtimamus: de qua pauci elapſi ſunt dies, cum hæc ipſa diſcurientes, ab eruditiffimo viro huius Curia Senatore fumus admoniti; locum eſſe in appen- dice quaſtionis ex illarum illuſtrium à nobis aliquoties iſto capite memoratarum numero, quartæ ac triceſimæ (in qua de legis actio- nibus & actibus legitimis diſſeritur) vbi, cum de conſtituenda emẽ- datione capitis penultimi D. de acceptilationibus, ſermo incidit; ſic de nobis, ſuppreſſo quamlibet proprio nomine, ſed vti tanquam di- gito demonſtramur, ſcriptum eſt. Veterem igitur meam emendatio- nem retineo, vt pro, *Sine mandato*, legamus, *Sine nouatione*; idque eò lubentiùs, quòd eam anno M. D. LXXIII. à me primùm editam, animaduerti poſteà erudito viro anno M. D. LXXV. placuiſſe, libro *Semestrium* 2. cap. 22. vbi eſt proſtitetur ſe boni Iuriſconſulti inſti- tuto, ſuum cuique tribuere; meum tamen nomen per obliuionem, vt credi par eſt, præterit. Quid eſt quod audio? Ego igitur, erudite illuſtrium illarum quaſtionum explicator, tibi quod tuum erat non tribui; ſed tuum nomen per obliuionem præterij: nec ſum boni Iuriſcon.

Iuriſconſulti functus officio, ſicuti me facturum prædixeram? Si ver- bum vnum addidiſſes, ex quo illam (cuiuſmodi eſt) emendationem alteri me aſſignaſſe, quàm tibi, intelligi potuiſſet; verbum non ad- derem. Verùm quoniam non mendacij modò, ſed & plagij, non ob- ſcurè arguor; tanquàm id mihi vindicauerim, quod tuum fuerit: quàm id agrè animo meo ſit, ampliùs diſſimulare non poſſum: quanquam hoc me ſolari debeo, quod non modò mihi mea conſtat innocentia ratio; ſed etiam in promptu habeo, vnde calumnioſè me impeti, meumque immeritò, atque iniuriã incuſari officiũ, oſtendam. Quid enim ego illo Semestrium loco aſſignauim mihi; ac non potiùs Bar. Briſſonio tum patrone ac rogato Pariſienſi, nunc Præſidi eius auguſtiſſimæ Curia ſecundicerio reddidi, vt iucundiſſimam amici & condiscipuli ſub claris. Cuiacio mei memoriam excitarem (nam ita tibi memini loquutum eſſe me) ipſi que interea, quod eius occu- patione factum eſt, vt ſuum cuique non inuitus facere ſoleo, tribue- rem? Agnoſcine verba iſta, quibus nihil iuſtius, ſimplicius, verius? Itaque quidnam in ipſis vrere, atque offendere te potuerit; aut quid ipſe plus minùſve ſcribere debuerim: equidem non video. Voluiſti te nominari ais; quoniam de illius loci emendatione idem tibi anno M. D. LXXIII. in mentem venerat. Atquin eam occupatione fa- ctam Briſſonij ex iure gentium, tibi dico; neque incogitanter aut memorie lapſu, ſed deſtinato animo ſcripſiſſe me: qui ſcirem ante annos admodum quindecim a editos ipſius libros de ſolutionibus & liberationibus. Næ tu igitur nimium iniuſtus es, mi homo; qui præ- termiſſum nomen tuum eſſe quereris: vbi tamen tuos Obſerua- tionum libros legiſſem, de quibus tum temporis inaudieram nihil; & hac de re ſcripſiſſe te, iſtud quod tibi tute aſſeris, recordatus forem: certè tamen ita ſum à natura factus, vt quoniam ſine aliqua plagij à te admiſſi nota, nomen appellare tuum non poteram, noluiſſem: ne fortè quis, quod ego ſcelus eſſe indignum homine ingenuo, ac libe- raliter educato ſemper exiſtimauim; eius non modò te inſimularer, ac damnaret reum, ſed etiam me tibi, ſi non ſocium adiungeret, fau- torem tamen, atque adiutorem eſſe duceret: à quo vtinam tam valde abhorreret; quàm alij ſciunt, me perlubenter illos in ſcriptis laudare meis, per quorum ſtudia profecerim. Nam neque Turnebus atque Cuiacius de te iure conqueri poſſent, ille quòd Suidæ locum de Barbario ſive Barbio Philippo; iſte quòd emendationem *l. quoties*, *D. de obligationibus & act.* ipſorum nominibus omiſſis eo quaſtio- num illuſtrium libro<sup>b</sup> recenſueris: neque Connanus<sup>c</sup> aut Cora- ſius<sup>d</sup> de illo *Eccum*, pro *equum*, vel *eum*, apud Suetonium in Caio Caligula<sup>e</sup>: quod equidem longè antea quàm tu tertium Obſerua- tionum Baſileę apud Episcopium anno M. D. XXIV. edendũ curares, in priore commetariorũ ad regulas iuris editione Lugdunenſi anno M. D. XXV. vt certam & exploratam attuleram: non tamen ita, vt ipſe mihi quod tibi tu vidèris<sup>f</sup> tribuerem. Neque poſt Budaum & Rauardus Bruſſenſis<sup>g</sup> de illa tranſuectione; de qua tot verbis eodem libro<sup>h</sup> abs te poſt illos diſſertatum fuiſſe reperio. Equidem quod plurimis obſer

a Lugduni 1558. apud Tornefiũ, in fol. 250.

b Inſito qua- ſtionis 17. fol. 128. lib. per Hæ- ricũ Stephanum excuſi an. 1573. è quaſt. 28. fol. 213.

c Qui hanc emẽ- datione attulit cap. 35. lib. 1. Comment. iur. ciuil. d à Leuino Tor- nẽtio citatus ad illud Suetonij locum.

e Cap. 34. f Cap. 10. lib. tertij Obſerua- tionum.

g Annòtat. ad Pand. ad l. 2. de in ius vocand.

h Qui hac de re ſcripſit cap. 15. lib. 2. Variar. l i Cap. 27. libri 3.

obſervationum tuarum iteratò etiam editarum, atque adeò etiam recognitarum locis, eandem iniuriam, vt antè dixi, acceperim (de qua fortalſe nunquam in mentem mihi veniſſet expoſtulare tecum; niſi hac ratione prouocatus forem: cum tu publico tanquam iudicio ſimilis delicti ſiue potiùs criminis tuo iſto ſcripto *reponeris* me deferre, atque arceſcere auſus es) eodem crimine tenente, tuo tanquam iudicio deprehenſum, ac teſtimonio conuictum (ne tuapte ſententia damnatum dicam) vel hi quatuor loci ex tuis illis raptim aut ſaluatim à me diſcurſis obſervationibus, quos ſtrictim notabo; perſpicuum omnibus facient. Apud Vlpianum <sup>a</sup> in cap. 7. §. 3. *D. de legatis. 3.* vbi ſic vulgò & in Florentino Codice Pandectarum ſcriptum; *Et conſtat apud veteres, lana appellatone, verſicoloria non contineri:* quod ex cõiectura & aſſertione noſtra Cuiacius Doctõr olim meus in notis ad Pauli ſententias receptas *titulo 6. de legat. lib. 3.* proderat <sup>b</sup>, legendum videri; *Et conſtat apud veteres, lanam appellatone verſicolorium non contineri.* Nempe corrigendum ita te quoque arbitrari poſt annos ferè quindecim, ſed prætermiſſo Petri Fabri nomine declarati, eodem libro quem dixi Obſervationum tertio <sup>c</sup>: in quo vel me, vel Cuiacium certè (cui libenter accepta, in iſto præſertim genere, omnia fero) laudare te oportuit. Sicuti cum pro, *Defenſione*, corrigendum cenſes, *Deferre*, in l. 7. *D. ad l. Iuliam. maieſtat.* argumento (vt ais) ita perſpicuo, vt explanatione non egeat; *ex l. mulieres, 13. D. de accuſat. & l. deferre, 18. §. 1. D. de iure ſiſci* (nam hæc tua eſſe agnoſcis ex cap. 11. lib. 3. Obſervationum poſterioris editionis Vignonianæ anno M. D. LXXXIX. quæ verba proſus ab Epiſcopiana illa quarti & ſeptuageſimi à reparata ſalute ſupra ſeſquimilleſimũ anni abſuerat.) E quid enim aut Cuiacio illuſtriſſimo atque incomparabili (ringatur, & rumpatur etiam inuidiã qui volet) Iuris antecelſori, aut mihi certè (quod ille fecit in Pragmateiã de præſcriptionibus & terminis cap. 28. editionis apud Niuellium Pariſinæ anno M. D. LXXVII.) tribuere debueris; aut certè Briſſonio illi noſtro, qui eam ſibi aſſumpſit in libro quarto de verborum ſignificatione, cum de verbo, *deferre*, tractat, iſdem quos tute citas adductis locis; alij viderint: immò ipſe tu; dum tamen ſcias aliena coniectura, quæ tibi nimio opere arriſerit, omninò te deluſum, atque ante quatuor annos, aut eo etiam ampliùs, receptam lectionem à nobis deſenſam, atque comprobataſ fuiſſe, in commentario Regulari iuris ad leg. 116. illius tituli. Prætereà Obſervationum lib. 4. <sup>d</sup> Baſileæ per Epiſcopium edito ad annum M. D. LXXV. ais te duobus in locis pro, *Conditione*, reponere, *Contentione*, in l. vlt. *D. de iure iur.* quam caſtigatõnem aliis quam plurimis adiunctam ipſe libri ſecundi Semestrium duobus antè annis Lutetiam vt excuderetur tranſmiſſi, ſexto & decimo capite protuleram. Tale illud quod eiufdem libri 4. cap. 9. prioris editionis, poſterioris autem octauo & decimo aduerſus Florentinum Codicem pro, *Non*, reponis, *Modò*, <sup>e</sup> vt in excuſis quibuſdam legitur; cum hoc ipſum, annis admodum quinque ante priorẽ obſervationũ tuarũ Epiſcopianam editionem, ſat multis verbis, libri

a l. ſi cum lana, §. de verſicoloribus.

b anno 1559. qui liber ille à Torneſio Lugduni excuſus eſt in ſ. lana.

c Ad finem cap. 30. ad illud eſt cap. 7. lib. 4. editionis Vignonianæ anno 89. publicatæ.

d cap. 6. quod eſt 15. poſterior. editionis anni 19.

e in l. 2. D. ſi cauſ. inſt. ſiſt. fact. non obtempet.

libri Semestrium primi <sup>a</sup> 14. cap. faciendum eſſe docuiſſem. *Quæ* omnia non eo animo à me ſcripta velim accipi, vir erudite; tanquam exiſtimem ex meis libris hauſiſſe te iſtas emendationes, vt in tuos poſteà libros tranſderes: quæ cauſam non dico, quin priùs etiam tibi, quàm ipſi mihi fortalſe in mentem venerint; ſed vt nihilominus meo iure ipſas, vtpote occupatas ex iure gentium vindicanti, nullam iuſti dominij obicere præſcriptionem te poſſe intelligas; & me ſimul ab illa, in quam de fide noſtra, circa Briſſonianam emendationem veneras, ſuſpicionẽ (vnde iſti expoſtulationi noſtræ ſuborta occaſio) tuo ipſe iudicio proſus liberatum velis.

Caterùm neque de Sebuſiano illo Iuriſconſulto <sup>b</sup> diligẽte, ac perſpicace mihi expoſtulandum eſſe duco; quamuis eandem ille interpretationem *l. penult. D. de iure codi.* aduerſus Cuiacij noſtri, & qui eum ſuppreſſo tamen (quod non oportebat) nomine ſequutus eſt Chiffletij Sequani <sup>c</sup> obſervationes, ne vllò quidem immutato verbo, in cap. 11. tertij coniecturarum ſuarum libri ad annum M. D. XXXI. editi <sup>d</sup>, tranſcripſerit è 15. cap. noſtrorum Semestrium ſecundi Lutetiæ impreſſi anno quinto & ſeptuageſimo; atque ita toto ſexennio antè publicati: dum tamen, quam ſibi tanquam gentilitio iure aliquo propter ſimilitudinem fortalſe nominis vtriuſque noſtrum vſurpandam hætenus eſſe ſtatuit, hanc me modò (quod nullo iure impedire proſectò poſteſt) mihi vindicare non inuitus patiat. Quam proſus confirmat, primùm circa ea quæ de articulo, perinde attulimus; quoniam illam ipſam explicandi rationem alicubi <sup>e</sup> ſequutum Accuſium apparet: vbi eum articulum, *cum exceptione*, intelligendum ita eſſe admonet, vt non omnem ſimilitudinem inducat. Deinde circa vocabulum *Omnia*; vt quamuis omnia debeantur, non tamen intergra, & ſolida præſtari oporteat: quando non ab ſimile huic interpretandi genus, ab Eufebio Emiſſeno <sup>f</sup> (ſiue iſt Fauſtus Rhegienſis eſt, vt quidam volunt; quod & veriſimilius arbitror, quoniam Emiſſenum plerique Græcè ſcripſiſſe conſtat) vſurpatum, non ita dudum deprehendimus; quo loco, *Idem enim per omnem creaturam, & per omnes gentes ſignificatur:* & ſtatim, *Sic ergo determinetur, Omnia credit [Charitas] quæ credenda ſunt. Similiter igitur & id quod dicitur, Prædicare Euangelium omni creature, determinandum eſt; vt ſic dicatur, Omni creature prædicare Euangelium, cui prædicandum eſt, &c.* Quale eſt illud, *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum: cui ſi addatur, Quæ trahenda ſunt, nihil erit inconueniens. Aliter autem, quanta inconuenientia ſequatur, quis non intelligit?* &c. *Siquidem ſolos homines & ipſe, non omnes trahet ad ſe.* Hætenus Eufebius: cuius verbis, hæc B. Gregorij <sup>g</sup> poſſis, quæ ad rem eandem faciunt, adiungere; *Quod enim per Euangelium dicit, Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum, omnia videlicet electa: nam trahi ad Deum poſt mortem non potuit, qui ſe à Deo malè viuendo ſeparauit.* Conſentanea proſus iſtis B. Auguſtini <sup>h</sup> eòdem pertinentibus: *Quod ante paſſionem dixit, in Reſurrectione ſua Dominus impleuit: ſi exaltatus fuero (inquit) à terra, omnia traham ad me. Omnia etenim traxit, qui de electis*

a Editi Lutetia apud Ioan. Benenatum, anno 1570. ſed duobus annis antè ad ipſum tranſmiſſi vt ex epiſtolæ ſubſcriptione conſtat.  
b A Fab. cuius libros Cõiecturar. Lugduni nuper excuſos videre eſt.  
c Cap. 9. de iure fideicommiſſi.  
d Et iterũ anno 91. ab Antonio Fabro Lugduni. e Lib. 7. de receptat. vbi etiã Bar. qui aliũ locum adducit ex l. ſacrilegij, 6. §. is autè qui furanti, D. ad l. Iuliam, penult. vbi Accuſ. in verbis condemn. eſſet.  
f In ſermone de Aſcenſione Domini, fol. 144. pag. 2.  
g Extrema epiſt. 15. lib. 5. col. 874.  
h Sermone 137. de tempore. Similiter Eufebij Emiſſenus, ſiue Fauſtus Rhegienſis in natali Apoſtolorũ Homil. 1. ex Ioãnis Euang. cap. 15. fol. 202. ad illud, *Quæcũq; audiui à patre meo, nota ſeci vobis. Omnia enim quæ audiui (ait) à patre, nota ſeci eis; illo tamen tempore notificandi eis, quãdo & neceſſaria eis. Vnde & in ſequentibus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, &c.* Sic multa determinanda ſũt, quæ vniuerſaliter dici videntur; quæ eſt illud, *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Itaque, Prædicare Euangelium omni creature, &c.* Et mul.

ea alia his sumi-  
lia. Nam & id  
est modo dicitur  
Dicitur ut  
omni veritate,  
familiariter dicitur  
mandat est, &c.  
Necnon in hac  
vita cognoscit om-  
nem veritatem, &c.  
Hic igitur sub-  
auditur, necessa-  
ria vobis, & tene-  
re illa vobis non enim  
sunt modo omnia  
dicenda vobis, quia  
non est vestrum  
nosse tempora &  
momenta, quae pa-  
ter possit in sua  
potestate.

a Act. Apostol.  
cap. 2. vers. 17.  
& 18.

b Epist. 146.  
col. 209.

c G. Forner.

d I. frugem, 77.  
e G. Forner. in  
Comment. ad l.  
137. Aliud frans,  
s. vlt. de verb.  
signif.

suis apud inferos nulla reliquit: omnia abstulit, vtiq; electa. Neque enim infideles quoque, & pro suis criminibus aeternis suppliciis deditos, ad veniam Dominus resurgendo reparavit; sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide & actibus recognovit. Sic in illa praecleara D. Petri concione; quam B. Lucas a retulit; Ioelis Prophetae verba ista cum sint proposita: λέγει δ' Θεός διχρώ από τ' πνεύματος με επί πάσαν σάρκα. Et subiiciatur paulò post, και γε επί τής δόξης με, και επί τής δόξης με ζυ τούς ημέρας ενάντας διχρώ από τ' πνεύματος με, και προφητείας: Oecumenius optimè illud επί πάσαν σάρκα; super omnem carnem, his Gracis explicat: και τ' φθόνου αποτεινόμενον, & τοίς άποσόδοις μόνοι φησι, αλλά πάτη σαρκί διχρώντι έλαμινώς πικρόδση και μετά διχθέσεως. Quibus optimè congruit, quod ad vtrumque locum Lyranus partim ex Ezechielis cap. 36. de corde lapideo, vel carneo iuxta expositionem Rab. Salom. partim ex epistola B. Pauli ad Rom. cap. 10. de sublata hodie inter Iudaeos & Gentiles differentia, dum tamen omnes cor carneum, id est, per deuotionem dispositum ad gratiam Spiritus sancti habeant, diligenter & eruditè proleat. Nec mira, non certè respuesta, tametsi minimè trita, & nostris quidem Iurisconsultis incognita (de huius & superioris aui loquor interpretibus iuris atque doctoribus) ista interpretandi ratio illis videbitur, quibus

— meliore luto finxit praecordia Titan.

(i. s. p. illud, humaniores plerasque literas callentium, ipsisque adhibitis Iurisprudentiam; sicuti post Alciatum Cuiacius noster imprimis fecit, adiuuantium & excolentium τάρμα intelligo) si & hanc alteram circa verbum, Omnia; vt pleraque aut potissima ex parte, sic tamen vt desit aliquid, ostendantur: de ipso Ciceroniani styli eximio imitatore Hieronymo interpretationem didicerint, vel admonente me saltem, in memoriam reuocauerint. Sic ille igitur ad Damasianum b: Quomodo autem Dei omnia Iudaeorum sunt? nunquid Angelis, Throni, Dominationes, ceteraque virtutes? Omnia ergo intelligamus (inquit) legem, Prophetas, eloquia diuina: hac ei dedit, vt in lege eius meditaretur die ac nocte, secundum illum canonem, quem saepe exposuimus, scripturarum; Omnia non ad totum referenda esse, sed ad partem maximam: vt ibi, Omnes declinauerunt, simul & inutiles facti sunt: & alibi, Omnes qui venerunt ante me, fures fuerunt, & latrones: Et Paulus ad Corinthios, Omnibus (inquit) omnia factus sum, vt omnes lucri facerem: & ad Philippenses, Omnes enim quae sua sunt, quaerunt, non ea quae sunt Iesu Christi. Haec tenus ille. Sub eadem lege & conditione; de Antecessore Aureliano c eruditiss. non conquerar, quòd inscriptionum ope adiutus admonentibus nobis per Labitum clarissimum, eundemque tunc temporis cum scriberet contubernalem nobis charissimum indicis capitum Pandectis comprehensorum auctorem, suam veramque, ac à ceteris nondum perceptam facti speciem affinixerit septimo & septuagesimo capiti d de verb. signif. Praeterea quòd ea ratione Pollucem adiuuerit e, quam ipse in tertio illo Syntagmate, quod regularum iuris commentario adiunxi, vbi de

de magistratum & iudicum iureiurando differitur, annis antea viginti tenueram. Praesertim cum id, quod ipse circa lectionem cap. 25. de fideiuss. duobus commentariorum ad iuris regulas locis a docui, prius ab illo fuisse obiter in libro 3. Selectionum adnotatum, nuper acceperim; ac toto triennio post commentariorum meorum editionem Doctor quidam Germanus libro 2. Parergon b, sed nostro vtriusque nomine praetermisso, in eadem sententia se esse scripserit. Sed neque quòd ad l. facere oportere, c x x c i x. de verb. signif. pleraque attulerit à nobis prius obseruata in commentario ad l. qui non facit, c x x i. de reg. iur. Quemadmodum & ad l. habere c x x c v i i i. §. cautum, de verb. sig. qua itidem à nobis tradita fuerant ad l. plus cautionis, x x v. de reg. iur. Cur etenim agrè feram ipse potissimum ea facultate aduersus me, aut licetia illum vt; qua nouam & veram l. virilis, c x l v. de verb. signif. interpretationem Cuiacio Iurisconsulto praestantissimo redditam ab Labitto c, ipse annis quinque ac viginti postea, suae suspicioni, atque coniecturae acceptam ferri voluit? De Chiffletio quoque illo Sequano, quem è viuis excessisse audio; non propterea mihi reor expostulandum; quòd quam castigatione in Marcelli quadam ad Iulianum nota d, suadente me Doctorum Doctor Cuiacius tertia obseruatione e ante annos admodum triginta euulgauerat; ipse sibi ex veteribus quibusdam libris (vt ait) proferenti, non dubitauit neutro nostrum nominato asserere, quarto de iure fideicommiss. lib. f quem anno l x x x i v. Lugduni apud Iunctas excudi iussit. Multò minùs de lectissimo illo Iurisconsulto Brugensi, quod leuia quaequam ad se à nobis transtulisse videatur: vt cum pro, habitu, iam dudum apud Mamertinum panegyristem, Aditu, repofuerim g; ipse decem annis postea, & quod excurrit ad Guilielmium scribens h hoc itidem faciendum admonet. Itemque quòd ad Paschadium i apud Senecam Epist. 7. pro, Lusius spectans & sales, emendat, Expetans; sicut ipse ante annos plus minus x x. lib. primo Semestr. k castigandum ostenderam. Praeterea quòd ad Giselinum l pro, Leo aurata iuba nitet, apud Senecam, restituit, Mittitur: quam emendationem à me ostensam cap. 7. superioris libri; vt aut illud, aut emittitur, aur (quod idem est) dimittitur, legi oporteat; nemo est qui nostram negare possit. Denique quòd cum vltimo superioris libri cap. vbi de aquatili horologio (ita enim Casiodorus m nominat) sermo incidisset, ipsum ex consuetudine noscendi à sole horas coeptum vocari; non, horarium (vt vulgò legitur) sed, solarium, legi oportere monuissem; n nempe idè quia solis meatus (ipso Casiodoro teste o) sine sole cognoscitur, & aquis guttantibus horarum spatia terminantur: ac deinde anno l x x x i i i. Ludo. Carrion ita edi curasset locum illum in Censorino suo: nihilominus tamen alter ille, quem modò dixi, Epist. 16. Nouantiqu. lect. sicuti Godescalcus quoque in commentar. ad Veget. cap. 8. lib. 3. nuper is, vt à se tunc primum restitutam lectionem, incogitanter (vt puto) tradidit. Praeterea quòd Dauid Hoerschelius in suis ad Philonem p notis recens editis ἀφέλειος, verbum, pro, ἀφέλειος apud Plutarchum (quod nos

a Ad l. in negotiis, 5. & ad l. nihil dolo, 129. §. cū principalis.

b Cap. 23. Marq. Frech.

c In vsu Iudicis legum ex Pandectis desumpt.

d I. ita tamen, §. qui rogatus, D. ad Trebell.

e Cap. 6.

f Cap. 1. sub fin. in fol. 405.

g Cap. vlt. lib. 2. Semestr. h F. M. ad finem epist. 25. Nouantiqu. lect. editatum à Vvchelofrancf. 84. i Epist. 36. k Cap. 6. l Epist. 70. ad fin.

m Cap. 30. de Diuinis lect. de quo apud Plin. lib. 7. cap. 10.

n Anno 75. quo is reus liber Lutetiae impressus fuit. o Epist. vlt. lib. 1. Variar.

p In Opuſcul. Francofurdi excusis anno 1587. fol. 233.

a In tractatu de vera Philoſo- phia, quæ com- mentario regu- larum iuris ad- iunximus, vbi complura ex li- bello Plurarchi

c *Σιωπὴν ἢ ἔν τῳ ἀπὸ τοῦ νό- μου εἰς τὴν φῶ- φον ἐπιπέσει αὐ- τοῦτος*, inquit Eustathius ad illud Homer. ex Iliad. Ω.

d In ſpeculatio- ne de nat. Deo- rum, vbi de Mer- curio, ὁπὸς τῶν τῶν εὐνοῦ π ἀρετῶν ἐν ἑδρῳ, οὐκ ἔστι ἐπιπέσει ἑξῆς καὶ γὰρ ἔν τῳ ἰμῶν δὴ σιωπῶν ἐστὶ ἢ εὐνοίας ἐν δὲ

e Imitatio Plinij Iunioris ex lib 3. epiſt. 9. ad Minutianum.

f Et potiſſimum qua notat ad 1. 9. 11. 12. 13. 18. 24. 27. 28. 37. 42. 43. 48. 53. 68. 70. 73. 75. 77. 92. 98. 136. 148. 156. 188.

g Fol. 194. circa 1. 29. 31. 32. 34. 82. 88. 92. 205.

h l. pupilli de- bitor, in princ.

i Apud Rouil- liani ann. 1566. fol. 211 ad l. 78.

k Sub tit. de ſo- ſet. fol. 110.

ante annos viginti feceramus <sup>a</sup>) velut ex coniectura ſua reſoſuit: quod poſtremo, quæ de bona fide dixeram, lib. 1. Semest. doct. atque diligentis. Iuretus in ſcholiis ad Symmachum <sup>b</sup>, viginti (plus minus) annis poſteà protulit. Nam cum illos omnes vel ſolo literarum no- mine, quo plerisque aliis Iuriſconſultorum ſe numero accenſentibus antecellunt, ipſe quoque plurimi faciam, pro eo ac debeo; meque itidem ab illis non minimi fieri cupiam, in iſto quod omnes perfe- quimur literarum genere: nihil eſt quamobrem eos (de ſuperſtitibus loquor) à me alienatos aut putem, aut verè etiam velim: à quibus alia plurima longè præſtantiora, quàm quæ mihi pro meo iure vindicanda iſto ſermone duxi, literis iam eſſe ad poſteritatis vtilitatem prodita; & hæc quoque ipſa potuiſſe animo ſuccurrere, minimè dif- fiteor. <sup>c</sup> Atque aded, non Mercurio ſolùm ac mihi (quod ſolebant veteres, cum quid in via reperiſſent, Ethnici proclamare, vt Phor- nutus <sup>d</sup> auctor eſt) verùm etiam ipſis, proinde ac mihi communia eſſe concedo. Habet quidem gloria ( præſertim in hac ſtudiorum ratione; quæ ad conſtituendam in auctorum veterum libris veritatem lectio- nis pertinet) quiddam ἀκοινώνητον: <sup>e</sup> nobis tamen (τὸ κατ' ἐμὲ) nullum certamen, nulla eſt eritve in poſterum contentio: cum ex hac officij erga literas, earumque ſtudioſos ſocietate, ſi non amare ardentius, mutuò quidem certè diligere, atque adiuuare debeamus. Quin & alia inſuper, vt in lucè præclaræ ac eximæ illæ animæ certatim pro- ſerant, ex quibus perinagnus ad ipſos iſtius gloriolæ, literarum ſtu- dioſis debita fructus promānet; equidem maiorem in modum opto, atque exſpecto: ſuadeam quòque, ac rogem lubenter, & (niſi nolint) proſectò ab ipſis imperrem: vno illo ſaltem excepto, qui de- ſumptas ex variis aliorum libris in Accurſum notas, dum eo Mi- ſcellaneorum libro colligit, qui ſexto iuris ciuiliſ volumini à Typo- graphis Lugdunenſibus hoc primùm anno M. D. LXXXIII. ad- icctus eſt; ita nos malè habuit, vt in eorum elencho per quos profe- cerit auctorum, nobis aut æqualium, aut ad atatem, aliæque fortaiſſis etiam quod ſpectat, inferiorum; nullam noſtri nominis, velut ignoti atque aded ignobilis, mentionem aſpergeret: cum tamè quaſcunque Accurſianarum ad iuris regulas interpretationum reprehentiones attulit; <sup>f</sup> è noſtro ad Regulas commentario ἀποτρεξὲς à ſuffuratum ſe (quando ſumpſiſſe diſſimulat) diſſiteri vtrique, in 24. admodùm locis manifeſtò deprehenſus, neutiquam poſſit: ſicut & alia non pau- ca, in libello Benedictorum Accurſianorum illo, Miſcellaneis nota- rum adpoſito, Accurſij iudicium aliquot regularum locis commen- dantia; non aliis etiam verbis quàm è noſtro ad regulas illo com- mentario depromptis, explicauit. <sup>g</sup> Verumtamen quid ea de re con- queror? cum hoc ampliùs emendationem cap. 96. <sup>h</sup> D. de ſolut. quæ in prima illius commentarij noſtri editione Lugdunenſi <sup>i</sup> protule- ram; ſed certo iudicio poſteriori à me damnatam, & in aliis editio- nibus meo iuſſu expunctam, ipſe nihilominùs velut ſuam propalarit, meſſque omninò verbis, nemine intereà nominato, in illis ad Accur- ſum Miſcellaneis notis <sup>k</sup> in medium attulerit: atqui non ita tenuè, obſcu

obſcurumve vſque aded apud iuris ciuiliſ, aliarumque literarum ſtu- dioſos ac peritos noſtrum, Dei gratia, nomen eſt; vt ſine iſtius homi- nis ope ac præconio emergere, ac in eorum cenſum, qui ſcriptis rem literariam iuuerunt ſuis, referri non queat; malignave cuiuſquam prætermiſſione, vt obliteratum aliquando ac oppreſſum iri verear. Ille ſibi ſuoque capiti hoc potiùs timere debeat; niſi quid ampliùs ab illis expectandum ipſi eſt, qui per labores vigiliàſque noſtras, in ſtudiis non minimum promouerunt ſuis. Quanquam nec ei pro iſto indigno factò, alienòve à nobis immerentibus animo, nec alij cui- piam ſecius vnquam aliquid (verante ſcilicet ſiue religione Chri- ſtiana, ſiue ipſo etiam ingenio meo) imprecari velim. Hoc tantùm illi dixero nunc quidem, vt ſi verè Cuiacium iuris doctorem habuit ſicuti prædicat (quod non ſatis tamen illa ſua ſcriptione oſtendere videtur; in qua Dupondij, vel ipſi, non modò lyra aut Prolyra plu- rima reperiunt, quæ meritò poſſint reprehendere atque conſutare) diſcat ab illo germaniſque ipſius diſcipulis, virtutem, hoc eſt, inge- nuam ſimplicitatem, promptamque accepti beneficij teſtificationem: diſcat veros in literis labores; nec ſuorum more in poſterum alienæ inuideat induſtria; nè dum ſibi velut fatenti per quos pro- fecerit, ingenuum arrogat <sup>a</sup> animum; aliud agat intereà dolo ma- lo, aliud ſimulet. Sicut alter ille à quo manum hinc abſtinueram. Sed cum recenti ſuo quopiam ſyntaxmate in hunc annum 94. edito me prouocet ſi factis non ignoſcam, quando ipſe non patitur, qui hunc etiam famæ ſuæ ſplendorem ex huiuſmodi commiſſione atque concertatione quæritat, equidem hominis nimium delicati votis id non indulgebo, vt non iſto in congreſſu modeſtè ac moderate cum illo experiar, de meo iure: ſed parcam vel nomini. Non erat proſectò huius loci quem in Republica tot iam annos, Dei gratia, non ſine aliqua laude noſtrorumque ciuium approbatione teneo, non graui- tatis in atate iſta propemodùm ſenili atque in dignitate Senatoria, ſi non etiam præfectoria, cum profeſſore literariæ ne an literatoriæ rei (niſi quòd pro Philoſopho, & quidem vero, id eſt, politico ſe geſ- ſit, Iuriſconſultis etiam noſtris permiscuit) vt conſlietarer, in hunc penè ſcholasticum puluerem deſcendere. Atque

*His equidem teſtor me inuitum accingier armis: quæ luſoria, quàm decretoria cenſeri malo. Verùm quid facerem? Importuna iſtius linguæ aculeos niſi retudero, euitare nullo modo poſſim: quin potiùs*

*Veteres ferendo iniurias (quemadmodum in veteri mimo eſt) irritem nouas.*

Is ille igitur dum ſe noſtra compilare nolle Semestria prædicat, hoc fecit tamen; de quo ſum ad extremum ſecundi Agoniſtici conque- ſtus. Et cum inſiciari factum non queat, intereà non excuſat, tamen iſtud aut eleuat, verùm aded præclarum illud ex virtute inditum prænomen, ſuo generiſque ſui ſe poſthabere nomini re ipſa ſignifi- cat, vt occupatione nobis è iure gentium quæ ſita, iniuſtè ſibi tribue- re velut adhuc in medio poſita & è publico fonte hauſta ſuo vaſe,

<sup>a</sup> In præfât. il- lius libri.



cum è castello sumpserit meo, neququam vereatur. Suo more scilicet. Nam is ipse censoriam notam lucrificandam nobis esse ante aliquot annos imperiosè admodum pro suo illo magisterio ludi, nec mordaciter magis quàm falsò mandare literis non erubuerat; velut si Præfecti castrorum & Præfecti pratorio eandem administrationem ac dignitatem olim fuisse iudicari: qui hoc tantum è verifimili coniectura scripseram, Pollionis sub Othone principe Præfecti pratorio nomen ad Vespasianum illum Pollionem videri referendum esse, quem antea ter tribunum militum & Præfectum castrorū Suetonius etiam fuisse diceret; tanquam ab his militaribus muneribus repetitis atque continuatis ad illam equestris gradus summam, omnium inò dignitatum præcipuè militarium (ea quidem atate) apicem parens maternus eius, qui postea Imperator fuisset, peruenire potuerit, aut etiam debuerit. Qua de re tametsi plenius & accuratiùs commodiòre in loco agere certum est mihi; visum isto non nihil aspergere; vt interim ne quis opere illo Critici tanti quantum se ipse iudicat, veluti censorio nos alioqui fuisse meritò notatos, si diutiùs taceamus, existimet: quoniam plerunque confessionem arguat rei suam veluti culpam aut errorem agnoscens, & propterea pudibundi silentium. Atque illo quidem huiusmodi facto, cum nos dudum prouocasset; idque ipsi iam obtigisset, quod Narcisso defixis in fontem oculis intuenti Nymphas prædixisse fertur in Græcis fabulis,

Πολλοί σε μοῖσιν ἐκ σαυτῶν φίλοις:

eum tamen amare, deque ipso magnificè ac eximiè sentire non desideramus, aut prædicare, vbi se obrulit occasio. Verum ecce quid interim homo designarit. Nempe ita se gessit nunc nuper, vt nostra quæpiam velut à se tunc primum indagata & reperta sibi assumentem, nobisque adeò quæ potest adimentem, quod à quo animo non feramus suauiter ridens, vellicet: stylum tamen aduersus quenquam se stringere nupero illo scripto quod memorauit, tanquam tabulis consignatis perneget. Quam verè istud ac bona fide, studiosi literarum viderint. Et posterorum quidem iudicium (in quorum manus vtriusque nostrarum scripta peruenient, si meremur) minimè detrecto. Nec sanè dubito, quin, etsi fucum ipsis facere se posse duxit; eorum quæ nostra sunt, & quæ suo quidem is vsui per me sumere, non tamen vt possessionis causam sibi contra ciuilibus iuris regulas mutaret, potuit; vindicias aduersus vim hominis festucariam secundum nos daturi sint: eaque præstituri sedulo quæ ab ipsis extrema Semestrium primi præfatione contendimus, atque adhuc (quod sine damno verè in Christum pietatis & Orthodoxæ sinceræque fidei licet) exposcimus. Caterum quoquò res abeat; hisce nostris quamlibet iustis expostulationibus finem semel imponimus: omnibusque postea similibus de rebus conquerendi occasionem vt quantum potest sublatam cupimus, ita (quod Deus annuat) extinctum prorsus iri, pollicemur nobis, atque confidimus.

SVM

Corona, quæ totius operis etiam Coronis.

*Sermo criticus penè totus, nisi quod in imo est nomicus.*

De coronis mensarum, ad Vlpianum. Corona etymon. Eius nominis apud Græcos significatio varia. Corona pro sine, pro circulo, galea. Tentatum nouum corona etymon. Corona montium & urbium; pro fastigio, siue apice ac pinnis, turribusque: Isidori Pelusiotæ verbis aliter atque ab interprete acceperit, exposiuit. Coronare, cingere. Filij & uxor, corona patris & viri. Sacer circulus apud Homerum. Corona apud Latinos pro cætu. Terra ab Oceano coronari apud Dionysium, & insule dicuntur. Coronare apud Hebræos pro circumdare. Corona caelestis. Annorum circulus & corona in Leitura Iacobi, & Marci, & Psalmis Davidicis. Tempus rota simile. Coronandi verbo plenitudinem significari ex Athenæo, Isidoro Pelusiotæ, cuius interpretes notatus, & Dionysio Halicarnassæo, qui explicatur. Corona iudorum, item parietum. Siquæ in Græca versione cap. 22. Deuteron. ex Hieronymo & Philone. Corona apud Plinium. Columna corona apud Vitruuium. Corona tiara summi Iudæorum Pontificis. Corona arca cap. 25. Exodi. Terram mensa comparatam, duobus veterum locis; vtriusque coronam rectè dici. Quid sit corona mensa. Orbes mensarum & tripodes Deorum rotundi. Coronatum, quod ornatum. Circulus orbium apud Martialem de corona mensarum, quem Græci λυκων ὑγιώσιω dixerint. Τριπέδες, Τράπεζα. De corona mensa loci veterum duo. Mensa Iustiniani. Craterum corona apud Aristæum & Iosephum, cuius verborum tenata castigatio. Corona mensa panum propositionis, altaris thymiamatis, & altaris holocaustorum è plurimis sacrorum Bibliorum locis. Corona lib. 1. cap. 1. Machab. Mensa laminis pretiosissimis operata. Pretiosa vilioribus interdum cedere. Gemmata mensa apud Sidonium. Exemplum corona legato mensarum an cederet. Mensa etymon probabile. Gratia Deo debita aguntur.

CAPVT XXV.



**H**N coronis mensarum gemmas coronis cedere, vt has mensis; quodam Pandectarū loco, ab Vlpiano traditum. Quænam istæ coronæ sint, annus agitur vicefimus, & quod excurrit; ex quo cum animum ad scribendum appulisset, expectaui tamen si quis ostenderet. Duo summi viri, & scriptores in suo quisque genere clarissimi, non ita pridem hunc nodum exsoluere tentarunt: Iurisconsultus vnus, idemque celebri purpura inter honoratos Parisiensis curiæ seuiros, ac merito quidem suo conspicuus; alter Criticus subtilis, & diligens nec Philologus modò, sed Philosophus etiam egregius, atque cum vetustis proceribus illis comparandus. Ille has esse coronas tradidit, quas conuiujs adhiberi solitas, ex antiquorum testimonijs tritum est: eas (opinor) intelligens, de quibus vario ac multiplici florum & foliorum genere compositis Plinius quidem, atque Agellius affarim locuti: prolixè autem, & anxie ad nauseam vsque, Athenæus e libro Deipnosophistarum vltimo differuit. Porro alter iste aliquantò commodiùs, & ad veritatem propiùs (vt videtur) adhibitis Taciti, Capitolini, & Iustini locis,

CORO

a l. cum, 20. alijs est l. & si non sunt; s. perueniamus, D. de auro & argent. lega.  
b Bar. Brif. append. lex. in coronæ.  
c Lib. 21. cap. 2. & 3. vide & Clement. Alexand. in lib. 2. Padag. cap. 8.  
d Lib. 5. cap. 6.  
e Cuius Græca verba suppleuit Guiliel. Cæterus lib. 3. Nouarum lectio cap. 31. De vario coronarū vsu apud veteres videbis Durand. Casel. cap. 19. lib. 1. Var. & Mercurialem c. 9. lib. 3. Var. Cæl. Rhodig. cap. 19. lib. 6. ant. lect. & cap. 13. lib. 8. & lib. 27. cap. 26.

a In comment. ad 2. Annal. Taciti, vide Capitolinū in Verō.

b 321.

c Etiam Franc. Hieronimi, Praet. & Schardij.

d Plurima de coronis & earum speciebus alia, sed hac de re nihil omnino. I. c. Durant. Cassellius cap. 19. lib. 1. Variar. & Coelius Rhodig. cap. 19. lib. 6. lectio. antiq.

e Ad d. 6. perueniamus, vers. sed & in coronis.

f Lib. 2. cap. 8. de materia mēsar.

g In Pandectis Florent. est l. 19. cum aurum, cuius legis auctor Vlpianus.

h In fol. 14. edition. Roma. vbi scriptum sic fere: Ha mensis corona argenti, aurea, interdum & gemmis distincte addebantur. Scapula in l. qui uxori (hæc est l. 18. pro qua debuit legem 19. cum aurum, citare) D. de auro & arg. legato cum dixisset, perueniamus, &c. subiungit, sed & in corona mensarum, &c.

coronas ex auro floribusve ac lemniscis aureis interpositis, non tantum apud Nabatæos aliisque Orientales populos, sed etiam Romæ usum in conuiujs aliquem habuisse vbi comprobauit, a prolato dein Vlpiani nostri testimonio, de iis locutum Iurisconsultum coronis, quæ capiti collōve, aut pectori coniuuarum mensis accumbentium necerentur; existimare se, prorsus manifestum fecit. Sed cum ad sacra mensæ (de quibus alibi commodius ex Seneca, Plutarcho, Iuuenale, Valerio, Marcellino, Synesio, & alijs dicturi sumus) deorum imagines pertinerent, quibus & libationes fieri, & aptari coronas consueuisse constat: probabilius (vt sentio) vir ille de his potius locutum Iurisconsultū potuerat suspicari; si horum ex quadam Quintiliani declamatione b verborum non immemor fuisset; venenum inter lares suos, inter sacra mensæ, coronatis pariter quos colebamus dijs immortalibus, venenum aliquis alij dedit. Vtvt sit, ceterorum quidem, non modò Lexicographorum, c aut veterum iuris interpretum, sed & eorum qui varia de iure, alijsque interim iuris Politianum, Budæum, atque Alciatum signiferos sequuti, quotidie in lucem edunt; d mirum hac de re tota silentium: credo, quòd eam cum illis quos antè nominaui pro explorata, & certa ipsi habuerint: de qua equidem, cum alia omnia iam dudum (vt dixi) sentiam; visum est aliquando tandem, ad communem humaniorum Iurisconsultorum (quibus istæ literarum deliciae cordi sunt) vtilitatem, aut certè iucunditatem hoc loco depromere. Nec tamen nescio, verè quidem à bono, & vetusto scholiaste Accursio, ad Vlpianum iam olim esse adnotatum; e quasdam fuisse coronas, gemmis inclusis plenas, quæ mensis earum adornandarum gratia superponerentur: sed quo mensarum loco, aut quem ad usum, quæve ratione superponerentur; id minimè ab illo explicatum est: ne ab ipso quidem antiquitatum conuiuialium exhibitore lautissimo Guiljelmo Stukio, qui cetera quidem omnia prolixè nimis ac profusè; istud parè, leuiterque ac frigidè, velut aliud agens, f in hæc ferè verba protulit: *Ha mensæ ornabuntur coronis aureis, vel argenteis, gemmis distinctis: quarum coronarum meminit Pomponius (Vlpianum voluit dicere) in l. si non vt clam, § 5. perueniamus, isto titulo.* Sed neque à Petro Ciacconio Toletano; cuius liber de Triclinio Romano cum Fuluij Vrsini appendice sub annum M. D. LXXXIX. Romæ impressus nunc nuper sub manum venit percommodè; cum de mittendo ad Typographum hoc nostro constituerem: etenim iste h qui post præfatum Stukium scripsit, nihil profectò adiicit, quod maioris alicuius momenti ad coronarum in mensis explicationem esse videatur: sed illi priori (nam posteriores hosce duos nihil moror) deficit; operam dabo, vt suppleam: nec tanquam in insidijs succenturiatus adeo, sed aperro Marte, magnaque, ac valida classicoꝝ auctorum (iustorum nempe militum) manu aduocata, errores alienos ita expungnabo; vt dum interpretem inter nostros laudatissimum, quem illi neglectui habuerat, optimi *παρὰ τὸν* more, ac fide subleuo: Vlpianū interim

interim ipsum, tanquam aliquem ducem, & protegam; & suis ornamentum coronis, atque illustratum reddam, quod potero, atque hoc quidem (vt spero) cum bona doctissimi Iurisconsulti præceptoris quondam mei Iacobi Cuiacij veniā: qui cum vnus Observationum libri a duo prægrandia capita, ex alle, ad eius Pandectarum tituli de auro & argento legato explicationem insumpserit; hoc nobis tamè (quod ipse olim indicatum sibi non ignorabat) adnotandum relinquare, quàm quod alij faciunt non pauci, qui pauperes pecus numerant, præcipere maluerit.

Igitur imprimis (vt ad rem aggrediar) ita statuo, coronæ nomen à sermone Græco non originem modò habuisse; vt leuiter ab eo sit deflexum, nempe ἀπὸ τῆς χειρέως quasi *χρωάνου*: quemadmodum apud Athenarum b Appion in libro de lingua Romana scribit; quoniam in Theatris ea saltatores (qui *χρωάνται* dicti) vterentur, imposta capiti, & illam vt mererentur enixè contenderent: quamuis & choroni verbum ea significatione Simonides, illis versibus, qui ab Athenæo citantur, acceperit: sed prorsus coronæ vocabulum à Græco Latinos esse mutuatos. Apud Græcos autem eo vocabulo, quo propriè cornices, aut corui ex auium genere demonstrantur: illa insuper significari *τροπικῶς*, quæ in fumino siue picatarum nauium, siue portarum & arcuum, ita inflexa sunt; vt ad ornatum quoque, ac implementum operis, vel instrumenti adhibita intelligatur. Vnde pro uerbo Græco, auream coronam, hoc est, bonum ac fœlicem rebus finem, orationi clausulam, siue conclusionem imponere dicimus; teste apud Homerum c Eustathio: αἱ ἡ τοιαῦται κορώναι (ait) καὶ τὴν κορώνην παρήγαγον εἰς τὸ ζῆτιθ? ἢ νεύρα, ἀνευρῶσαν τὸ τῶς, ὅθεν καὶ τὸ ἀγαθὸν τέλει τῆς πράξεως χρυσίῳ κορώνην ἢ παρομίαια καλεῖ. ὡς ὅτε τις εἴπῃ χρυσταῖα ἐπιπέθειαι κορώνηα ταῖς πράξεσιν, ἢ τοῖς λόγοις, ἢ τοῖς συμπεράσμασι καὶ τέλει: ἀπὸ τῆς τοιαύτης τῆς κορώνης τὴν μεταφορὰν λαβῆσαι, ἢ τυχὸν ἀπὸ τῆς κορώνης κορώνη, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς θύρας συγκληθεὶς κορώνης. Atque illius quidem prouerbij Græci originem, ab hoc Homeri de arcu loquentis carmine, d

*ὡς δ' εὖ λεύκας χρυσέῳ ἐπέθειε κορώνην,*  
deductam existimauit Eustathius: ἢ ἡ δαιμονική χρυσὴ (ait ipse) κορώνη, καὶ εἰς παρομίαια ἐπέσει. καὶ ὁ ἀγαθὸν τέλει τοῖς φθάσαισι ἐπιθείς, χρυσέῳ ἐπιθεῖναι τῶς παντὶ κορώνην λέγει, &c. Praterèa quidquid verticem occupat, ambitque, ac circumdat rem quampiam; & sese ita exerit, vt interim eam operiat, vel comprehendat: id Græcè *σφραῖνη*, siue *σφραῖνη*, e Latine *corona*, dicitur. Ergo casidem siue galeam, *σφραῖνῳ* ἐὺχαλκῳ ab Homero f appellatam scimus: quem *το κράνη* εἰκάσαι *ως σφραῖνη*, atque adeò τῆς σφραῖνης, κορώνην ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, coronam à capite vocatam; quasi ἀπὸ κεφαλῆς (vt reor) vel quasi galeam; festiuè magis, ac iocose; & quàm ad rei veritatem commodè, scriptum apud Plutarchum g in Sympliciastic legitur: cum ab ipso potius cranio (in quo & illud ex ostium numero, quod coronale dicitur; τὸ γὰρ μεταξὺ τῆς ἰνῆς καὶ τῆς βυβύλας, inquit Pollux, h *σφραῖνῳ* καλεῖται) equidem deriuatum malim: quamuis ne hoc quidem homini qui caput non sine

a Cap. 17. & 19. lib. 10. Obseru. b Lib. 15. Deipnosoph. c ἢ τῆς Α. ἢ τῆς Β. ἢ τῆς Γ. ἢ τῆς Δ. ἢ τῆς Ε. ἢ τῆς Σ. fol. 73. ad illud, -- οὐκ ἔστι τὸ ἴδιον ἀπὸ τοῦ κεραυνίου. Vide & ad 4. Illia. & ad illud, -- τὸ κεραυνίου ἢ τῆς κεραυνίου. Ex lib. 1. Odyss. ad extremum in pag. 1429 κορώνη τῆς σφραῖνης τὸ ἀκρον καὶ θύρας ἐπίστασι. σφραῖνη καὶ ὁ κόραξ καὶ ἡ ἀθήνη καὶ ὁ κάραξ, καὶ σφραῖνη εἶδος, καὶ γένος ἐκ κεφαλῆς, καὶ σφραῖνη ὁ ἀπὸ κεφαλῆς μὲν ὄντων καὶ κεραυνίου γένος. Videto & ad illud Homeri ex lib. 9. Odyss. Ἄσπερ δὲ ἄνθρωπος βέλους κροτῶν κορώνη κληῖε κορώνη. fol. 1904. & Coelius Rhod lib. 15. lectio. antiq. c. 70. sic τὴν κορώνην τῆς ἀγαθῆς, καὶ ὡς ἀπὸ λαμπρότητος τῆς ἀρετῆς παρὰ ἑξῆς. d Ex lib. 4. Illia. vbi videto Eustathium. e Vide Eustath. in Home. Illia. 2. fol. 1138. & 1155. ad illud, ὅτι δὲ περὶ τῆς κεφαλῆς τῆς σφραῖνης ἐσφραῖνηται, ἢ γὰρ ἡ κεφαλὴ σφραῖνηται (ait) καὶ σφραῖνη σφραῖνηται ὡς ἀπὸ τῆς σφραῖνης: cui similes locos ex Hesiod. Theognide atque Oppiani Cyniget. videas apud Steph. in Thesau. f Sub initio Illia. H. vbi, Ἄσπερ δὲ σφραῖνηται κεφαλῆς. g Lib. 8. Sympo. Problem. 6. h Iul. Pollux li. 2. Quomast. col. 89. καὶ κεφαλῆς. vide Claud. Galen. libellum de ossibus ad tyrocos, cap. 1.



hoc versu *πρὸς νῆα* : ἢ *πρὸς ὄντι* & ἀπέειπε ἐξερπύρο. quem *Ἰϋ* *παρωδίας* Dionysius, de terra tanquam insula loquutus, suum fecit; à me superius allatum. Atque ita etiam vndique dispersam belli coronam Homerum dixisse, ipse Athenæus, allato itidem isto hermistichio existimat : Πάντη δὲ σέφανος πολέμοιο δέδη. Postremò apud Hebræos cum *קטורה* *aatara*, corona sit; & *קטורה* iter coronare: hoc verbum eleganter vsurpatur apud ipsos, pro cingere, circundare. Ergo in Davidis Psalmo 5. <sup>a</sup> Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos; vbi Septuaginta, *ὡς ὄπλων ἐδούκας ἐξερπύρωτας ἡμᾶς*: & lib. 1. <sup>b</sup> Regum, *Itaque Saul & viri eius* (inquit) *קטורה* *litrim*, id est, *in modum coronæ cingebant* (sic enim exposuit beatus Hieronymus, quod apud Septuaginta est *παρεπλάγιασεν*) *David & viros eius, vt caperent eos*. Præterea & à Latinis splēdores illi cælestes, quos aër lumine rotundo percussus exhibet, varij scilicet coloris circulos; coronæ nomen, vt aræ, à Græcis acceperunt. Hoc quidem, quia ferè, terendis frugibus, loca destinata sunt rotunda. Illud quoque, quoniam etsi huiusmodi coronæ plurimum à syderibus absunt, in vicinia tamen eorum fieri, cingereque ipsa, & coronare videantur: id quod à Seneca traditum recorder. <sup>c</sup> Similiter Lucretius collum pluma coronare, vt in citato antea loco Virgilius, aditum omnem coronare dixit, pro cingere. Apud Ouidium <sup>d</sup> quoque, à sylua coronari aquas, hoc est, circundari, scriptum legimus. Sic voluentium in seque redeuntium annorum, atque (vt Homerus loquitur) *τῶν περιπλομένων ἡμετέρων*, & Hebraicè, *תשבת השנה* *teschubath haschana*, ipso initio cap. 20. lib. 1. Paralipom. <sup>e</sup> id est, circulum vel κύκλον in Sybillinis oraculis: <sup>f</sup> ibi,

<sup>a</sup> Verbis mea auribus, versu vltimo sic & in Psal. 102. *Benedic anima*, vers. 5. *Qui coronat te in misericordia & misericordibus*: qui rapit in bono desiderium tuum  
<sup>b</sup> Cap. 23. ad finem.

<sup>c</sup> Lib. 1. natura, quart. cap. 2. & 10. & lib. 7. c. 12.  
<sup>d</sup> Lib. 5. *Meta morph. fab. 6.*  
<sup>e</sup> Vide & lib. 1. Samuel. cap. 1. vers. 20. & cap. 3. & lib. 2. Samuel. cap. 11. in princ.  
<sup>f</sup> Citatis à Phlegonte Tralliano in lib. *περὶ συνήθειαν*.

<sup>g</sup> Psal. 64. *Te decet hymnus*, vers. 13.

<sup>h</sup> Sub initium lib. 5. *Æneidos*.  
<sup>i</sup> *Genebr.*

<sup>k</sup> Epist. 158.

— ἐπέων ἑκατόν δέκα κύκλον ὀδύσας.

Et verò *σέφανος*, id est, coronam, non ineleganter vocari, constat ex orationibus BB. Jacobi, & Marci Liturgicis: in quibus hæc videre est; *μνήσθητι κύριε ἀκροατίας ἄερων, ὀμβρῶν ἔριων κῶν, λεγῶν ἀγαθῶν, καρπῶν ἀφορίας ἢ ἢ σέφανος ἢ ἡμετέρας τῆς χρηστότητός σου*, &c. Item *ἀλλόγησον ἢ νῦν ἡμετέρας τῆς σέφανος ἢ ἡμετέρας τῆς χρηστότητός σου*, διὰ τῆς πλοχῆς ἢ λαῶς σου, &c. quibus verbis è Psalmo Davidico <sup>g</sup> haud dubiè desumptis (cùm Hebræum authenticum habeat *קטורה* *Sitarta*, ab illo *קטורה* *iter*, de quo antè admonui) equeidem eum qui

*Annuus exactis completur mensibus orbis,*

(quemadmodum cecinit Maro <sup>h</sup>) circulum anni designatum potius arbitror: & metonymicas aliorum <sup>i</sup> interpretationes refugio. Meam verò sententiam cùm B. Isidorus Pelusiota D. Chrysofolmi discipulus, suo testimonio confirmet: non dubito, quin plerique omnes approbaturi sint. Ille quidem ad Martinianum & alios; <sup>k</sup> vbi ἢ χρόνον esse dixit *τροχῶδες*, vtpote *ἐς ἑαυτὸν ἀνακυκλούμενον*, tempus rotæ speciem imitari, quod in se torqueatur, & conuoluatur: præclare, atque ad id quod diximus demonstrandum, aptè adiicit; *ὅτι ἢ τροχὸν ἢ χρόνον ἐκάλεσε, διὰ τὸ τροχῶδες ἢ κυκλικὸν σχῆμα εἰς ἑαυτὸν ἢ ἀνελίττει, ἐν ἑαυτῷ ἢ μελωδῶς, σέφανος αὐτὸν καλέσας, ἢ εἰπὼν πρὸς τὸ θεῶν, ἀλλογήσεις τῆς σέφανος ἢ ἡμετέρας τῆς χρηστότητός σου. καὶ ταῦτα γὰρ ἀπὸ τῆς κυκλικῆς σχήματός, σέφανος*

*σέφανος* ἀκότως ὁ χρόνος ὀνομάσται. Hac eadem Hieronymo ipsi placuit ad eum Davidis locum interpretatio. *Circulum* (ait) *& semper in se currentia anni tempora, coronam vocavit*. Idem alibi <sup>a</sup> Ezechielis Prophetiam explicans de figura Cherubim, & quatuor animalium; ea significari ait, quod & Philosophi suspicantur, currere mundum suo ordine, & incessabiliter velut rotam in suo axe torqueri: vnde & rota in rota; id est, tempus in tempore, & annus in semetipsum reuoluitur; vt satis mirari nequeam, quid illos mouerit, vt hoc potissimum Davidis loco, ab ipsius castris deficerent. *Κύκλος* quidem *παρεπλότος* vocabulo, indictionem annis quindecim constantem à Iustiniano <sup>c</sup> designatam compertum habeo. <sup>d</sup> Præterea vt circulum, ita & coronam, hoc est, ambitum coacti ad spectandum vel audiendum populi, apud auctores passim reperias. Lamprydus, <sup>e</sup> *Milites primum inter sese, deinde per coronas iecere sermones, in Alexandrum omnes inclinantes, &c.* Causam dicere maximà coronā, eā significatione vsurpauit Cicero lib. 1. Tusc. quaestionum, pro, *Maximā hominum frequentia*: & in Miloniana ad iudices, sub initium; vbi, *Non enim corona confessus vester cinctus est, vt solebat, non vsitata frequentia stipatum sumus*, &c. & alibi <sup>f</sup> non semel. Coronandi denique verbo significari plenitudinem apud Homerum, Athenæus lib. 15. Deipnosophistarum admonet. Quo sensu & *Vina coronari*, *μεταμικτός*, pro, vino pocula coronari; ab Homero Latino dictum, Grammatici <sup>g</sup> notarunt: cùm tamen imitatus Græcum, primo potius, quàm quarto casu scripsisse τὸ *Vina* videatur, mihi quidem; vt non *Vina* coronentur, sed ab ipsis pocula vinis: quæ pocula infuso scilicet vino ad summa vsque labra impleantur, ita vt illud ipsa exuperet, coronæque in modum supersteret: quod Athenæus ipse alio loco <sup>h</sup> verba Poëtarū principis ita interpretatus vti dixi; boni omnis causa fieri solitum scribit: vbi *ἐπιτρέφονται ἢ ποσοῖο οἱ κρατῆρες, ἢ τοῖς ὑπερχαλεῖς οἱ κρατῆρες ποιεῖται: ὡςτε διὰ τῆς ποτῆς ἐπιτρέφονται, καὶ ταῦτα ἐπράσσει πρὸς οἶνον τριβέμενοι*. Quorum exemplum secutus Isidorus Pelusiota quodam loco, <sup>i</sup> ad Timotheum lectorem scribens; *κρατῆρα λόγων*, interpretatus est, *ωιδίας ἢ φιλοσοφίας περιπλομένων ἢ δέοις χαλίσμασιν ἐπεμμένων*: vbi cùm eruditissimus Prunæus Billius doctrina & Philosophia refertum diuinisque gratis redimitum, id quod antè ostensum est non satis intelligens, verterit: ipse pro, *Redimitum*, omninò scriptum oportuisse *Coronatum*, assero. Coronatum quod Dionysius Halicarnassæus vndique fuisse vallum duobus locis <sup>k</sup> ait; vno à Romanis altero ab Hetruscis: vel confertum ac repletum accipe, vt supra; vel (quod magis puto) ambitum quadamque velut corona militum introrsus septum: sicuti cùm acceptis armis in conseruatione quadam ac tumultu Romanorum in vrbe ob nuntium de clade copiarum probrosa, non aliter quàm si mox irruiturus hostis foret, ab aliis mœnia circum coronata, hoc est, incincta vndique à ciuibus, alios pro portis velut in statione positos; idem Dionysius lib. 9. in hæc verba scribit: *καὶ ὡς αὐτῶν διὰ μάλα τῆς πολεμίου ἐπὶ σφῆς ἐλοσομῶν ἀρπάσσει τὰ ὄπλα, οἱ μὲν τὰ τεύχη περιεσφάνον, οἱ ἢ πρὸ τῆς πόλεως ἐτάξαντο, οἱ ἢ τὰ μετώρα τῆς πόλεως*

<sup>a</sup> Ad Fabid. epist. 128. fol. 3. colum. 96.  
<sup>b</sup> Cap. 1.

<sup>c</sup> Nouell. 141. & Nouell. de Alex. d. Notat Cuiac. extremo cap. 6. lib. 6. Obferuat. e Antonino He-liogabalo.

<sup>f</sup> In Bruto.

<sup>g</sup> Videto Seruili ad illud è 1. *Æn.* ad finem, *Et vina coronat*. Nam crateres, & pocula coronabantur, atque in orbem, siue rotunditate implebantur. Vnde Synesius in homilia, fol. 89. libri à Stephano excusi, *ἐφόρον τῆς πόλεως κρατῆρας ἢ ποτῆς κρατῆρας*. Sic etiam idem Virgilius lib. 3. *Æneid.*

*— magnam cratera corona induit.*

<sup>h</sup> Lib. 1. Deipn. fol. 9.

<sup>i</sup> Epist. 3. lib. 2. fol. 172.

<sup>k</sup> Antiq. Roma. lib. 8. fol. 533. vbi *τῶν ὄπλων ἀνέλασεν ἢ τῆς πόλεως* *περὶ σφῆρας αὐτῶν* *μῆτις ἐφοδοῖ αὐτοῖς γένοιτο νύκτωρ*, &c. & lib. 9. fol. 569. *καὶ οἱ πύργωσι μεθόντες αὐτῶν ὄπληται* *περὶ σφῆρας αὐτῶν* *τὸν χόρην*. vide & fol. 582.





a Videbis Eustathii in 4. Odyf. Home. fol. 1398. ad illud

... τεραπέζης Νίξον καὶ ἀροπί- 6 εντο...

& ad H. & A. Iliad. folio 664. & 867. post Iul.

Pollucem Onomast. lib. 10. cap. 19. col. 507. cap.

23. col. 530. & sc. De obligis mē-

sis, vide ipsum Eustathium ad

illud Homericū - επιπέεσ τερα- 7 πέζης ex Odyf.

K. vbi de Circes conuuiuo

Vlyssi parato, folio 1061.

Εμφανει(αι) εν 5 εργύλας αυτες 6 αλλα προμακει 7 εδ η καὶ άλλως 8 τρεσπιμανας η 9 εν τετραμενας:

quamuis nō satis certo argumēto id ex Ho-

mer. quidē verbis (quæ μετε 10 φορεως accipi 11 queunt) colligi-

tur. De vinaria quidē quadrata

oblonga mensa; cum altera ef-

fet escaria quæ cibilia, vel po-

tius cilliba & tertium mensa

vasorum item quadrata gen<sup>o</sup>,

quod vinarium vocabāt, haberi

solum in culina. Varro lib. 4. de lingua Latin.

pag. 34. b vide Philan-

drum apud Vitruuium in cap. 5. lib. 6. vbi duas

orbium tripodū figuris expres-

sit. c Lib. 2. folio 37. in Lat. & ita

τετραπους accipe apud Xiphiliū in Nerone, vbi

de Seneca luxu & sumptibus. d In Odyf. lib.

A. fol. 1398. lin. 8. & 19. e Tom. 2. Biblioth. sanct. fol. 7. f Licet iudices ex eius in epist. Cicer. adnotat. & ex Lambinia. ad Horat. & Plaurum. g Folio 19. h Cap. 2. fol. 351. vide eundem aut alterum Iosephum Gorionis filium de mensa Hierosolymam missa arte, pulchritudine ac pretio in lib. 3. histo. Iudaic. cap. 2. ex interpretatione Munsteri qui vertit ex Hebrao. i Lib. 5. Deipnosoph. fol. 61. Aldini exemplar.

quasi τεραπέζης à quatuor pedibus dictas Grammatici a cum doceant; Romanis etiam in vsu, non minus quam orbis, fuisse credimus b) coronas producta verbi significatio vocatas existimamus: quo modo τετραπους vocabulū, ad eas quoque metas manasse, quæ pluribus quàm tribus pedibus fulcirentur; ex Athenæo, c atque Eustathio d didicimus. Aristæus ad Philocratem, in ea quam de septuaginta interpretibus contexit historia; e quæ à Ptolomæo missa dono fuerint ad Eleazarum Pontificem enarrans; Huic mensæ (inquit) in circuitu inerat corona palmi vnims. Sed quid cesso verba ipsius Aristæi Græca depromere; quæ ab eruditissimi & acutissimo ingenio viri f Simeonis Bosij Lemoidirensis Propratoris libra, in Germania (nisi fallor) excuso quondam decerpsi: cum ille siue officij, siue litterarum ergo, antequam inter homines esse desiisset, ad nos in comitatu principis militantes viseret: quam inter nos suauissimam olim consuetudinem, nec ipsi porro inutilem fuisse, volens memini. Ea sic habent, ε φεράνω δ' ἐποίησαμ παλαιστίαμ κήκλον: & pauld post, κερμάς η̄ κ' τ' φεράνω τὸ μὲν εἰς τῶν αὐτῶν τραπέζων ἀπόκλιμα τῶν διατύπων ἔχον τ' ὀρειότητῃ: & statim, καὶ παλαιῶν η̄ κ' τ' τῶν φεράνω κήκλον, τὰ πρὸς τῶν ἀνω πρῶτον ἀθεσία κατεσκευαστο διάκλιθ. Quibus omnino respondent, quæ hanc ipsam, de mensa triangulari ceterisque donis ad Eleazarum Pontificem missis, enarrans historiam Iosephus, libro Iudaicarum antiquitatum duodecimo h retulit: τῶν μὲν δ' ἑμφάνω παλαιστίαμ ἐργάσαντο: & postea, τ' η̄ φεράνω τὸ μὲν ἔσπο τῶν τραπέζων ἢ κήκλον μὲν, ὁραίων ἔχον τῶν διατύπων: & statim, τὰ δ' ὅκ παλαιῶν τ' φεράνω, ἢ ἔσπο δ' ἢ ἀνατέννηα, ὡς ἐν λίθῃ καλλιῆσ τοποιμελῶν θέσαι κατὰ κεισόμει, ῥαβδῶς τῶν ἀναγλυφῶν ἐσκότων τικυαίς. αἱ περὶ τ' κήκλον τ' τραπέζης ἔλλωλο, ἔσπο η̄ τῶν ὡς διατύπων φεράνων περικύραον οἱ τεχνίται, ποιοῖς καρπὸς φῶσιν ἡντέροισμῶν, &c. quæ sequuntur: in quibus crebro coronarum in mensa illa, quam ad Hierosolymitanæ Deo dicatæ modum & quantitatem, sed operosius compingendam Rex Ptolomæus curauerat, mentio. Eam Ptolemaicam mensam, si non materia, & manupretio superatam; at certè ad æquarum ab illa sacra mensa Iustiniani principis iussu compacta opere inimitabili: possis ex historia Cedreni colligere. Auro enim, argento, atque omnis generis lapidibus, gemmisque; lignis etiam exquisitissimis, ac metallis: omnibus denique quas terra, vel mare fert, pretiosissimis rebus exornatam, perpolitam; in dō (si credere dignum est) constatam narrat: hoc ferè addito, ἐν πάντων σωάξας τὰ μὲν κρέττονα, ἢ τιμωτέρω, καὶ πλείονα; τὰ ἡ ἐλάττω, ἢ δειέττω: τὰ τικία τήξας, τὰ ξυρὰ ἐπέβαλε, καὶ ἔτω εἰς τυπὸν ἐπιχέας ἀνεπλήρωσεν αὐτῶν. ὅθεν ἢ ποικίλη φαινόμενῃ, δάμειθ' ἔσπο ἔχῃ τοῖς εἰς αὐτῶν ἀποκλίσημ: ἐπιγράφας γύρωθεν ταῦτα, τὰ σὰ ἐν τ' ὡς σοῖ πρῶτοφέρωμν οἱ δίδωσι σὸ χρεῖσῃ Ἰσσηνιαῖος, ἢ θεοδῶρα, &c. quæ sequuntur. Ad coronas vt redeam; non mensarum modò, sed & ararum & craterum dictas coronas cum ex Athenæo; i vbi Ptolemæi Philadelphi

pompam illam eximiam graphicè proponit: ἐπόμπῃσιν ἢ ἢ θυματή- 2 εια χρυσῶ τελακόσια, ἢ ποικίλῃσιν: καὶ βαμοὶ ἢ ἐπὶ χρυσοῖς ἐσφραγισμένοι χρυσοῖς φεράνωσιν: tum verò ex istis eiusdem Aristæi verbis a addiscimus: ἢ τῆ ὀκλίσησιν τ' κρατήρων. ἐπὶ ἢ τ' φεράνωσιν τ' ὀρειότητῃ κήκλον. τῆ ποικίλῃσιν αὐτῶν ἀνθεμῶν, ἢ βοτάνων σχοινῶν διάπλοκοῖς διετυπῶντο κήκλον. Qua de re agens Iosephus, περὶ ἐσφραγῆτο ἢ τὰ χέλιμ τ' κρατήρων (ait) κήκλων σμυλαξί, ἢ ἀνθεμῶν, ἢ βοτάνων σχοινῶν εἰς κήκλον περικυμῶναι. Vbi et si non nego quin περὶ ἐσφραγῆτο ferri possit: elegantius tamen, & ad Aristæi verba περὶ φεράνω, quæ antè retuli, propius, περὶ ἐσφραγῆτο si reponat quispiam, pro ἐσφραγῆτο: me laudatorem, atque aded adpromissorem habiturus est: præsertim cum vt cetera inuicem ira ἔσπο φέρωσι τὰ χέλιμ respòdeant; & verò, cum de cratere quodam in illa percelebri Ptolemæi Philadelphi Regis pompa elato, ita loquatur Athenæus b ipse; vt auro & gemmis in medio coronatum dicat: ἔσπο ἢ ἢ ἔσπο τὰ χέλιμ ἢ τὰ ὡτα ἢ ἔσπο τῶν βασίμ ἢ ἢ τετροισμῶν: καὶ διὰ μέσσω ἐσφραγῆτο χρυσῶ διακλίθω: & de sculpta calatu corona similiter Moschus siue Theocritus, c Ἄμφι ἢ δινῆσιν ἔσπο φεράνω ταλάροισι ἔρμῆσιν ἡσκητο. Cæterum de coronis mensarum non possit (iudicio quidem meo) illustrius aut aptius, Vlpiani nostri sententiæ aperiendæ, proferri testimonium; quàm, quod ex ipso Mosis authentico elicitur; de mensa panum qui propositionis appellabantur: Facies ἔσπο mensam de lignis Sethim (ait, d &c.) ἔσπο inaurabis eam auro purissimo, facièsque illi labium aureum, per circuitum, ἔσπο ipsi labio coronam intyrasilem altam quatuor digitis: ἔσπο super illam alteram coronam aureolam, &c. Et statim, Subter coronam erunt circuli aurei: vbi Græca versio, ἢ ποικίλῃσιν αὐτῆ φεράνω παλαιστῆ κήκλων, καὶ ποικίλῃσιν φερῆσιν κήκλων τῆ φεράνω: & postea, ἔσπο τῆ φερῆσιν φεράνω ἔσπο) οἱ διακλίθω εἰς θήκας τοῖς ἀναφορῆσιν. Quo loco placet ista Lyranæ adnotatio, ad illud de labij corona: Quia altitudo (inquit) quatuor digitorum inferiorum, vocatur corona; quæ erat in circuitu, licet non esset in figura rotunda, sed quadrata. Porro sua itidem corona fuit altari thymiamatis: quippe cuius tabula superior plana cum esset, limbum in modum coronæ habuit. Vnde apud Mosem, e Facièsque ei coronam aureolam, per gyrum (inquit) ἔσπο duos annulos aureos sub corona per singula latera; vt mittantur in eos vestes, ἔσπο altare portetur: vbi quod Lyranæ coronam labium interpretatur, id est, labium in circuitu (inquit) aliquantum supereminens tecto altaris, sicut supra dictum est de arca testamenti, & mensa propositionis; sic accipe, vt præter coronam, labium quoque consimiliter, vt in arca, & mensa; extitisse in altari sentiat: nec enim ignorauit, quin labium ἡρση sershat Hebraicè, Græcè χέλιμ, alibi f diceretur; vbi de mari aneo.

FFF 2

a Fol. 23. Græci exemplaris, Latini autem quod extat in sacra Biblioth. tom. 2. fol. 8. De mensis ipsis apud Romanos è lignis etiam pretiosissimis Senec. lib. 7. de Benefic. c. 9. video istic mētas & affinatū lignum Senecoris censu, eo pretiosius quo aliud in plures nodos arboris infestitas torfir. Videto & Piniū lib. 13. cap. 15. & Tertullianū in de Pallio. Xiphilini quoque etiam ex Dione in Nerone, fol. 152. vbi ait Senecam qui aliis luxuriā & sumptū enormitatem ac profusionē exprorbraret, ipsum habuisse quingentos è cedrino ligno tripodas elephantinis, siue eburneis pedibus sustentatos ad quos vesce- 2 retur. ἢ τῆσ ποικίλῃσιν ἔσπο ἀλλων ἀποκλίθωσιν ποικίλῃσιν τῆσ ποικίλῃσιν ἔσπο. De mensis varietate macularum cōspicuis, siue crebris nensis dī stincta sint, agit Seneca lib. 3. de Ira, ca. 35. & initio libri de Trāquillit. animi. Allos locos videtis apud Fulg. Vitiūm appē. ad Clacconium de tricin. Rom.

b Sub initium lib. 5. Deipnosophist. fol. 60. Aldini libri, sic & postea, φέρωνε κρατήρας λακωνικὸς πέστας ἔχοντας σφραγῆσ ἀμπελῆσιν: nam περὶ τῆσ χρυσῶσιν ibi agitur. c Europa Eidylio 19. d Exod. cap. 25. vbi pro corona Hebraus, sicuti cap. 25. vbi de mensa, contextus habet cum ἢ Zer (quod antè dixi) τῆσ τῆσ misseret: & pro labio ἢ Zer. Itémque in cap. 37. vbi eadem de re agitur. e Exod. cap. 30. sub initium, vbi Hebra: sicuti de mensa in cap. 25. סכר סכר ἢ Zer τῆσ τῆσ τῆσ. Græcè φερῆσιν φερῆσιν χρυσῶσιν ἔσπο, &c. similiter. Itémque ad finem cap. 37. vbi de ipso altari constructo. Videto & Flaviū Ioseph. lib. 3. ἀρχιλογίας Ἰεδοκίλῃσ, cap. 7. sub finem, vbi σφραγῆσ meminit. f 3. Reg. cap. 7.





a Lib. 2. Sympos. probiem. 6. ad finem.

b Cuius hæc verba sunt ex Lib. 4. pag. 34. de lingua Latina; Mensam escarvâ cibillam appellabant: erat quadrata, ut etiam nunc in castrijs est, à cibo cibilla dicta; postea rotunda facta: & quod à nobis media à Græcis μέση mensa dici potest: nisi etiam quod ponebant pleraque in cibo mensa. De mensis porro multa cum à Varrone tum ab aliis apud Fulvium Ursin. videas in appendice ad Petrum Ciacconium, de Triclinio Rom. fol. 141. & seq. vsque ad 148. & 149.

c Lib. 1. Æneid. Adde Plautum Amphitruo. act. 2. scena 2. Alc. Te dormire aiebas mensa ablata: s. cubitum sine abimus.

d In Homer. Odyss. Rapsod. E. fo. 1525. ad illud, ἀπέθικε τράπεζαν.

e Quam in laudem vetustorū non obtare ait Senec. lib. 7. de Benefic cap. 8.

f Hieron. epist. 25. ad Paulam in fine, Secula post futura sine amore, sine invidia iudicabunt.

g Mense Martio anni 1589. in agris meorū Gēfaci Sororij & Casteratij generi Leomanicis Aquitanorum ad Garumnam.

h Petr. 1. cap. 5. versic. 4. i Lib. 2. Padag. cap. 8. ο γδ βαλὸς τῆ ἀμειβῆθα σέθανος ὑποκείμεν τῆ βαλῶς ἀεπιτιτῆ μέν. τὸ ἀνθὸς τῆπο γῆ βασιζέταιν ἢ λεχώρην: μόνον δὲ αὐτὸ λαμποφορεῖν ἐπισταται ἕσθῆς.

lectos accubitorios, quemadmodum ex vetustis marmoribus apparet; inde dictas Plutarchum, a acutè magis immò ridiculè, quàm verè docuisse, tamen post Varronem b ad Græcum potiùs quàm Latinum; sicuti coronæ laborum, panis, atque comestatus nomen, relata etymii ratione: his verbis eius ostenditur. τὴς δὲ ἀν ἔποι ἐπὶ κῶμορ ἑλληνοκῶρ κομπατόρ λέγειται, &c. καὶ μέλισσα μὲν τῆν τράπεζαν τ' ἐν μέσῳ θέσθῶς. τῶν ἢ τ' ἄρτον, ὡς ἀνέντα τῆν πᾶντα, &c. quando ad mensæ vocabulum quod attinet, ab emetiendo potiùs ipsū malim deducere; tanquam iusta proportione lectis tricliniaribus aptatam, atque propositam veteres mensam dixerint: vel à mittendo, quod ibi missa sit; hoc est, ad tempus dimissa, vt deinde sumpta cæna tolli possit, atque remoueri: iuxta illud Virgilij, c


Postquam exempta fames epulis, mensæque remota.

Quod ab ipso etiam Eustathio, d apud Homerum; ex veterum traditione animaduersum reperi: sic ferè, ἕτερον ἢ ὅτι ἀκολούθως Ὀμίρω ἀπὸντι τὸ ἀπέθικε τράπεζαν, ἔλεγον ἢ οἱ μετ' αὐτὸν ἀπαράδειχον τράπεζας ἐν καταρχῆ δαιτός. τὸ μάλιστα ἀρεῖν αὐτῆς, βασιζέταιν ἔρασκον. ἐθασιζέσθῃ δὲ φασι τραπεζαί δαιτήσης κρᾶσεως ἀγαθῆ δάμνον: & cætera quæ sequuntur de Dionysio Tyranno ex Athenæo Deipnosophista; quæ huc quoque pertinent: quanquam primitiuum esse, nec ab alio deriuatum id nominis, adhuc equidem censeo. Atque ab ista potissimū, de mensarum coronis, minimè vulgari disputatione; huic Semestrium tertio imponendam coronam credidi: futurum esse ominatus, vt eapropter, tenuem certè alicuius gloriolæ coronā, capiti nostro aprari debuisset; si non æquales, & noti (vetante inuidia e scilicet) posterij f tamen, ac remoti, aliquando censeant. Etenim tamen eum in statum res Gallicas, quo tempore s huic libro summam imponimus manum, esse perductas Deus voluit; vt de salute potiùs animæ illa æterna, & corona gloriæ omnibus electis ex amaratho nimirum caelesti (quemadmodum à B. Petro, h Clemens Alexandrinus loquitur i) præparata, vel potiùs detexenda è speciosissimis scripturarum floribus corona pœnitentiæ (quod ait Hieronymus k) quam imponamus capiti, vt clementissimo reconciliemur patri; & nobis, & bono cuique cogitandum; quàm de vana coronæ secularis cuiusquam adeptione, cum nutet Gallica, sperandum; aut verò etiam optandum esse videatur: suus tamen virtuti ac literis honos debitus; quem donec illæ aduixerint, floruerintque; ipsū quoque, cum altero illo minis grato sodali suo, liuore scilicet, comitem assiduum habituræ sunt: neque verius præstantissimæ apud homines non efferos rei; neque iucundius porro, liberalique ingenio dignius præmium exquiri (meo quidem iudicio) vel rependi potest. Tibi autem summe Deus ac pater Domini nostri Iesu Christi, tibi Christe nostra vtrique, ac totius Ecclesiæ Catholicæ corona ( sic enim per te, sanctūmque illum Spiritum,

ritum, fari mihi cum Alexandrino Clemente a liceat) pro ea, quam dedisti semper, in hisce turbidis Gallicorum tumultuum procellis, tum ad superiores Semestrium libros concinnandos, tum verò ad hunc tertium elucubrandum, atque consummandum facultate: gratias immortales, tibi laudes æternas; tibi, quantum potest, puram adorationem in spiritu, & veritate perpetuam offero: ac præstaturum inter homines (quod mihi per tuam illam erga me, meoque quotidianam benignitatem, fauoremque liceat) spero, voueo, spondeo. Amen.

a Lib. 2. Padag. c. 8. fol. 49. καὶ ἐν τῇ ἀπαρχῇ τῆς δαιτήσης ἐθασιζέσθῃ δὲ φασι τραπεζαί δαιτήσης κρᾶσεως ἀγαθῆ δάμνον. Gloria corona nomine intelligit ad illud B. Pauli aspiciens: Absque mihi gloriarum nisi in Christo Demone nostro.

LIBRI TERTII SEMESTRIVM FINIS.



Typographus Lectori.

**I**Ntereà dum quartam Commentariorum D. Petri Fabri San-ioriani Præsidis illustriss. ad iuris regulas editionem adornamus; quam tanto gratiorem tibi speramus fore, quanto, plurimis locis longè uberiores ipsos, atque adeò consummatiores fore intelligimus: facile ab auctore ipsorum simul & huius Semestrium tertij longè humanissimo, tuæq; (bone Lector) utilitatis maiorem in modum studio impetrauimus; ut quemadmodum ipse regulam duabus 128. & 178. legibus ultimi Pandectarum tituli semel atque iterum exhibitam in autographo suo explanatâ habuerat, errore librarij seu scribæ, aliquamultis adnotationibus omisis aut seciùs descriptis euulgatam; hinc addi pateretur: non tam explendarum aliquot vacuarum paginarum gratia, quàm uti, cum ea qua de finali causa nono huius libri capite traduntur, plurimum illustrent; hæc in antecessum exhibendo, & commouerem caterorum desiderium, & spem tibi eius verbis facerem præclara illius editionis. Nam tertiam quidem ipso infcio (quem Tolosano tumultu anni M. D. XXXIX. in fata concessisse rumore falso ad nos perlatum fuerat) immutatis arbitrato nostro regularum summis, & iniectis in contextum capitibus legum, ex officina nostra ante biennium produsse cum altera primi Semestrium talem quando ipsi egrè est; nos quoque animo periniquo ferimus: ut nec illi, nec verò nobis iri satisfactum existimemus, nisi quarta editione procurata, & exhibita: id quod (si Deus sinat) propediem fore, isto velut idiographo repromittimus.

Inseren



Inserenda in l. nihil dolo, 129. §. cum principalis, D. de regulis iuris antiqui.

**I**N pag. edit. Paris. 481. sub finem, linea 30. Lugdunen. autem edit. pag. 305. lin. 16. post verba illa (sed nec res vlla quæ possit deberi) addantur ista: Prætereà, nouatione legitimè perfecta debiti in alium translati, prioris contractus fideiussores vel mandatores liberatos non ambigi rescriptum est, <sup>a</sup> si <sup>a</sup> l. 4. C. de fideiussor. modò in sequenti se non obligauerunt.

**P**ostea in pag. 483. edit. Paris. sub init. linea 10. edit. verò Lugdunens.

pag. 306. linea 6. post verbum (ceterum) inserantur hæc: Ad hanc regulam profus videtur spectasse Terullianus, <sup>b</sup> quo loco sic scribit: Negotiatio seruo Dei apta est? Caterùm si cupiditas abscedat, quæ est causa acquirendi (efficiens scilicet) cessante causa acquirendi, non erit necessitas negotiandi: tanquam hoc sentiat, si absit cupiditas quæ causa principalis est, locum non habere quæ sequuntur, hoc est, negotiationem quæ ideò exerceri solet ut adquiratur quod appetimus. Saluianus <sup>c</sup> autem de Baptismo agens, ipsam regulam disertissimè expressit, quo loco: Ergo primum renunciatur diabolo ut credatur Deo: quia qui non renunciat diabolo, non credit Deo; & ideò qui reuertitur ad diabolum, relinquit Deum. & statim: Hoc itaque modo omnia symboli sacramenta soluuntur, & totum quod in symbolo sequitur, labefactatur, nutat. Nihil enim sequens stat si principale non stererit. Dic tu igitur Christiane, quomodo tenere te sequentia symboli putas, cuius principia perdidisti? membra sine capite nihil profunt, & ad exordium sui cuncta respiciunt: quæ utique si perierint, omnia pessum trahunt. Siquidem stirpe sublata aut non sunt reliqua; aut si sunt, sine emolumento sunt, quia sine capite nihil constat. Ac nostræ quidem huic sententiæ in omnibus ferè quæstionibus, &c.

<sup>b</sup> In lib. de idololat.

<sup>c</sup> Lib. 6. de Gubernat. Dei.

**P**aulò post in ead. pag. post hæc verba (benigna ratione aliquid receptum est) addantur ista: Huc facit quod Arnulphus Lexouensis Episcopus de puero pignoris nomine obligato ab auunculo propter impensas in eius exhibitione factas, ita scripsit ad Engolismensem Episcopum: cuius clericus non tantum sortis, sed etiã vsurarum nomine puerum retinebat. Clericus etenim vester manifestè de plagio confitetur (inquit) sed & vsuras quas detestatur Ecclesia nihilominus impudenter exposcit. Quod si vsuras quoniam odiosa sunt, in sumptum exhibitionis impensæ puero malignitas astuta conuertit,

G g g

respondemus vti principalis obligatio sublata est, puerum de accessoriis non teneri, sed in eum (sic lego pro, sed eum) iniuriarum competere potius actionem quod ingenuum puerum liberalibus artibus applicandum subductum patri, propositis non permiserit officiis applicari. Principali quoque actione, &c.

**P**aulò post in ead. pag. post hæc verba (super vsuris vel fructibus cognoscat) addantur ista: Itemque circa tutorum excusationes cessante earum causa principali constat & ipsas cessare, atque adeò ad eius qui ob aliquam causam excusatus fuerat ipsa cessante onus & curam administrationis pertinere ab illo tempore quo causa cessare cœpit. In hanc sententiam extat Antonini a rescriptum quo, Si in locum eius tutores ad tempus (inquit) dati estis, qui Reipubl. causa aberat, isque iam finito munere quod ei iniunctum est, abesse desit: quin ad eius officium curamque pertineant negotia pupillæ, ambigere non debetis. Similiter si minoribus ætate liberis damnato patre tutor datus est, Constantinus Imp. b ait necesse esse vt ab officio suo recedat regresso eo quem non solum nomine redire, sed etiam officium suum nulla prauitate corruptum liberis præbere oportet; vt eorum bona tueatur & augeat. Sententiam igitur deportationis (vtpote abolitam restitutione in integrum ex indulgentia principali subsecuta) nullo patrem præiudicio deminuere. Quem si comperta integritas (inquit) vt naturæ ita officio liberis restituerit; ei gubernacula rerum tradenda sunt; eius ad imitationem publici iuris, prouisa custodia est: quæ nisi bonis patribus detur, luctuosior erit filiis reditus quàm discessus. Hæc ille.

a l. i. C. in quib. caus. tutor. hab. tut. vel curat. dari pot.

b l. vii. s. minores, C. de sent. pais.

**I**n pag. 484. edit. Parisien. in fine. Lugdun. autem edit. pag. 307. lin. 6. post illa verba (quàmque statim effectus sequitur) inserantur ista: πρώτων αἰτιῶν, & τὸ διὰ τί, vocare videtur Aristoteles; c cum scribit id demum nos intelligere, quod per causam cognoscamus: sic ferè εἰδέναι ἢ ἔργου οἰόμεθα ἄκατον πρὶν ἢ λάβωμεν τὸ διὰ τί, πρὶν ἄκατον: τὸ δ' ἐστὶ τὸ λαβῆναι τὴν πρώτων αἰτιῶν. Atque vt eo loco, causam efficientem inter ceteras primam causam & per quam aliquid est nominat; ita paulò post, principium vocat, hoc est, principalem causam: subiicit enim Philosophus, δηλονότι καὶ ἡμῶν τὸ ποικίλον ἢ πρὸς γονέσεως ἢ φθορᾶς ἢ πρὸς πάσης τῆς φυσικῆς μεταβολῆς, ὅπως εἰδόντες αὐτῶν τὰς ἀρχὰς, ἀνάγκη εἶναι αὐτὰς περιέμεθα τῆς ἡγεμονίας ἄκατον. Principij autem siue primæ causæ nomen, non solum ad efficientem ἢ ἀρχὴν τῆς μεταβολῆς ἢ πρώτην ἢ τῆς ἡγεμονίας (vt ipse loquitur) pertinere; verum etiam ad eam ex qua quid conficitur, & sine qua non fit τὸ ἔργον ἢ γίνεσθαι τι ἡγεμονίᾳ ἢ λόγῳ ἢ τῆς ἰδίας εἶναι, idem ipse satis in sequentibus demonstrat: præterea etiam ad finalem causam; quam τὸ τέλος, & τὸ εἶναι nominat: itaque cum multifariam causæ dicantur; sequitur vt eiusdem rei non per accidens, sed quatenus res est, multæ quoque causæ sint: sed non eodem modo, verum vna quidem vt materia, altera verò vt quæ efficit, & vnde motus; συμβαίνει ἢ (ait d idē auctor)

c Lib. 2. φυσικῆς ἀεροστατικής, sub initium.

d d. lib. 2. φυσικῆς ἀεροστατικής, & lib. 4. τῆς φυσικῆς ἀεροστατικής, sub initium.

auctor) πολλαχῶς λεγομένην τῆς αἰτίας ἢ πολλὰ τῆς αὐτῆς αἰτίας εἶναι, & ἡγεμονίᾳ συμβαίνει. οἷον τῆς ἀνδρείου καὶ ἢ ἀνδρείου ποιητικῆς, ἢ ἢ χαλκῆς, ἢ καὶ ἔργου, ἀλλ' ἢ ἀνδρείας, ἀλλ' ἢ τῆς αὐτοῦ τρόπου, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς ἕλην, τὸ δ' ὡς ἄλλο ἢ κίνησις. Sequitur & illud, multa vt sint cuiusque rei principia: πάντα ἢ τὰ αἰτία ἀρχαί; quemadmodum idem Aristoteles a alibi tradit. Et statim b de causis agens; αἰτία ἢ λέγει (inquit) ἕνα μὲν τρόπον ἔστι ἢ γίνεσθαι τι ἡγεμονίᾳ; οἷον ἢ χαλκῆς τῆς ἀνδρείου, ἢ ἢ ἀργυροῦ τῆς φιάλης, καὶ τὰ τέσσαρ γένη. ἄλλο ἢ, τὸ εἶδος ἢ τὸ παρὰ εἶδος. τὸ δ' ἔστι ἢ λόγῳ τῆς τῆς ἰδίας εἶναι, ἢ τὰ τέσσαρ γένη, &c. ἐπὶ ἄλλο ἢ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἢ πρώτη ἢ τῆς ἡγεμονίας, &c. ἐπὶ ὡς τὸ τέλος: τὸ δ' ἔστι τὸ εἶναι, οἷον ἢ περιπατεῖν ἢ ἕλκεα, &c. καὶ ὅσα διὰ κινήσαντ' ἄλλα μεταξὺ γίνεσθαι τὸ τέλος, & reliqua.

a Sub init. lib. 4. τῆς φυσικῆς ἀεροστατικής, & sub Cap. 2. eiusdem lib.

**I**n pag. 485. edit. Parisien. in princip. edit. autem Lugdunen. 307. lin. 7. post verba (esse nihil impedit) inserantur ista: etiam efficientes atque adeò pertinentes eandem speciem; λέγει ἢ αἰτία πολλαχῶς (ait c Philosophus) καὶ αὐτῶν τῆς ἡγεμονίας πρώτης ἢ ἕτης, ἀλλὰ ἄλλο: οἷον ἕλης ἢ ἰατρῆς ἢ τῆς χειρῆς, ἢ τῆς διασπασῶν τὸ διπλάσιον ἢ ἢ ἀριθμῶς, ἢ αἰτία τὰ περιέχοντα πρὸς τὰ καθέκαστα.

c d. lib. 2. φυσικῆς ἀεροστατικής, & sub init. lib. 4. τῆς φυσικῆς ἀεροστατικής.

**P**aulò post ead. pag. post verbum (Iuriconsultus) adde, post Ciceronem. d

d In lib. de Fato.

**P**reterea in ead. pag. post hæc verba (τὸ αἰτία, &c.) inserantur ista: Ex pluribus causis principalibus, siue efficientibus siue finalibus, si sublatis reliquis vel vna superest; ea quoque locum habere quæ sequuntur, verisimiliter arbitror; vt circa prohibitas affinitatis veneratione nuptias ab Imp. in Institutionibus traditur, e item ratione luctus aut sanguinis turbationis: nam isto casu eius qui lugeri more maiorum non debet, vidua intra legitimum decem mensium vel anni hodie tempus non rectè nubet, si nondum peperit: neque verò etiā si pepererit vt nullus turbationis sanguinis metus amplius superfit, si alioqui maritus lugeri debeat; sed legitimis tam Edicti Prætorij quàm constitutionum pœnis subiiceretur, f nisi à principe facultatem intra tempus legitimum nubendi impetrauerit.

e s. affinitatis, Institur. de nup. ex quo vide Ludou. Roman. conf. 179. num. 16. post Bartol. in l. ita stipularus, s. i. supra de verb. obligat. & in extrauagant. ad reprimendū, ver. nec ex eorum. f l. i. s. i. l. liberorū, s. i. supra de his qui not. infam. l. decreto, C. ex quibus caus. infam. irrog. vbi Godofr. post Cuiac. & l. i. C. de sec. nup. g Lib. 2. φυσικῆς ἀεροστατικής.

**I**n ead. pag. edit. Parisien. & Lugdunens. post verbum (προκαταρτινὰ) adijciantur ista: Aristoteles τὰ πρότερα, itémque τὰ ἀκέραια, vulgus Physicorum, &c.

h In libro de Fato.

**I**n ead. pag. post verbum (adiutrices) inserantur ista: Quibus non item principalibus & perfectis aut malè aut alia ratione Chrysiptus proximas adiungit apud M. Tullium h (si tamen is locus est integer: vbi, Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ, & principales, aliæ adiuuantes & proximæ.)

**P**aulò post in ead. pag. adscribantur hæc (in Stromatis lib. 8.) ad marginem verba ista: Vide & Sextum Philosophum lib. 3. Pyrrhon.

cap. 2. quem citat Henr. Stephanus in *συνάγραμ.* De causarum autem & concausarum differentia vide apud Platonem in dialogo qui Politicus inscribitur.

**I**N ead. pag. post hac verba (*καὶ ἀπομύθους ἀίπεται*) inserantur statim ista: **Q**uæ tamen *καὶ τὴν ἐπιπέδων ἀίπεται* accipienda esse & *καὶ τὴν ἐπιπέδων ἀίπεται*, Aristotelis <sup>a</sup> præcepto admonemur, cuius istud est quod subiuciam, *ὅτι τὰ μὲν ἐπιπέδων τὰ κατένευσον, ἅμα ὅτι καὶ ἐν ἐστὶ, καὶ ὅτι ἀίπεται. οἱ δὲ δὲ ἐπιπέδων, (καὶ) ὅτι ἐπιπέδων; καὶ ὅτι δὲ οἰκοδομῶν, (καὶ) ὅτι οἰκοδομῶν. τὰ δὲ ὅτι ἀίπεται, ἐν ἀί: φθέρει) ἢ ἐξ ἅμα ἢ οἰκία καὶ οἰκοδομῶν. Sed vereor, vt hæc tota Philosophica de causis disputatio, cum Iurisperiti sententia non congruat; causam verò Paulus noster statum ex conditione rei cuiusque, aut rem potiùs ipsam intelligens, prorulerit; veluti obligationem ex contractu vel testamento, itémque rem ipsam de qua inter contrahentes actum est, de qua testator (putà) vel iudex aut alius quispiam sensit. Ac de huius quidem vocabuli significatione nõ ab similitèr apud Paulum nostrum, alio quodam loco, <sup>b</sup> antea dissèruisse me recordor; vt necesse non sit exempla interpretationi nostræ approbandæ in hunc locum congerere; quæ peti etiã à Lexicis & libris de verborum quæ ad ius pertinent significatione, <sup>c</sup> non difficilè poterunt. Pomponius <sup>d</sup> quidem in huiusmodi stipulatione à seruo communi facta Lucio Titio Caio Seio dominis meis dare spondes? interessè ait quid cuius demonstrandi gratia esset adiectum, & quæ pars eius stipulationis principalem causam haberet, vt sciretur utrùm per viriles partes, an pro dominica portione eis deberetur. Denique principali sublato neque consistente, quod sequitur ex eo non valere; hoc voluisse Paulum verius puto: eique esse consentaneum quod Tertullianus <sup>e</sup> alicubi de Angelo Piscinæ probaticæ ac de Baptismo agens, qui vnum semel anno liberabant (ait) nunc quotidie populos conferuant deleta morte per ablutionem delictorum exempto scilicet reatu, eximitur & poena: & quod D. Ambrosius, <sup>f</sup> sic ferè; Homo meus est quæ est rationis capax. Homo enim definitur animal viuum mortale rationabile. Principali igitur extincto, etiam sensus omnis extinguitur: eò quòd nihil reliqui ad salutem superfit, cum salutis fundamentum virtus defecerit. Huic nostræ regulæ igitur optimè iuxta interpretationem istam aptabitur atque conueniet quod ait Celsus, <sup>g</sup> vsusfructum esse ius in corpore: quo sublato (tanquam principali ac veluti fundamentò quopiam) & illum tolli necesse sit. Præterea quod in testamentis nihil scriptum valere, quoties ipsum testamentum non valet, ab Vlpiano traditur: <sup>h</sup> & ideò licèt fideicommissum à filiofamiliàs, aut seruo datum valeat durante ipsorum eadem post manumissionem voluntate ab intestato, non tamen valebit relictum fideicommissum testamento, quòd ab initio non constitit, nec potest conualescere tractu temporis aut nuda voluntate, nec*

**I**N pag. edit. Parisien. 486. sub init. lin. 10. Lugdun. verò edit. pag. 307. **S**ub finem, post verba (nullius momenti esse.) inserantur ista: **Q**uid & in

<sup>a</sup> Lib. 2. *Φυσ. ἀίπεται.* & 4. *ἢ τὴν ἐπιπέδων.* sub initium.

<sup>b</sup> Ad l. nec ex prætorio, 27. in verbo, obligationum causa, supra hoc tit. <sup>c</sup> Vide Biffon. lib. 3. d. l. si communis, 37. supra de stipul. seru.

<sup>e</sup> In libro de Baptism.

<sup>f</sup> In de Noë & Arca, cap. 4.

<sup>g</sup> l. 2. supra de vsufruct.

<sup>h</sup> l. 1. §. sed si filiusfamiliàs, supra de legat. 3.

& in nouatione verum est, per quam fit prioris debiti in obligationem transfusio atque translatio: hoc est, cum ex præcedenti causa ita noua constituitur, vt prior perimatur. <sup>a</sup> Nam constat nouatione facta legitimè liberari hypothecas & pignora, vsuras etiam non currere, <sup>b</sup> prioris denique actionis perire priuilegium, & exceptionis beneficium: <sup>c</sup> quæ omnia principalis causa, prioris scilicet obligationis per nouationem sublata consequentia fuerant, ideòque ipsa etiam illius peremptione prorsus extincta sunt; idémque de fideiussoribus existimandum, vt scilicet liberentur & ipsorum tollatur obligatio accessoria sine nouatione, siue transactione, solutione, acceptilatione, aut alio denique genere, quò principalis sublata fuerit: vnde Imper. Antoninus <sup>d</sup> nouatione (ait) legitimè perfecta debiti in alium translati, prioris contractus fideiussores, vel mandatores liberatos esse non ambigitur; si modò in sequenti se non obligauerunt.

**I**N pag. ead. sub finem, legantur sic: Contrario autem, quandoque principali obligatio consistere potest sine accessoria quatenus hæc necessariò non sequitur. Ideò si fideiussori creditor successerit, non idcirco quòd sublata sit fideiussoria obligatio per confusionem, principali rei obligationi minus locum fore existimabimus, vt Paulus in supra dicto loco <sup>e</sup> significat. Et generaliter in omnibus speciebus liberationum etiam accessiones liberari ab Vlpiano definitur, putà adpromissores, hypothecas, pignora: præterquam quòd inter creditorem & adpromissores confusione facta reus non liberatur. Vnde intelligimus nostram hanc regulam minimè recipiari. Ait lex, Nec ea quidem. In dicta lege centesima septuagesima octaua infra adiicitur, Plerunque nec ea quidem. Nam interdum id quòd sequitur, locum habet, etiam si principalis causa non consistat, non modò posterius, sed vel ab ipso initio. Ex èpli causa; fingamus vsusfructum fundi legatum esse, fundum esse villæ accessionem: fundi vsusfructus, villa licèt viuo testatore, sublata, non extinguetur. <sup>f</sup> Et retrò, cum villa fundi accessio est, ea diruta, vsusfructus fundi legatus non extinguitur; non magis quàm si arbores deciderint. <sup>g</sup> Nam sublatis iis quæ accedunt, principalis causa remanere potest: vt ecce, sublato pignore cuius persecutio negatur propter noxale iudicium, <sup>h</sup> non ideò magis dicemus obligationem principalem esse sublatam. Sanè cum principalis causa consistit, ea etiam quæ sequuntur, plerunque locum habent. Ideò cui munus iniunctum est cum aliis, sumptuum à collegis munerisque confortibus factorum detrimenta & ipse pro parte virili subibit: etiam si non administrauerit; quoniam id munus eum participare oportuit. Atque hoc est quòd traditur, <sup>i</sup> sumptus iniuncti muneris omnibus facta causa principalis est: effectus autem qui ex ea sequitur, est administratio cum sumptibus facta ab vnò sed collegarum nomine; quos omnes vt causa contingit, sic & id quòd sequitur ad omnes pertinet, in omnibus locum habet. Ideò ad quem res pertinet, ad eum ipsi quoque fructus pertinent. Ecce enim si mulier velit rem à se pignori datam per intercessionem

<sup>a</sup> l. 1. in princip. supra de nouat.

<sup>b</sup> l. nouatione, 18. iuncta l. emptor, 17. & l. 30. eodem. <sup>c</sup> l. aliam, 29. & l. pen. eod. tit.

<sup>d</sup> l. 4. C. de fideiuss.

<sup>e</sup> d. l. Vranus, §. sed cum duo.

<sup>f</sup> l. quid tamen, supra quib. mo. vsufr. amit.

<sup>g</sup> l. fundi, supra quib. mod. vsufr. amit.

<sup>h</sup> In specie l. si noxale, supra de noxal. act.

<sup>i</sup> In rubr. & l. 1. C. sumpt. iniunct. mune. ad omn. col. perti. lib. 11.

a. si mulier, s. si mulier, supra ad Velleian. b. si in eadem, s. possidere, in fine. supra de rei vindic. c. l. ex diuerso, s. i. supra de rei vindic.

recipere, fructus etiam liberos recipit. <sup>a</sup> Item possessor à quo res vindicatur, fructuum etiam nomine ex quo possidere cepit, condemnabitur, vt Paulus noster eodem lib. 21. ad Edictum tradit: <sup>b</sup> adeò vt et si alienum fundum aliquis petierit, eiusque illum esse iudex sententia declarauerit, de fructibus etiam possessor condemnari debeat, vt apertè idem eodem in libro docet. <sup>c</sup> Et generaliter quod de principali hoc & de accessorio plerunque ius est. Itaque non solum in re commodata competit ei cui commodata est furti actio: sed etiam in ea quæ ex ea adgnata est; quia & eius custodia ad eum pertinet. Nam et si seruum tibi commodauero, & vestis eius nomine furti ages: quamuis vestem quam vestitus est tibi non commodauerim. Item si iumenta tibi commodauero, quorum sequela erat eculeus, competere furti actionem etiam eius nomine, quamuis ipse non sit commodatus, ab Vlpiano <sup>d</sup> traditur. Ait lex, Quæ sequuntur. Causa dicuntur præcedere: causata (vt vocat Aristoteles) siue res & effectus sequi. Quamobrem si extant consequentia, eorum causam subesse conuenit: *ὅτι Ἐπάρχη τὸ αἰτιατὸν* (inquit ille <sup>e</sup>) *καὶ τὸ αἴτιον Ἐπάρχη: & τὸ ἄ αἴτιον πρότερον ἔ αἴτιον*. Signa denique causarum proxima, subesse causam demonstrant; vt fumus ignem, bonus color sanitatem: vnde & ex vestitus ratione mores cuiusque colligi Clemens Alexandrinus argumento ducto à simili comprobatur; <sup>f</sup> quo loco, *ὡς οὖν τὰ σημεῖα ἐνυτάτω ὄντα ἔ αἰτίων, παρόντα σημεῖον: μάλλον ἢ δέικνυσι τὴν ἔ ἀποτέλεσμα ἔ ὑπαρχῆν. οἷον καπνὸς μὲν πῦρ, εὐχρῶσα ἢ καὶ δυσφροξία ὑγίεια: ἔ τως ἢ παρ ἡμῶν οἱ τοιάδε γολὴ ἔ ἦδες τὴν κατάστασιν ἐνδύονται, &c.* quæ sequuntur.

d. l. eum qui, 14. s. non solum, supra de furt.

e. In supradicto loco; ad finem lib. 2. poster.

f. Lib. 3. Pedag. cap. 11.

Inseren



Inserenda in l. cum principalis, 178. D. de regulis iuris antiq.

**I**T primùm in pag. 644. edition. Paris. sub init. linea 8. post hæc verba (solum stipulationem idque Vlpianus tradit) adijciantur in textu quæ sequuntur: Idem alio loco, <sup>a</sup> Si accepto fuerit lata (inquit) ob rem iudicatam clausula, Marcellus ait ceteras partes stipulationis euanuisse: propter hoc enim tantum interponi, vt res iudicari possit. Ait lex, *principalis causa*. Possis non ineptè causam ita hoc loco interpretari, vt quæstionem, litem aut negotium significet. Principalis quæstio proprietatis nimirum intelligitur ab Imper. Constantino; <sup>b</sup> vbi à possessionis lite distinguitur: & similiter negotium principale; quo loco <sup>c</sup> à violentiæ ciuili causa & criminali quæstione de vi separatur: ita vt quamuis de vi priusquam de proprietate disceptari oporteat; ciuili- ter scilicet dicta causa de possessione, & eius momento (sic enim arbitror omninò exponendum Adriani Pij, scilicet Antonini rescriptum, cuius aliquot nostrorum auctorum locis <sup>d</sup> fit mentio) attramen quoniam ita fit ex interdicto vnde vi reformatio possessionis vt integra omnis proprietatis causa (quam esse principalem diximus) ex Imperatorum constitutione <sup>e</sup> feruetur; non prius agatur criminaliter ex lege Iulia de vi ad pœnam iudicij publici perfequendam, quam fuerit negotium principale agitarum de proprietate scilicet: vt pœnam violentiæ destinatam tantò leuiorem, aut interdum etiam nullam subeat, qui in lite de proprietate superior fuerit tanquam superior accessoria, hæc principalis fuerit, nec iustè quis videatur de illata vi à vero domino (quo scilicet inuito rem detinebat) perferre quæstionem, præsertim criminalem & publicam: nisi cum atrocius & grauius fortasse quidpiam admissum fuerit; quo casu qui primus vim intulit, omninò plectendus est. <sup>f</sup> Ait lex, *Principalis efficiens*, & quidem absolutè; in qua inest principium (vt ita dicam) effectuum: quæ euenta siue actiones parit, ac producit protinus & necessariò. Ecce enim cessante, &c.

a. l. si accepto, 20. supra de acceptilat.

b. l. nulli profus, 10. C. de iud. iuncta l. 1. C. Th. vnde vi. c. l. 7. C. de vi.

d. l. si de vi, 37. supra de iudic. l. qui cœtu, s. si de vi, supra ad leg. Iul. de vi publi. e. l. 1. C. si de momet. posses. fuer. appel.

f. l. quoniam, & d. l. 7. C. ad leg. Iul. de vi.

**E**Adem pag. sub finem linea 341. edition. Parisiens. Lugdunens. verò posterioris pag. 401. linea 16. post verba hæc (quod in efficiente diximus) in textu ponantur quæ sequuntur: Nam & finalis causa non immeritò principalis dicitur secundum ordinem intellectus, quo finis scilicet esse principium existimatur, sicuti Bartolus noster quodam loco <sup>g</sup> adnotat; & beatus Thomas primam inter omnes causas esse causam finalem definit: <sup>h</sup> cuius ratio est (inquit) quia materia non sequitur formam nisi secundum quod mouetur ab agente (nihil enim

g. Ad leg. ambrosia, nu 19. supra de decret. ab ord. fac. quæ ad hoc & D. Thomam in 1. secunda quæst. 1. art. 1. & 2. citat Couarru. ca. 20. lib. 1. Var. resol. h. In summa Theol. 1. secunda quæst. 1. art. 2.

enim reducit se de potentia in actum) agens autem non mouet nisi ex intentione finis: si enim agens non esset determinatum ad aliquem effectum, non magis ageret hoc quam illud. Ad hoc ergo quod determinatum effectum producat, necesse est, quod determinetur ad aliquid certum quod habet rationem finis. Haec tamen ille; aptissimè (vt videtur) ad id quod apud ipsum Aristotelem a alicubi traditur, efficientem esse causam vnde motus principium; finalem verò propter quam quid fit (vtputa sanitatem) non quidem propriè, sed tamen secundum translationem, & ipsam quoque causam efficientem esse. *ἔστι ἡ τὸ ποιητικὸν αἰτιὸν ὡς ὄντων ἢ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. τὸ δὲ ἔνεργον ἢ ποιητικόν. διὸ ἢ ὑγίεια ἢ ποιητικόν, εἰ μὴ ἕξ μεταφορῶν.* Scopus à finali causa tametsi admodum ad eam accedat, vt plerunque alterum pro altero ponatur; differt tamen quadamtenus, ex habendi scilicet predicamento aut faciendi quidpiam. Exemplum eius quod dico à Galeno istud adferam; quod nunc memoriæ succurrit, valdeque perspicuum arbitror. Medicinæ scopus est sanitas; finis autem, vt hanc adhibita illa consequamur: *ὄτι ὁ μὲν σκοπὸς τῆς τέχνης (inquit b ille) εἰς ἔσθην ἢ ὑγίεια καὶ τὸ τέλει δὲ τὸ τυχερὸν ὑγίειας δὲ ἡ πρόποι τῆς ἐπιτυχίας διαφέροντες, & reliqua.* Igitur cessante finali causa, quod sequitur id est, quod ob eam fit, locum non habebit; sed vel habere non incipiet, vel desinet: vt si ob rem aliquam, &c.

a *ἢ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς φυσικῆς καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ, cap. 7.*

b In libro *ἢ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς φυσικῆς, ad Thrasibulum sub init. fol. 17.*

c *6. sed sciendum, dist. 61.*

d Lib. 8. antiq. Roma. fol. 409.

**P**aulò post verbum (ergo) adijciantur hac in textu: Rectè atque adpositè Gratianus c admonet Ecclesiasticas prohibitiones proprias habere causas, quibus cessantibus cessant & ipsa, vt enim laicus in Episcopum non eligeretur, hæc causa fuit, quia vita laicalis Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non erudita nescit exempla religionis de se præstare aliis quæ in seipsa experimento non didicit, &c. quæ sequuntur ibi, & in c Neophylus, ead. dist. & similiter cum dotis constituendæ finalis causa sit matrimonium, &c.

**P**agina 645. Parisiens. edition. in textu, linea 14. Lugdunens. verò posterioris pag. 401. linea 37. post verbum (similiter) ponantur hac: De finali causa interpretor, vt ea sublata vel cessante id quoque obseruari desinat; quod ob eam inductum, aut receptum necessariò fuerat: sicuti verbis alterius ad Marcium legationis Romanæ istis apud Dionysium d esse comprehensum memini. *ὡς ἔ γὰρ ἐπὶ ἀνάγκης τινος ἢ κενῆ συγχωρητικῶν καὶ ἰδιότητος καὶ πόλεως ἀμα (ἢ) μετὰ ποσῶν τῶν κενῶν ἢ τὰς ἀνάγκας αὐτῶν διαλυτικῶν.* Et à Iustiniano Imper. in constitutionis de caducis tollendis præfatione, vt quod belli calamitas inuexit, hoc pacis lenitas sopiat; scriptum in eandem sententiam legitur, caduca enim inducta locupletando arario diuturnis bellis ciuilibus, exhausto quod si cum exhauriri desinat, resciri necesse non sit. Caduca obseruari amplius non oporteat: eadem ratione cum ex edicto prætoris legatarius cui nō cauetur ab herede mittitur in possessionem legati seruandi causa, sed tamen ita, vt expellendi heredem ius non habeat; verum simul cum eo possideat: quò saltem ratio perpe-

perpetuæ custodiæ extorqueat heredi cautionem, idque Vlpianus a a l. is cui, in prin cip. supra vt in post. legat. seu fid. seru. tradit: propterea missio (quæ non aliter fit nisi vbi non cauetur & eò spectat vt caueatur) erit reuocanda; si postea caueatur, etiam si interim facta sit: legatarius non prius de possessione decedere debet (hoc est, tenetur ex edicto) quam ei fideicommissum solutum, aut eo nomine satisfatum fuerit. Vbi erit solutum igitur aut satisfatum tenebitur. Nam quod si integrare fieret, in possessionem non mitteretur (inquit Iulianus b) id cum offerretur, discedere à possessione debet. Præterea cum vetetur Alia Sentia, &c.

b l. qui pecuniz, supra vt in posses. legat.

**E**Adem pag. post verba hac (non puniri patronum hac lege) ponantur ista in textu: Huc refero quod à B. Ambrosio alicubi c sic scriptum legitur: Minitatus est præterea (Deus) quòd deleret hominem ab homine (inquit) vsque ad pecus, & à reptilibus vsque ad volatilia delebo. Quid læserant irrationabilia? Sed quia propter hominem illa facta erant, eo vtique deleretur propter quem facta sunt, consequens erat vt etiam illa delerentur: quia non erat qui his vteretur. Sanè iustissima ordinatione creatoris, & vitam & mortem animalium nostris vsibus subdi, beatus Augustinus d asserit: non propter seipsa igitur, sed propter hominem; vt rectè D. Thomas colligit. e Huc & illud pertinet ex concilio Lateranensi.

c De Noë & Arca, cap. 4.

d Lib. 1. de ciui. Dei, cap. 20.

e In 2. secundæ in Summa q. 64. artic. 1.

**E**Adem pag. post hac verba (verum ad rem redeamus) addantur ista in textu: Impulsiuua causa præterita est: quæ etsi falsa fuerit neque consistat, nihilominus ea quæ sequuntur, ex voluntate vel contrahentium vel testatoris locum habent; secus in finali dicimus: cui si locus non sit, ne id quidem consistet quod ea fini factum quis voluit; sed etsi quid ob eam rem datum erit vt fieret, eius repetitio competet. Ergo Pomponius, f damus aut ob causam (inquit) aut ob rem. Ob causam præteritam: veluti cum ideò do, quod aliquid à te consecutus sum, vel quia à te aliquid factum est; vt etiam si falsa causa sit, repetitio eius pecuniæ non sit. Ob rem verò datur, vt aliquid sequatur: quo non sequente repetitio competit. Ergo Papinianus g supra falsam causam (inquit) legato non obesse verius est: quia ratio legandi legato non coheret; sed plerunque doli exceptio locum habebit, si probetur aliàs legaturum non fuisse: rectè hoc quidem Papinianus: nam etsi de impulsiuua causa Iurisconsultus tractat, cum falsam causam non abesse ait; ac verè quidem secundum id quod antè diximus: attamen exceptio cum locum habet, secundum id quod à Papiniano est additum; hoc sanè ex vi causæ efficientis est, non impulsiuua; propterea quòd vbi testatoris voluntas deficit (quæ sola facit, vt legatum aut debeatur aut ademptum censetur h) non potest quod relictum erit vtiliter exigi, sed per exceptionem ab herede seruabitur. Voluntas quippe testatoris & liberalitas, efficiens causa est & mater actionis ex testamento, ad id perfectandum quod relictum fuerit. Ea si desit efficiet ipsa ne actio competat. Nam, vt ait Aristoteles, i eadem contrariorum causa est, *ἔτι ἢ*

f l. damus, 52. supra de condi. indebit.

g l. cum tale, 71. §. falsam, supra de condi. & demonsi. l. 2. & toto tit. C. de falsa cant. adieci. legat.

h l. si iure, supra de legat. l. 3. §. vltim. supra de adm. legat.

i Lib. 2. *ἢ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς φυσικῆς, & sub initium lib. 4. *ἢ ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῆς φυσικῆς.**

H h h.

το αυτο (intelligit αιτιον) τ' ζαντιωυ εστιν. ο δ' παρω αιτιωυ τδδε, τδτο  
 κ' απορ αιτιωμεθα τ' ζαντιωυ ζισιε. οδω τινδ απροσιωυ τ' κωδονητα, τ' τ' ωλοια  
 αναζοπησ. ε υδ η παρσσια, αιτια τ' σωτηριασ. Sanè impulsua legis cau-  
 sa cessante, dicendum videatur esse, cur ipsa lex reuocari, utpote nūc  
 iam inutilis, debeat. Iustinianus <sup>a</sup> quidem, & nomen & materiam  
 caducorum (ait) ex bellis ortam & auctam ciuilibus, &c. Neces-  
 sarium duximus, &c. in pacificis Imperij nostri temporibus ab orbe  
 Romano recludere: ut quod belli calamitas introduxit, hoc pacis le-  
 nitas sopiat. Huc pertinet quod de abroganda Oppia lege Valerius  
 tribunus pleb. apud Liuium, <sup>b</sup> Quas tempora (inquit) aliqua deside-  
 rarunt leges mortales (ut ita dicam) & temporibus ipsis mirabilis ef-  
 se video; quæ in pace latæ sunt plerunque bellum abrogat, quæ in  
 bello, pax: ut in nauis administratione alia in secunda, alia in aduersa  
 tempestate vsui sunt, & postea, cui non apparet ob inopiam & mise-  
 riam ciuitatis, quia omnium priuatorum pecuniæ in vsū publicum  
 vertendæ erant, istam legem scriptam tandiu mansuram quamdiu  
 causa scribendæ legis mansisset? Sed verè ut dicam satis hinc quo-  
 que colligitur, tolli legem sublata non tam impulsua belli causa quā  
 finali, necessitatis publicæ; cui olim subuentum ita oportuit, hodie  
 frustra sit. Quod de causa efficiente, ac finali dictum est, &c.

<sup>a</sup> l. i. C. de cadu.  
 tol. in princ. &  
 Leo epist 77. in  
 c. 3. 34 q. 1. apud  
 Gratian.

<sup>b</sup> Sub initium  
 lib. 34.

**P**agina 646. linea 13. Parisiens. edition. Lugdunensis autem postero-  
 ris pag. 402. linea 7. post hac verba (habet rationem) subiungantur  
 ista in textu: Sed circa finalem causam quod diximus, ea si defece-  
 rit, effectum etiam cessare; possit quispiam non immeritò respon-  
 sum Scauolæ <sup>c</sup> obicere: quo cum testator vni ex duabus filiabus  
 coheredibus filio mente capto datis portionis filio relictae vsu-  
 fructum legasset; deindeque ab ipsa petiisset, ut fratrem suum ale-  
 ret, tueretur, defenderet; pro eo quod ipsi vsufructum portionis  
 eius reliquerat donec mentis compos fieret & conualesceret: perse-  
 uerare legatum vsufructus nec intercideret respondit; cum filius in  
 eodem furore in diem mortis suæ perseuerans decessisset. Verum ta-  
 met si extincto filio mente capto portionis ipsi datae vsufructus so-  
 rori relictae finiri debere videbatur propter posteriorem clausulam  
 quam pessimè (animo quidem meo) nonnulli de impulsua causa  
 cum Bartolo interpretantur: nihilominus tamen ex priori clausula  
 qua purè legatus est filia vsufructus, portionis filio datae: apparet  
 rectè responsum à Iureconsulto, quoniam scilicet defecerit conditio  
 recuperandæ bonæ mentis & sani capitis, sub qua conditione, vsu-  
 fructus ademptus filiae fuerat; ideoque perseuerare legatum vsu-  
 fructus purè ipsi antè datum iudicio testatoris qui hanc utique  
 alteri sorori & in vsufructu dando & in curatione fratris iniungen-  
 da prætulit: quod non satis perceptum ab interpretibus fuisse ar-  
 bitror; atque hoc loco propterea visum adscribere: nam equidem  
 non nego quin furor filij causa impulsua testatori fuerit vsufructus  
 portionis ei datae relinquendi filia cum alimentorum aut annuorum  
 ipsi filio dandorum onere: sed non tamen huic potius, quàm alteri  
 filia

<sup>c</sup> l. generali, 33.  
 s. duas, supra de  
 vsufruct. legat.

filiae vel vsufructus relinquendi vel demandandæ fratris curæ ac  
 sollicitudinis: de qua impulsua causa regulam nostram accipiendam  
 non esse superius ostensum fuit. Illud dico, verba ita uti concepta  
 sunt in posteriore clausula cum finalem potius causam expriment:  
 perperam iniri ab aliis eius loci explicandi rationem, non satis ad  
 scopum Iurisconsulti à me (ut reor) indicatum collimantibus: &  
 prædilectam alteri filiae istam à testatore omninò demonstrare; tan-  
 tum abest ut concessum vsufructus legatum in eum casum mortui  
 in furore filij extinguent; non aliter ademptum quàm si filius men-  
 sis compos effici ante obitum potuisset quod utique non euenit.  
 Ait lex. Causa, &c.

**E**Adem pag. linea 15. edition. Parisiens. Lugdun. verò pag. 402. lin. 8.  
 post verbum (persequitur) inserantur hac: Cicero autem in li-  
 bro de Fato, quæ propriè causa cuiusque rei dici possit, his verbis  
 explicat: Causa autem ea est quæ id efficit cuius est causa: ut vulnus  
 mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. Itaque non sic causa intelligi  
 debet, ut quod cuique antecedit, id ei causa sit: sed quod cuique effi-  
 cienter antecedit; nec quòd in campum descenderim, id fuisse cau-  
 sã, cur pila luderem: nec Hecubam causam interitus fuisse Troianis,  
 quòd Alexandrum genuerit, &c. quæ sequuntur. Porro autem de  
 causis, aliter quàm à Iurisconsultis & Philosophis disceptari soleat,  
 Rhetores differunt: inter quos Fortunatianus, <sup>a</sup> ubi de septem cir-  
 cunstantiis per quas totam materiam consideramus, in quibus & de  
 causa; omnis causa (inquit) qualis est: aut impulsua, ut ira odium;  
 aut ratiocinatuã, ut lucrum hereditas; impulsuam Græci quid  
 vocant? *δραστηριον*, quid ratiocinatuã *λογικον αιτιον*. Ex his quæ-  
 cunque fuerit, qualis est: aut efficiens, cum dicimus, illa ratione pro-  
 uocatus est quod *παινηδον αιτιον* Græci vocant: aut adiuuans, cum di-  
 cimus etiam illa causa accessit quod *υπερθετικον αιτιον* Græci appel-  
 lant: aut prohibens imò habui causam non faciendi, ne ad inimicum  
 meum hereditas perueniret: quod *καλυπτικον αιτιον* Græci nuncupant.  
 Caterum de causa quod hinc dicitur, ea sublata locum non esse his  
 quæ sequuntur, hoc ad mores etiam hominum pertinet atque in vi-  
 tæ ratione instituenda locum habet. Dixit sermo diuinus, Ex abun-  
 dantia cordis os loquitur: quod de sermone nasci videtur prius co-  
 gitatione concipitur: ut os indigna non proferat, animus iusta præ-  
 cipiatur: tolle originem causæ & more occasionem remouebis offen-  
 sã: ut purus defluat riuiulus, fons antè purgandus est. Hæc ita Emif-  
 senus Eusebius. <sup>b</sup> Ait lex, *Non consistat* omnimodò; nam si quadam-  
 tenus consistat, ea quoque quæ sequuntur locum habent: utputa si  
 testamentum patris per querelam inofficiosi testamenti pro parte  
 rescissum est, tunc enim nihilominus pupillare valet; idque Vlpia-  
 nus. <sup>c</sup> tradit. Ergo etiam si contra patris tabulas bonorum, &c.

<sup>a</sup> Lib. 2. Rhetor.  
 sub initium.

<sup>b</sup> Serm. pen. ex-  
 hortat. contra  
 diuers. vit.

<sup>c</sup> l. Papinianus,  
 s. sed nec im-  
 puberis, supra  
 de inoffic. testa.

**P**agina 647. in princ. Parisiens. edition. Lugdunens. verò posterioris  
 pag. 402. linea 32. post verbum (explicandæ gratia) addantur ista:  
 H h h. 2.

<sup>a</sup> Lib. 6. de Gu-  
bernat. Dei.

Nihil aptius, nihil manifestius adferri meo quidem iudicio potest; quam quod Saluianus alicubi, <sup>a</sup> postquam dixerat, Ac per hoc cum redimus ad spectaculum, relinquimus fidem Christi; hoc itaque modo omnia symboli sacramenta soluuntur, & totum quod in symbolo sequitur, labefactatur & inquinatur: subiicit rationis vice, quod istam regulam exprimit; nihil enim sequens stat (inquit) si principale non steterit: dic mihi tu Christiane quomodo tenere te sequentia symboli putas, cuius principia perdidisti membra sine capite nihil profunt, & ad exordia sui cuncta respiciunt: quæ utique si perierint omnia pessum trahunt; siquidem stirpe sublata aut non sunt reliqua; aut si sunt, sine emolumento sunt: quia sine capite nihil constat. Ut videatur principale pro principali, ut ita loquar, hoc est, pro eo quod initium ducit, vel quod fundamenti loco est, accipere. Cui congruit quod in septimæ <sup>b</sup> synodi can. 19. traditur de iis qui ad ordinem sacerdotalem vitamque monasticam pecuniis datis admittuntur; & quorum reprobum est principium (inquit) vniuersum quoque reiiciendum est, ut ait magnus Apostolus: verumtamen ex iure ciuili nostro istud adhuc exemplum, &c.

<sup>b</sup> Nicenæ se-  
cundæ

**P**ost extrema verba huiusce l. quæ sic habent (existimauit Africanus) apponantur hæc quæ sequuntur: Postremò cum exigere dotem mulier debeat, illic, vbi maritus domicilium habuit, non vbi instrumentum dotale conscriptum est, sicuti Vlpianus <sup>c</sup> pluribus docet alicubi: at tamen cum matrimonium non constiterit, per cuius conditionem in mariti domicilium ipsa mulier erat reditura: nec videatur in domicilio mariti fuisse quæ non fuit in matrimonio, siue nondum contracto, siue nullo illicito atque iniusto: dicemus ex huius nostræ regulæ tenore, posse mulierem de dote aduersus eum cui dederat experiri eo loci vbi de dote contractus est habitus. Et ita sentio.


<sup>c</sup> Lexigere, 65,  
suprà de iudic.

F I N I S.



## INDEX EORVM OMNIVM locupletissimus, quæ in hoc tertio Semestrium libro notatu digniora visa sunt.

Hic quæ literis Alphabeticis notantur,  
in margine petito.

A	
 <b>B</b> ASGI & Druides eadem lucos superstitione venerabantur. 20	Accessoria obligationes quid distent à principalibus. 139. & 140
<b>Ab</b> ela, oppidum à muliere quadam obsidione liberatum. 204	Accipitrum siue hieracum in hominis cadauer studium. 178
<b>Abiatharum</b> Pontifex relegatus. 361	Accursij opinio aduersus Placentinum circa legalis vsusfructus extinctionem stabilita. 83
<b>Abigail</b> , Esther ac Debora prudentia. 204	<b>A</b> ch, articulus quid apud Hebraeos. 388
<b>Abrahami</b> deuotio commendatur. 231	<b>A</b> ctio & exceptio in quibus competat. 95
<b>Abscissio</b> virilium sub Imperatoribus Byzantinis in quibus criminibus frequentata. 294. 295. & 296.	<b>A</b> ctionis hypothecariæ conditiones. 145
<b>manu</b> in quibus iure Romano. 297	<b>A</b> ctus & effectus distinctio. 120
<b>Abundantius</b> in Sidonem Phœnicia relegatus. 362	<b>A</b> damm, non Euam, cur Deus ad se à peccato vocauerit. 192
<b>Acceptilatio</b> quando valeat, & quando non. 125. & 126	<b>A</b> diuratio in fronte librorum adscripta. 160
<b>Acceptilatio</b> inutilis quibus casibus inutilis nouatio fuisse, ac nihil egisse censeatur. 139	<b>A</b> dmonitio Isidori Pelusiotæ ad Palladium Diaconum, & proprii erroris agnitione. 68. Livia ad Augustum. 247. Isidori Pelusiotæ ad Ausonium correctorè. 260. Diacomi Agapeti ad Iustinianum Imperatorem. 236. Leonis item ad belli duces. 271
<b>Acceptilatio</b> obligationis futurae, quid differat ab acceptilatione conditionalis. 141. & 142	<b>A</b> donidis veneratio maxima apud Assyrios. 29
<b>Acceptilatio</b> legati conditionalis vnde pendeat. 143	<b>A</b> doptio Michaëlis Calaphatis ad successionem Imperij. 5. & 6. seruorum ac libertinorum ab ingenuis apud Prætores, an permissa, iure Romano. 201
<b>Acceptilatio</b> & solutio facta pendente conditione, quid distet à repudiatione itidem interim facta. 153. & 154	<b>A</b> driani Iurisconsulti oraculum Aurelij Prudentij, B. Ioan. Chrysostomi, Hbb 3
<b>circum</b> Acceptilationem obligationis futurae vel conditionalis, quid interfit. 141. & 142	
<b>Acceptilationis</b> formula. 126. & 127	



- & P. Chryfologi testimonijs illu-  
 stratum. 97. decretum pro seruis  
 in dominos. 225. dictum percele-  
 bre. 243  
 Adrianus Imperator sacra Cereris Li-  
 beraeque Romae percolenda instituit.  
 2. in litera e  
 Adultera quibus ex causis poena capi-  
 tali hodie subijciatur. 344  
 Adultera qua poena olim affecta apud  
 Athenienses. 325  
 Adulterarum feminarum poena. 323  
 Adulterarum poena competentes quae  
 intelligantur à Iustimiano. 347. &  
 348  
 Adulterij radix, quid. 301. de eius poe-  
 na Cedreni locus. 340  
 Adulterio iterato poena grauior con-  
 stituta. 351  
 Adulteris feminis poena imposta à Iu-  
 stiniano quae. 323. cessat duobus  
 casibus. 344. & 345. cur mitius  
 cum ijs quam cum viris agatur.  
 324. & 351  
 Adulterium viris natura, feminis  
 nasus amputatus. 292  
 Adulterorum poena apud Aegyptios.  
 285  
 in Adulteros & adulteras Leonis con-  
 stitutio. 329  
 Adulterum in uxore inuentum occidens  
 an puniatur Atheniensium legibus.  
 325. & 326.  
 Aedes Herculis Musagetae. 61  
 Aegritudinis vis multos de potestate  
 mentis exire coegit. 72. & 73.  
 Aegyptij quid per signum crucis hiero-  
 glyphicè significarent. 20.  
 Aegyptiorum leges. in liberos: ob pa-  
 rentum facinora. 103.  
 Aegyptius Hercules alius à Thebano,  
 & vter Gadibus columnas statue-  
 rit. 60.  
 Equitas altera iustitiae pars. 259  
 Eschylo Tragædo impietatis admittæ  
 reo venia data quomodo. 319  
 Esculapij fanum apud Carthaginen-  
 ses. 26  
 Affectus parentum in liberos. III. &  
 112  
 Affectus vocabulum variè sumptum  
 apud Iuriconsultos. 116. & seq.  
 Afrania & Amesia impudentia nota-  
 tur. 196. & 197  
 Africani & Pauli responsa explican-  
 tur. 79  
 Africani opinio de pignore. 146  
 Agapeti ad Iustinianum Imperatorem  
 admonitio. 236. de Regibus sen-  
 tentia. 257  
 Agathia prædictio super Imperij Gal-  
 lici duratione. 266. in litera b  
 Agrippæ Iudæorum Regis factum lau-  
 datum. 249  
 Aïdolo Reges quare dicti. 268  
 Aïdolo nomine quare honestatus Rex  
 fuerit. 181. eius nominis explicatio.  
 270. in litera c  
 Alagabalus Pseudantoninus Palladii  
 in lararium cubiculi asportauit, &  
 quare. 58  
 Alexander Diopolis Thraciae, & Esaias  
 Rhodi Episcopi, masculorum corru-  
 ptores, puniit. 293  
 Alexandri verba ad Hermolaum rei  
 capitalis damnatum. 106. mansue-  
 tudo & humanitas post superatum  
 Darium. 183. & 184. Pheræ ca-  
 dauera cum contumelia proiectum.  
 187. rescriptum ad Felicem. 201.  
 Macedonis dictum egregium. 249.  
 ad suos verba. 313  
 Alexius bonus vir & mitis, sed cur nõ  
 bonus tamen Imperator fuerit ap-  
 pellatus. 273. & 274  
 Alienari rem posse quando intelliga-  
 tur. 84  
 Alienatio & manumissio usufructua-  
 rio interdicta. ibid.  
 Alienatio seruorum senis dominis in-  
 dicta. 223  
 Amazonum nomen vnde. 51  
 Amesia impudentia. 197  
 Amittus monasticus, monachis & asce-  
 tris

- tris communis. 337  
 Amor in filios qualis esse debeat. 222.  
 & 223  
 Anaxilai Tyranni Rhegij dictum. 242  
 Andocidi violatæ religionis delator, cõ-  
 filium à Timæo datum. 67  
 Andronici crudelitas in Prusæ inco-  
 las. 289  
 Andronici Commeni cades. 309  
 Anna soror Elissæ. 168  
 Anima pro vita. 63. in litera a. an  
 creatione prior in homine. 122.  
 & 123  
 Animantibus insita est à natura sobo-  
 lis cura atque defensio. III. & 112  
 Animi magni proprium quid. 182  
 Annorum circulus & corona quid.  
 404. & 405  
 Antigoni Regis humanitas in truncum  
 Pyrrhi corpus. 184. elogium præ-  
 clarum. 312  
 Antigonus cur poenas dederit. 105  
 Antiochi in Deos pietas & religio. 271  
 Antiochus ab historicis reprehensus ob  
 denegatam Moloni sepulturam. 180.  
 hostium cadauera sepeliri iussit. 184  
 Αντιδραπλα. 172  
 Antisthenis Philosophi dictum. 272  
 Antonij humanitas in Brutum hostem  
 occisum. 186  
 Antonini Pij Imperatoris Romani di-  
 ctum eximium. 250  
 Antonini Caracallæ superbia notatur.  
 254  
 Antoninus, cur Pius, appellatus. 250  
 Apollo apud Tyrios & Carthaginenses  
 cultus, itemque Vranus. 23. & 24.  
 cur Delphinus dictus. 54. in litera d  
 Apophtegma illustre Artoxerxis Per-  
 sarum Regis. 239  
 Αρροδῖτης idem quod Astartis numen.  
 30  
 Appellatio ποδῶς quatenus Principi  
 conueniat. 274. & seqq.  
 Appiani locus, vbi de Casare à Meno-  
 doro relicto, castigatur. 169. & 170  
 Apponere pro acquirere. 88. & 89  
 Appositi vocabulum apud Senecam pro  
 quo accipiat. 89. eius contraria  
 quæ. ibid.  
 Αρροδῖτης & Ἰσμενὸς cur dictus ab Home-  
 ro. 403  
 Apuleij locus, de Isidis vario nomine,  
 castigatus. 41. & 42  
 Apum mos, siue consuetudo, ritus at-  
 que consilium, in cellarum suarum  
 diuisione. 282  
 Arbace Assyriorum Regis dictum. 246  
 Arcadij & Honorij constitutio aduer-  
 sus damnatorum læsæ Maiestatis li-  
 beros. 102  
 Αρξῖνδρος nomen cur Veneri datum. 30  
 Arcitenentis & venatricis habitu ef-  
 ficta Diana, quare. 50  
 Arsaces Armenia Rex excacatus. 286  
 Arsacius Pontifex Sacerdotes abste-  
 nere spectaculis iussit. 18  
 Artemius in monasterium missus. 336  
 Artoxerxes Memnon Darium filium  
 suum interfecit, & quare. 115  
 Artoxerxis Persarum Regis dictum  
 memorandum. 238. & 239  
 Ascetrijs & monachis communis ami-  
 ctus. 337  
 Assera, & Asserim, luci dicti, inira  
 quos ritu gentium sacra idolis fie-  
 bant. 14  
 Αστάρθ, Græcè ἄστρο. 46  
 Αστάρτη pro Ἀστροῦχος reponendum apud  
 Herodianum, & quare. 12  
 Astarte Dea Syria quomodo. 12. quare  
 Vrania seu Cælestis dicta. 13. vnde  
 ductum nomen. 14  
 Astartes idolum vbi cultum. 13. & 14  
 Astartes & Diana idem numen. 16.  
 Isidis item. 40  
 Ἀστροῦχος apud Herodianum. 8. & 9.  
 pro hoc, ἄστρον reponendum, &  
 quare. 12  
 Astrorij & cæli Luna dicitur Regina. 10  
 Ataburij Iouis templum. 55  
 Athalarici Gotthorij Regis religio &  
 pietas in Ecclesiam. 267  
 Athenienses soli è Græcis per Isidem iu-  
 rabant.

rabant. 44. suos Pratores & Imperatores, ob denegatam suis militibus sepulturam, necarunt. 185  
 Atheniensium leges de confessis plectendis. 67. ius circa insepultum. 180.  
 ipsorum iure qua ex causa feminis adire magistratus fas fuerit. 100  
 Auctor gratias agit Deo debitas. 415  
 ab Auctoribus vetustis vocabula peregrina eadem significatione usurpata. 9. & 10  
 Auctoris deploratio circa tumultus Gallicos. 174. & 181. votum pro Republica. 283  
 Auctoritas parentum imago quadam summa Dei ipsius auctoritatis. 226  
 Auctoritate Senatus Bacchanalia Romæ diruta, & per totam Italiam. 3  
 Audacia Græcorum interpretum in aliquot Nouellarum locis prodita. 379. & 380  
 de Auditione reorum per iudicum ministros facta, Chrysostomi locus. 71. in litera a  
 D. Augustini locus, secundum quem & alios, sub Cælestis & Astartes nomine Iuno significatur. 31. & 32. eiusdem atque Hieronymi de codicibus sacrarum literarum mendosis testimonia. 158. & 159. alius de cura pro mortuis gerenda. 174. in litera e. alius item qui castigatur. 214. eiusdem verba ad Macedoniū iudicem. 255  
 Aulicorum ex moribus ingenium principis deprehenditur. 315

B

Bacchanalia Romæ & per totam Italiam Senatus auctoritate diruta. 3  
 Baculus pantomimorum. 366  
 Balsamonis emendatus locus. 333  
 Baruch locus è Latina vulgata, iuxta manuscriptum codicem, ipsumque authenticū Græcum, restituitur. 158  
 Βασάνωρ, vocabulum πολισνομορ. 345  
 Basilij patris præceptum, Leoni principi

pi Byzant. datum, circa rectam administrandi Imperij rationem. 242  
 Basilij Imperatoris consilium Leoni filio datum, ad optimam Imperij administrationem. 256  
 Βασίλαρα & Βασίλ Luna dicta. 10  
 Bel, Belus, Baal, qui Iupiter Syrius apud Spartianum à Belo flumio, vel hic ab illo. 33  
 in Bello nulla clementia, quomodo accipiendum. 187  
 Belus idem quod Baal Phœnicum lingua. 8. ipsius apud Babylonios cultus. 22. & 23  
 Benevolentia Dei in homines. 227  
 Blasphemo pœna inflicta, Ludouici I X. Galliarum Regis iussu. 302. & in litera a  
 Blasphemorum pœna. 302  
 Bona quatenus adimantur perduellionis liberis ex usu Gallici fori. 110. & litera b  
 ex Bonis sæpe mali, vt ex malis boni, oriuntur. 104  
 Bonorum amissione quare puniti perduellionum liberi, non vita priuati. 108  
 Bonus princeps quibus terrori esse debeat. 276  
 Brasida Lacedæmoniorum ducis humanitas. 255  
 Byzantinorum principum insurrexerunt in inauguratione atque coronatione præstitum. 279

C

Caauerum spoliatores vt puniendi. 297  
 Cadeschim, qui dicantur in cap. 23. lib. 4. Regum. 45. & litera c. & pag. 46  
 Casarianus, officij nomen apud Romanos. 364. & 365  
 Caius illustratur in l. 16. ff. de cond. & dem. glossemate sublato. 205. & 206  
 Callistrati locus in l. 2. D. ad SC. Sylanianum, castigatur. 217. & 218  
 Callistrati responsum de iuuenibus turbulentis. 349  
 Calum

Calumniatoris pœna qua apud Romanos antiquitus. 285  
 Canis stella. 41  
 Canones, quibus feminis prohibitum testimonium. 195. & in litera d. e  
 Capillorum detonsio vnde. 316  
 Capitolinae apes quid. 64  
 Capitolini Iouis fanum in theatro Corinthio. 56  
 Caro, cur vetus dicta à B. Paulo. 119  
 Caroli V I I. Franciæ Regis erga Ludouicum filium suum lenitas. 227  
 Caroli I X. Galliarum Regis elogiū. 245  
 Caroli Magni in periuros constitutio. 303  
 Carthada, dicta Carthago, & quare. 168. & 169  
 Carthaginenses Gaditanorum consanguinei. 59  
 Castigatio Dei quatenus sit nobis utilis. 305. & 306  
 Casus, in quibus res ita prorsus inpendenti est, vt actum nihil interea possit dispici. 79. & seq.  
 Catholiciani, idem quod Casariani. 365  
 Causam dicere maximam coronam, quid. 405  
 Cautionum & chirographorum vis. 131. & 132  
 Cedreni locus de adulterij pœna. 340  
 Celticum Iouis signum altissima quercus. 19  
 Cereris Liberæque sacra Romæ percolenda instituit Adrianus Imperator. 2. in litera e  
 eadem qua Isis. 44  
 Ceres cur mammosa dicatur. 47. & 48  
 Certamine singulari superato dextra pœna causa abscindebatur apud Scythas. 286  
 Cestus Vranie & peplum Cælestis, quid. 35  
 Charitas in suos etiam in malè affectis elucescit. 111  
 Childericus Francorum Rex in monasterium missus. 336  
 Chilonis præceptum, & dictum egre-

gium. 268. & 275  
 Chirographorum vis. 131. & 132  
 Christi consecratio recusata. 4  
 Christianis, qua negligēda cura sepultura, & qua non. 177  
 Christianorum antiquorum cerimonie in luctu defunctorum. 176. præcepta de Deo sequendo, ac imitando. 231. & seq. sub Galerio & Maximino horrenda supplicia. 294  
 Christophoro & Sergio secretarijs, quod rebus Gallicis fauerent, oculi Romæ erui. 288  
 Chrysologi locus. de naturali partum in liberos affectu, restituitur. 112  
 Chrysostomi locus insignis super auriculari confessione. 68. in litera f. alius de obseruandis in sententia ferenda aduersus accusatos, confessos atque etiā conuictos, explicatus. 71. de auditione reorum per iudicum ministros facta. ibid. in litera a. de antiquorum Christianorum alius insignis locus in luctu defunctorum cerimonijs, quæ & hodie in Ecclesia Catholica obseruantur. 176  
 Cicero tres iustitiæ partes facit. 263  
 Ciceronis sententia elegans, de liberis ob parentum scelera punitis, explicatur. 109  
 Ciconiarum in parentes pietas. 172  
 Cimon Græcus summopere laudatur ob suam humanitatem in mortuis sepeliendis. 174  
 Circulus orbium, qui Græcè κβλκ & κβλκ & κβλκ. 409  
 Citharædorum in theatro metus. 365. & 366  
 Clementia, virtus præcipua in principe. 231. & seq. iustitiæ coniuncta. 246  
 Clitophontis innocentia defensa. 66. 71. & 72  
 de Cælesti Victoris locus expensus. 24  
 Cælestis Venus qua. 25  
 Cæli & Astrorum Regina Luna dicitur. 10  
 Cæli militia duplex, & qua. 10. & 11



<i>Dominium rei per adiudicationē quomodo trāseat. 2. rei ab herede traditæ ad quod tempus redigatur.</i>	88	<i>Elogium Caroli I X. Galliarum Regis Christianissimi. 245. Marcellini de Iuliano.</i>	260
<i>Dominorum sanctia ut lege Dei puniretur.</i>	225	<i>Eloquentia &amp; verecundia an sint principi necessaria.</i>	268
<i>Dominorum familiae similes dominis, vel etiam deteriores. 317. &amp; in lit. d</i>		<i>Emancipationis ius.</i>	223
<i>Dominus fideicommissi sub conditione relicti quomodo heres esse dicatur.</i>	82	<i>Emanuelis Comneni Constantinopolitani principis edictum.</i>	335
<i>Dominus quomodo erga servos se gerere debeat.</i>	224. & 225	<i>Ενωσθηαι &amp; η σαοιθου dictus Neptunus.</i>	64
<i>Domuncula luci, quid.</i>	46	<i>D. Ephrem verba pulcherrima, de Dei in nos pietate maxima.</i>	112
<i>Domus alienæ destructor sine iudice quomodo puniendus.</i>	297	<i>Επιεικεις appellatione quid à Manaëmo Effæo apud Iosephum.</i>	272
<i>Donatio servi, qui stipulatus est, quare in pendenti esse dicatur. 75. causa moris quando perfecta ibid. &amp; 76</i>		<i>Episcopi vitia ad sacerdotes diffunduntur.</i>	314
<i>Dos adiudicata viro ex adulterij uxoris causa.</i>	348	<i>Erroris fideiussio nulla est.</i>	134
<i>Druides veri orthodoxi Christiani, quibus scilicet fœlix crucis arbor sacrosancto Dominici sanguinis visco permista, eiusque signum in cultu præcipuo.</i>	20	<i>Esaiæ Rhodi &amp; Alexander Diopolis Thraciæ Episcopi, masculorum corruptores, puniti.</i>	293
<i>Duces reprebenti, qui neglectui habuerant sepulturam.</i>	180	<i>Esaiæ cap. 47. &amp; Hieremiæ cap. 7. loci explicantur.</i>	10. & 11
	<b>E</b>	<i>Ethnicorum præcepta de sequendo Deo, item &amp; Christianorum. 230. in lit. i. k. &amp; 231. &amp; sequen.</i>	
<i>Ecclesia Dei quasi oculus.</i>	308	<i>ab Ethnicis olim data etiam hostibus sepultura.</i>	179
<i>Ecclesiæ Catholicæ ceremoniæ pro defunctis quæ fiant. 190. &amp; in lit. a</i>		<i>Eua posterior Adamo effectu &amp; affectu simul.</i>	123
<i>Ecclesiæ præsidium à Regibus. 267. &amp; in litera b. &amp; 272</i>		<i>Ευλαξια. 269. &amp; 270. in litera b</i>	
<i>Effectu prius esse nequit, quod ordine est prius.</i>	120	<i>Eunapij locus emendatus.</i>	41
<i>Effectus &amp; actus distinctio.</i>	120	<i>Ευρηκατμοϋ Iuriconsulti Aurelij Prudentij, B. Ioann. Chrysostomi, &amp; P. Chrysologi testimoniis illustratū.</i>	97
<i>Effigies Isidis &amp; Cereris eadem, &amp; quæ.</i>	47	<i>Excæcationis pœna apud quos familiaris.</i>	287. 288. 289. & 290
<i>Eleasari Machabæi affectus erga populum.</i>	100	<i>Exceptio pro pactione &amp; cōditione.</i>	385
<i>Elephantis studium circa sepulturam &amp; honorem funeris.</i>	178	<i>Exceptis, verbi vis &amp; significatio.</i>	384. & seq.
<i>Elissa, fortis, vel Dei fœmina appellata. 168. pro Dea culta à Carthaginensibus.</i>	ibid.	<i>Excipere pro comprehendere. 385. pro pati &amp; sustinere apud Senecam. 386. per se solum quid significet. ibid.</i>	
<i>Elissa historia. 167. quare Dido appellata.</i>	ibid. & 168	<i>Excusare, verbum, quid significet.</i>	357
		<i>Exemplarium veterum collatio nō inutilis.</i>	156. & seq.
		<i>Existimare, &amp; existimationis vocabuli significatio.</i>	358
		<b>Expli</b>	

<i>Explicatio §. si quis ita, l. si Stichum, ff. de nouat.</i>	129	<i>ipsa constituere, vel patrifamilias ex constitutionibus acquirere.</i>	82
<i>Exundatio Tyberis, &amp; eius causa ad quem relata ex Authorū veteris historię sententia.</i>	63. & 64	<i>Filiusfamilias tutela, aliorumque minorum capax.</i>	383
<i>Exzechielis locus de Adonide non de Api.</i>	28	<i>Finis cuiusque rei primū animo &amp; cogitationi occurrit.</i>	120
	<b>F</b>	<i>Firmici locus, ubi de Venere, purgatus.</i>	34
<i>Falsariorum pœna quæ. 297. &amp; 298</i>		<i>Fisco cur respublica præferatur, si pignus specialiter accepit.</i>	146
<i>Falsi cuiuslibet reus quomodo punitus legibus Ægyptijs.</i>	286	<i>Φοβος appellatio quatenus principi conueniat.</i>	274. & seqq.
<i>Fames ferro sanior.</i>	95	<i>Fœlicitas Imperatorum quæ, ex D. Augustini sententia.</i>	281
<i>Fanum Æsculapij apud Carthaginenses.</i>	26	<i>Fœmina sensui rationis experti comparatur.</i>	192
<i>Feræ natura meticulosa, inimites: quæ autem generosa, ad mansuetudinem promptiores.</i>	182	<i>Fœminæ &amp; serui à testimonijs repulsi, &amp; quare.</i>	193. 194. & 195
<i>Fideicommissi sub conditione relicti heres quomodo dominus esse dicatur.</i>	82	<i>Fœminæ nonnullæ sapientes ac fortes inter ceteras, enumerantur.</i>	203. & 204
<i>Fideicommissum conditionale quando repudiandum, &amp; quando non.</i>	154	<i>Fœminei sexus infirmitas quanta.</i>	193. & 194
<i>Fideiussio erroris nulla est.</i>	134	<i>Fœminarum testimonia quatenus recipiantur.</i>	195. & in litera a. iure Romano quatenus.
<i>Fideiussor cui debeat, si filiusfamilias stipulatus fuerit.</i>	137. & 138	<i>Fœminarum quarundam mores improbi.</i>	197
<i>an Fideiussor potius quàm reus principalis acceptilatione sibi facta liberatus existimetur.</i>	151. & 152	<i>Fœminis nulla antiquitas comitorum communio.</i>	196
<i>Fideiussoria obligatio unde sumat vires.</i>	139. & 140	<i>Fœminis quædo licitum fuerit Olympico certamine decurrere.</i>	198
<i>Filij, quatenus membra &amp; partes parentum.</i>	112. & 113	<i>Formicarum studium maximum circa sepulturam, &amp; honorem funeris.</i>	177. & 178
<i>Filij Dei quomodo efficiamur.</i>	236	<i>Fortuna cœli Luna dicta, &amp; in cultu maximo antiquitūs habita.</i>	27. & 28
<i>Filij &amp; uxor corona patris &amp; viri.</i>	402	<i>Francica Caroli Magni lex.</i>	322
<i>Filiosfamilias stipulante, cui debeat fideiussor.</i>	137. & 138	<i>Frontonis verba, de Elissa agentis, castigantur.</i>	168
<i>Filiorum emancipandorum necessitas parentibus durioribus imposita.</i>	223	<i>Fuci &amp; apum ex Æliano historia, eiusque explicatio.</i>	350. & 351
<i>Filiorum appellatione quando nepotes cōprehensi censeantur in legatis, tutelis &amp; intestati successiombus.</i>	373. & seq.	<i>Fuga &amp; facti &amp; consilij esse dicitur.</i>	118
<i>in Filios contumaces &amp; proteruos animaduersio.</i>	222	<i>Fuga &amp; fraudis nomina consilium &amp; effectum in iure notant.</i>	ibid.
<i>Filius quomodo castigandus. 221. &amp; 222</i>		<i>Fugitiuus quis, &amp; quomodo existit.</i>	
<i>Filiusfamilias virum aut quatenus possit religiosum locum facere, rem in funus consumere, &amp; sumfructum in</i>			

mandus. *ibid.*  
 Funus Carani à Delphino celebratum. 178  
 Fures iumentorum è fossato & castris abactorum qua pœna puniantur. 297  
 Furti conuictus iterum qua pœna puniatur. *ibid.*  
 G  
 Alatarum mos circa familiares suos defunctos. 185. in litera b  
 Galerij & Maximini temporibus Christianorum horrenda supplicia. 294  
 Galli vetusti suos sepelire non curabāt, captiuosque mactabant. 185  
 in Gallia etiam nostra memoria sepultura nonnullis denegata. 180. & lit. d  
 Gallie in vestimentis mutabilitas. 315. & 316  
 ex Gallici fori vsu quatenus adimantur bona perduellionis liberis. 110. & litera b  
 Γαυβός quid. 173  
 Gemmata mensæ apud Sidonium. 413  
 Generi appellatio apud Iustinum. 173  
 Genus an specie prius. 121  
 Gladio percussus tantum quomodo puniatur. 297  
 Gladius præfecti prætorio. 155  
 Græcæ mulieres à ludis & spectaculis prohibita. 197  
 Græcorum leges in liberos ob parentum facinora, improbantur. 104  
 Græcorum interpretum audacia in aliquot Nouellarum locis prodita. 379. & 380  
 Gratia quomodo à Principe reponenda. 229  
 Gratia Deo debita aguntur ab Auctore. 415  
 Gratiani Augusti clementia, & moderatio. 254  
 Grauitas lenitati miscenda à principe, iuxta Plutarchum, qui explicatur. 280.  
 Gundelma Regina ad Theodoram Augustam verba. 315

H  
 Habitus monasticus laudatus à D. Hieronymo. 340. in litera b  
 Hæreticos libros scribentis pœna. 298  
 Hæsarubal sepultura munus obijt. 186  
 Heliogabalus, Phœnicum lingua, Sol dictus. 12  
 Henricus I I I. Gallorum Rex Christianissimus Theodosij iunioris specimen exhibuit. 271. & 272  
 Hercules, à Tyrjjs cultus, vnde & Hercules Tyrius. 25. & 26. Gaditanus, qui & Aegyptius ac Tyrius. 58. sex enumerantur. 59  
 Herculis sacerdotium. 22. eius sacra translata. 59. herois Tyrj sacra Aegypto petita. 60. commendatus à maxima cura sepeliendi hostium corpora. 188. & 189  
 Heredes nõ inuenientes monumentū, ad cuius exemplū testator suum fieri mandauerit, an pœna teneantur. 209  
 Heres fideicommissi sub conditione relicti, quomodo dominus esse dicatur. 82  
 Herodiani Historici optimi de Vrania siue Cœlesti verba explicata. 7  
 Hieremiæ cap. 7. & Esaiæ cap. 47. loci explicantur. 10. & 11  
 Hieremiæ cap. 1. & 3. loci, de ligno frondoso, explicantur. 18. & 19  
 DD. Hieronymi atque Augustini de codicibus sacrarum literarum mendosis testimonia. 158. & 159  
 D. Hieronymi locus emendatur. 214  
 Hierosolymitani templi descriptio. 18  
 Historia Leonum, qui terram foderūt, vt D. Pauli Eremitæ corpus humanetur. 179  
 Historia fuci & apum ex Aliano, qui aliter atque ab interprete explicatur. 350. & 351  
 Homicidis laicis monasterij vinculum imponi prohibitum. 335  
 ab Homine occupato nulla res bene exerceri potest. 74  
 in Homine quæ requirantur, qui Deum sibi sequendum atque imitandum propo-

proposuit. 232  
 Homo postrema Dei creatura, quare. 122  
 Horatij versus à D. Hieronymo aliter quam debuerit, intellectus. 53  
 Hugonis nepotis in Anglia Sodomia insimulati pœna. 254  
 Hydaspis Aethiopum Regis in subditos liberalitas atque humanitas. 239. & 245  
 Hypatie Theonis filia eruditio. 194  
 Hyperides atque Antiphon insepulti relicti, & quare. 187. in litera f  
 Hypothecaria actionis conditiones. 145  
 I  
 Abes Galaad laudatus, ob studium humanitatis maximum in Saule sepeliendo. 174  
 Idolum Astartes vbi cultum. 13. & 14  
 Iehu in Iezabelis cadaver humanitas. 187. in litera d  
 Iehu supplantatio seu simulatio in sacris literis vt accipi debeat. 279. & 280  
 Imago gestata in collo à sacerdotibus Aegyptiorum, quæ veritas vocabatur, quid indicaret. 277  
 Imitatio vnde proficiatur. 309. & 310  
 Imperatoris egregij officium. 311  
 Imperatorum felicitas quæ, ex sententia D. Augustini. 281  
 ad Imperij successionem Michaëlis Calaphatis adoptio. 5. & 6  
 Imperium Memnonis gratiosum populo cur fuerit. 239  
 Impietas iniustitiæ annexa, vt pietas iustitiæ. 272  
 Incendiarius quomodo puniendus. 297  
 Infamia metus maior quam mortis, viris bonis. 96  
 presentis, non futuri in iure habetur ratio. *ibid.*  
 Infantes apud quos Saturno immolarentur. 26  
 Inficiatione pœna crescit in quibusdam delictis. 67. & 68  
 Iniuria quando facta aestimetur. 117. & 118

Iniuriarum vindicatio aduersus subditos in principe vitiosa. 181  
 Iniuriosorum pœna. 302  
 Iniusta quadam misericordia. 261  
 Interpretatio verborum in iure, vt fieri debeat. 377  
 Interpretum Græcorum audacia in aliquot Nouellarum locis prodita. 379. & 380  
 Ioannis Romani Pontificis ad Iustinianum admonitio. 267  
 Ioannis Duca constitutio circa vestimenta Byzantinorum. 316  
 Iosephi locus illustris de virtutibus quas inesse in principe Deus vult. 267. & 268  
 Iouem Capitolinum siue Tarpeium Romanis in sensum ex inundatione Tyberis calamitatem inuexisse, vnde dignoscatur. 64  
 Iouis signū Celiicū quercus altissima. 19  
 Iouis Capitolini statua sapius perijt, & restituta fuit. 61. & 62  
 Iouis cœnatio quid. 64  
 Ira dissimulatio in principe perniciofa. 181  
 Isiaca bos, & cur ita dicta. 43. & 44  
 per Isidem iurabant soli è Græcis Athenienses. 44  
 Isis & Astartes, siue Dea Syria idē numē. 40. de vario eius nomine, Apuleij locus castigatus. 41. & 42. ad Minervam etiam pertinet. *ibid.* eiusdem sacra sub Tyberio sublata, & quare. *ibid.* ab Antonino Caracalla deportata. 43. templum dirutum. *ibid.* eius effigies & Cereris eadē. 47  
 Isidori Pelusiota admonitio ad Palladium Diaconum, de propriij erroris cognitione. 68. eiusdem ad Ausonij correctorem. 260  
 Isis quid, secundum Aegyptios & aliquos Astrologos. 41. quare Luna comparata. 45. quare mammosa esse dicatur. 47  
 Istria Rex, ob violatam sapius fidem, excœcatus. 289  
 Iuda

Iuda propter peccata Manasses à Deo quare punitus. 317. & 318  
 Iudæi rebelles à Constantino auricularum præcisione puniti. 291  
 apud Iudeos quot dierum luctus esset. 175  
 Iudicandi officium quibus sceminis conueniat. 203  
 à Iudicando qui lege prohibeantur. 191  
 Iudicare, quibus sceminis permittitur. 203  
 in Iudice mansuetudo & lenitas requiritur. 256  
 Iudicis corruptori, medicina confessio. 71.  
 quale debeat esse iudicium iudicis. 255. & 256. leniti & considerati proprium. ibid.  
 Iuliani locus, de Pelopidis, Sparti siue Serpentigenis, illustratur & castigatur. 114. eius dictum memorabile. 252. præceptum ad Reges pertinens. 260. & 261. moderatio eiusdem. 276  
 Iulianus Cæsar corpora cæcorum humari iussit. 186  
 Iulij Cæsaris & Octauij Augusti clementia commendatur. 250  
 Iunonis & Veneris eadem sub varijs appellationibus veneratio. 34  
 Iupiter Tarpeius siue Capitolinus alius à Tonante & Latariio. 61. & 62  
 Iupiter  $\mu\epsilon\lambda\lambda\iota$  &  $\nu\iota$   $\alpha\delta\upsilon\gamma\epsilon\tau\omega\delta\varsigma$  dictus princeps beneficis & lenis, Dei exemplo. 230  
 Iure gentium præstantiores ac prudentiores imperant & decernunt. 191  
 in Iure verborum interpretatio quomodo fiat. 377  
 Iurisconsulti affectus vocabulum variè sumunt. 116. & seq.  
 Iurisconsultorum de tutelis opiniones. 378  
 Ius Deum faciendi, ac nouas religiones inducendi, olim in Senatus, postea verò in principis potestate apud Romanos. 2. & 3  
 Ius capiendi ex ciuium testamentis quinam Dii haberent. 4. & 5  
 Ius irium liberorum quibusdam Dijs concessum. 6. Vlpiani aetate concedi

cæptum. ibid.  
 Ius presentis non futuri metus infamiationem habet, explicatur. 96  
 Ius Atheniensium circa insepultum. 180  
 Ius spectandi ludos antiquitus. 199  
 Ius regalis capillitij. 316. & in litera c  
 Ius representationis. 375  
 Iusiurandum in inauguratione & corona Byzantinorum principum præstitum. 279  
 Iustini locus agitated affecta vulgata lectione. 171  
 Iustiniani Imperatoris verba, quæ in cuiusque contractus instrumento apponi iussit. 131. responsum ad verba Ioannis Põrificis. 267. priuilegium fratrum filijs ab eo concessum, & super eo Iurisconsultorum opiniones. 378  
 Iustitia firmat thronum soliumque Regis. 258  
 Iustitia varia acceptio. 261. & 262. in litera a. & 263. partes duæ, ex Aristide. ibid.  
 Iustitia facere quid, apud Hebræos. 261  
 Iustus apud Davidem pro benefico. 262  
 K  
 Kadesis, apud Græcos quid significet. 173  
 L  
 Læapeno Romano oculi eruti, quare. 288. in margine.  
 Laicis homicidis prohibitum monasterij vinculum. 335  
 Latarius & Tonans Iupiter alius à Tarpeio siue Capitolino. 61. & 62  
 Latini vetusti religio in aliquot Nouellarum locis prodita. 379. & 380  
 Lazaro monacho pictori celeberrimo, inflicta pœna quæ, Imperatoris Byzantini iussu. 299  
 $\lambda\beta\lambda$  lebad, articuli apud Hebræos eadem ambiguitas, quæ rō exceptis, apud Latinos. 389  
 Lectionis varietas in quibusdam noui testamenti locis indicata. 157. 158. & 159  
 Legata

Legata Sanctis, qui apud exteros præcipue colantur, data pietatis intuitu, eorum sacerdotibus templisque nostratibus nunc, non etiam exteris, adiudicanda. 56  
 Legati serui manumissio vel traditio ab herede facta quomodo ex post facto confirmetur. 85. & 86  
 Legati conditionalis acceptilatio vnde pendeat. 143  
 Legati conditionalis pignus. 150  
 Legatum liberationis in pendenti est. 81. sub cõditione factum quare veniat in familia erciscundæ iudicij. 82  
 Legatum purum quatenus in suspensio sit, & quinam ex post facto confirmetur legati serui manumissio vel traditio ab herede facta. 85. & 86  
 Legatum quodlibet etiam purum heredis est potius quàm legatarij. 86  
 Legatum cõditionale in quo differat à stipulatione cõditionali. 142. & 143  
 Legatum conditionale quãdo repudiandum, & quando non. 154  
 Legis, si seruus hereditarius, ff. de stipul. seru. seruatur lectio, & noua ratione cum l. si seruus hereditarius ff. de diuers. & tempor. præscr. conciliatur. 91. & 92  
 Leones terram foderunt ad D. Pauli Eremita corpus humandum. 179  
 Leonis Philosophi atque Imperatoris constitutio, circa contractus. 202. ad belli duces admonitio. 271. in adulteros & adulteras eiusdem constitutio. 329  
 Leonis Magni dictum egregium. 254  
 Leonum in parentes senes pietas. 172  
 Leontius præciso naso in Dalmatia monasterium missus. 236  
 Lenitas in seruos summi Dei exemplo commendatur. 225. 226. & 227  
 Lex viacamus, D. de libera. legat. explicatur. 81  
 Lex sancim, C. de pœnis, exponitur. 103  
 Lex Mosis in sauos nimis & crudeles dominos. 225

Liberi, quatenus membra & partes parentum. 99. 113. & 114  
 Liberi præmij affecti apud antiquos ob parentum eximia merita. 110  
 Liberi perduellionis quatenus bonis priuentur ex vsu Gallici fori. 110. & in litera b  
 Liberos ob parentum scelera à Deo plesti, quomodo intelligendū. 100. & 105  
 de Librariorum incuria. Sulpitij Seueri locus, in cuius libris quadam delentur macula, notato ipsius Scholiaste aliquot locis. 150  
 Librorum ab Ecclesia Catholica damnatorum celatores vt puniti apud Vuisigothos. 349  
 Lingua præcisa monacho, quare. 287. in litera c  
 Livia ad Augustum maritum prudens admonitio. 247  
 Loci ex 3. & 4. Regum, vbi de Prophetis lucorum, exponuntur. 15. & 16  
 Loci præclari veterum Doctorum, de confessione priuata, quæ dicitur auricularis. 69. in literis c, d, e, f, & 70  
 Lucar, ex Plutarchi loco, quid. 17. & 18  
 Lucretie Romane factum veniam meruit, & quare. 96  
 Luctus triginta dierum apud Iudæos, tempus legitimum. 175  
 Ludorum præfeli olim Pontifices & Sacerdotes. 17  
 Ludouici Regis XI. dictum memorandum. 181. in litera g  
 Ludouici XII. Galliarum Regis dictum percelebre. 243. & 261. in litera a  
 Ludou. III. Imperator excacatus. 289  
 Luna, vt & Sol, antiquitus religiosè culta, atque etiam adorata. 11  
 Luna Astrorum Regina & cæli. 10. fortuna cæli dicta, & in cultu maximo antiquitus habita. 27. & 28  
 Luna vocata Diana, & vtraque virgo & infecunda & viarum præses. 52  
 Lysander reprehensus, quod Philoclem Atheniensem ducem insepultum reliquerit. 180

<b>M</b>			
<b>M</b> acedonum leges in liberos per-			<i>ibid.</i>
duellionum.	106		
<b>M</b> achabeorum mater fortis & gene-			
rosa.	98. & 99		
<b>M</b> agistratus adire quare fœminis licitum Atheniensium iure.	100		
<b>M</b> agistratum conditio, quid differat à principum Regumque conditione, in iudicijs criminalibus.	257		
<b>M</b> anlij Torquati in filii lenis animaduerſio.	286		
<b>M</b> ãſuetudinis cõmedatio in principe.	247		
<b>M</b> anumiffio legati ſerui vel traditio ab herede facta quomodo ex poſt facto confirmetur.	85. & 86		
<b>M</b> anuum præciſio in quibus criminibus iure Romano frequentata.	297		
<b>M</b> aratocypreni graſſatores qui. eorum extincti liberi Valentiniãni & Theodoſij temporibus, & quare. <i>ibidem.</i>	108.		
<b>M</b> arcellini de Iuliano elogium.	260		
<b>M</b> arci Curtij deuotio. 62. & 63. eius apud Zonaram verba. <i>ibid.</i>			
<b>M</b> arci Philoſophi & Imperatoris reſponſum. 234. beneficentia in ſubditos. 238. & 250. verecundus dictus, & quare. 251. & 252. ſententia eius præcipua.	282		
<b>M</b> arcus Philoſophus & Imperator, quare verecundus appellatus apud Capitolinum.	269		
<b>M</b> aritus an poſſit uxorem recipere poſt biennium. 326. & 327. dimittens eam an poſſit aliam ducere. 328. in litera b, & 342			
<b>M</b> ars Gallicus ſiue Germanicus.	58		
<b>M</b> artiani principis moderatio, & dictũ eximium.	254		
<b>M</b> artyrum ſepulturas qui curarent antiquitũs.	175		
<b>M</b> atathie morientis verba.	248		
<b>M</b> atrimonia & connubia inter Deos. 5			
<b>M</b> atrimoniuũ, adultera damnata, prorsus diſſolutum ex Viſigothorum legibus. 343. ex quibus cauſis apud			
<b>Græcos.</b>			
<b>M</b> atris fortitudo rara, & inſignis conſtantia.	204		
<b>M</b> egalobizi qui dicebantur.	51		
<b>M</b> ελιχῆ & ἡ ὑδρυετιὰς Iupiter dictus princeps beneficus ac lenis, Dei exemplo.	230		
<b>M</b> eluius in exiliũ miſſus, & quare. 362			
<b>M</b> emnonis Imperium gratioſum populo cur fuerit.	239		
<b>M</b> endaci lingua præciſa iuſſu Artoxerxis.	302		
<b>M</b> endacium in ducibus ac principibus condemnatum.	278		
<b>M</b> enſa Juſtiniani. 410. panum propoſitionis, altaris thymiamatis, & altaris holocauſtorum. 411. & 412			
<b>M</b> enſa corona quid. 408. eius etymon probabile.	414		
<b>M</b> entis ac maięſtatis Diuina natura quæ.	257		
<b>M</b> eropis in parentes pietas.	172		
<b>M</b> eſſalini vicarij reſponſum B. Apollinari Martyri factum ſuadenti vt Chriſtum coleret.	3		
<b>M</b> etalli pœna qualis.	95		
<b>M</b> ethodius intra monumentum cum duobus latronibus concluſus, quare. 295. & 296			
<b>M</b> etũ extorta reſcinduntur.	94		
<b>M</b> etus cruciatus longioris maior, quam mortis. 94. & 95. item & infamie, bonis viris.	96		
<b>M</b> ichaëlis Calaphatis adoptio ad Imperij ſucceſſionem.	5. & 6		
<b>M</b> ilitia cœli duplex, & quæ. 10. & 11 per Militiam cœli quid intelligatur in ſacris literis.	10		
<b>M</b> inerva Ilienſis quid.	58		
<b>M</b> inutij Felicis loci deprauatiſſimi emendantur.	48. 215. 216. & 357		
<b>M</b> iſericordia maximè requiritur in eo qui Deum ſibi ſequendũ atque imitandum propoſuit, & ad eam rem loci quãplurimi citantur. 232. & 233. ſine iuſtitia conſiſtere nequit. 258. iniuſta quẽdam.	261		
			Miſeri

<b>M</b> iſericordię genus eſt citò occidere, & quare.	95		
<b>M</b> iſericordiã acceptio varia. 261. & 262. in litera a			
<b>M</b> ithræ numen ubi colebatur. 36. Sol & ignis apud Perſas, de cuius ſacris loci. <i>ibid.</i> & 37. idem quod in ſacris literis Moloch & Beelphegor. 38. apud Muſeum pro quo accipitur.	39		
<b>M</b> ithridatis cadauer à Pharnace miſſum honorificè Regijs Sinopenſium ſepulchris inferri iuſſit Põpeius. 186			
<b>M</b> itra legendum ſine aſpiratione apud Ambroſiũ, & alijs in locis. 35. & 39			
<b>Μημεριον &amp; μαρτυρια Hieronymi.</b> 53			
<b>M</b> æchorum pœna apud Aegyptios. 285. quę in uſu ſit apud nos, & quibus ex cauſis capitalis.	324		
<b>ẽ</b> Monachatu diſcedere quatenus permiſſum. 334. & in litera f			
<b>M</b> onachis & aſcetrijs communis amicitus monaſticus.	337		
<b>M</b> onacho lingua præciſa, & quare. 287. in litera c			
<b>M</b> onachus olim habebatur. poſt ſuſceptum habitum, ſine profeſſione. 337			
<b>M</b> onaſterij vinculum imponi prohibitũ homicidis laicis.	335		
<b>i</b> n Monaſterium coniecta pœnæ cauſa, utrũ ſit monacha, præſertim elapſo biennio. 330. & ſeq. an recipiendus peccator indemnatus. 335			
<b>M</b> onaſticus amicitus, monachis & aſcetrijs communis.	337		
<b>M</b> onetæ falſæ cuſores quomodo puniendi.	297		
<b>M</b> onialium, quæ ſibi ſuprum inferri paſſæ ſunt, aut nubere attentarunt, pœnitentia quæ. 332. & ſeq.			
<b>M</b> ors reſtat poſt criminum confeſſionẽ in forenſibus iudicijs, quomodo intelligendum. 70. quomodo teſtamentum antecedere dicatur. 124			
<b>M</b> oriis cauſa donatio quando perfectã. 75. & 76			
<b>M</b> oſis lex antiqua pro ſeruis in domi-			
nos. 225. eius maſuetudo commen-			
datur. 248. & 254			
<b>M</b> ulier in monaſterium coniecta pœnæ cauſa, utrũ ſit monacha, præſertim biennio elapſo, diſputatur. 330. & ſeq. an verberanda prius ex primi adulterij cauſa. 344			
<b>M</b> yrthæ preces poſt patratum cum patre Cinyra nefandiſſimũ inceſtũ. 67			
			N
<b>N</b> epotes quando filiorum appellatione comprehenſi cenſeantur in legatis, iutelis & inteſtati ſucceſſionibus. 374. & ſeq. auis filiorũ loco, ſublatis de medio parentibus. 376			
<b>N</b> erna Tarentum relegatus à Domitiano. 361. & 362			
<b>N</b> eſtor cur pœnã dederit. 105			
<b>N</b> ili virtus circa Aegyptum. 216			
<b>N</b> ilus, Αἰγυπτίου ποταμὸς dictus. 215			
<b>N</b> iobes caſus ob filios. 98			
<b>N</b> omen poſterius quid. 356			
<b>N</b> omina propria virorũ paſſim deprauata caſtigantur. 160. & 161. quare à ſanctis Patribus, Eccleſiæque Doctoribus, ſupprimantur. 170			
<b>N</b> ormano nobili cuidam pœna inſuſta Ludouici XI. temporibus, quod Parisieſes Burgũdiones appellafſet. 302			
<b>N</b> ota quadringentorum per cuius manus digitos fingenda. 354. & 355			
<b>N</b> ouatio quando fieri poſſit, & quando non. 129. 130. & 142			
<b>N</b> ouationis definitio. 151			
<b>N</b> ouator ex quo tempore obligetur. 142			
<b>N</b> umã in Deos pietas. 271			
<b>N</b> umen confeſſis patere, verum eſt. 67			
<b>N</b> umeratio per digitos uſitata antiquitũs. 354. & 355			
<b>N</b> uptiarum ſacrilegi quare pœna puniendi. 322			
			O
<b>O</b> becationis pœna varijs in criminibus iure Romano frequentata. 299. & 300			
<b>O</b> bligatio fideiuſſoria quãdo extinguitur, & quare. 79. & 80			
			K k k 2

Obligatio ex stipulatione pendet. 90.  
 accessoria quæ actu præcessit, utrius  
 prior principali. 121. quibus constet.  
 128. quando retrahatur. 140.  
 & 141  
 circa Obligationem futuram vel condi-  
 tionalem quid iuris sit, fideiussori-  
 bus aut pignoribus datis. 145  
 Obligationes accessoriae unde sumant vi-  
 res. 138. quid distent à principalibus.  
 139. & 140  
 de Obligationibus principalibus, acces-  
 sorijs puris & conditionalibus. 137.  
 & seq.  
 Obligationis contractæ tempus in solu-  
 tionibus inspicitur. 137. futurae no-  
 mine quando pignus constituatur.  
 145. circa futurae vel conditionalis  
 acceptilationem, quid intersit. 141.  
 & 142  
 Octavius Augustus cur pater patriæ  
 dicitur. 150  
 Oculis pœna imposita ob furtum & li-  
 bidinis flagitium, ratio. 299  
 Oculorum principatus præ ceteris sen-  
 sibus. 300. eorum concupiscentia  
 quæ. ibid.  
 Officium principis in subditos, ex Py-  
 thagoræ sententia. 244. & 245  
 Officium iudicis quale. 255. 256. 260.  
 lenti & considerati proprium. 256  
 Olympij templum ubi, & à quo condi-  
 tum Athenis. 55  
 Opinari, verbum, quid. 357  
 Opis Diana vocata. 52  
 Optare, verbum ad quæ pertineat. 367.  
 & 368  
 Orbis mensurarum & tripodes Deorum  
 rotundi. 408. & 409

P

Pædiconum pœna quæ. 293. & 294  
 Palladis nomen unde Mineræ da-  
 tum. 57  
 Palladium quid. 57. ab Alagabalo Pseu-  
 damonino motum & asportatum. 58  
 Parentes in liberis leguntur ac offen-  
 duntur. 97. 98. 99. & 100. ad de-

licta liberorum committunt. 112. &  
 113. ex moribus filiorum, quos insti-  
 tuere illi debuerint, estimantur. 320  
 Parentum amor in suorum ærumnis &  
 afflictionibus. 98. & 99. ob eorum  
 scelera à Deo plecti liberos, quomo-  
 do intelligendum. 100. & 105. in li-  
 beros Romæ antiquitus durum Im-  
 perium. 220. eorum auctoritas  
 imago quædam summæ Dei ipsius  
 auctoritatis. 226  
 Παρθενον templum Dianæ nuncupatum,  
 ut & ipsa Παρθένος. 51. & in litera h  
 Patientia in principe laudabilis. 182  
 Patrisfamilias officium, ex Doctoribus  
 Ecclesiasticis. 221  
 Pauli & Africani responsa explican-  
 tur. 79  
 Pauli §. at cum aliquis, ex l. eum qui,  
 18. ff. de iniur. explicatur. 117  
 D. Pauli locus ex epist. ad Philip. cap. 3.  
 corrigitur. 157. ad Hebræos & Ro-  
 manos alij quoque restituuntur. 158  
 Peccata releuantur apud Deum con-  
 fessione. 69  
 an Peccator indemnatus in monasteriū  
 sit recipiendus. 335  
 Peccatorum confessio abolitio etiam est  
 delictorum. 69. in litera c  
 de Pecunia, quam legatam heres cre-  
 diderit, & alijs casibus, quibus pen-  
 det mutui ratio. 86. & 87  
 de Pelopidis, Spartis siue Serpentigenis  
 Iuliani Cesaris locus. 114  
 Peplum Cælestis & Cestus Uranie,  
 quid. 35  
 Perduellionis liberis quatenus in usu  
 Gallici fori adimantur bona. 110.  
 & in litera h  
 Perduellionum liberi quare bonorum  
 amissione puniti, non vita privati.  
 103  
 Perfectum, an imperfecto prius. 121  
 Perfidia in ducibus ac principibus im-  
 probata. 278  
 Persarum leges in liberos perduellio-  
 num. 105  
 Persica

Persica supplicia more Regio. 240  
 Personæ in nomine posita dicitur per-  
 peram; rectè, in iure, & quid signi-  
 ficet. 382. & 383  
 Pharia Ceres ut Isis. 44  
 Pherenica historia. 197  
 Philippi Macedonum Regis mansuetu-  
 do & humanitas erga superatos ad  
 Cheronaam Athenienses. 183. eius-  
 dem clementia & eloquentia com-  
 mendantur. 249. & 68  
 Philippi Regis Hispaniarum in filium  
 suum crudelitas & immanitas.  
 227. in litera i  
 Philippi Pulchri Galliarum Regis fa-  
 ctum, & dictum. 243  
 Philippus & Gaiterus Daunoy fratres  
 supplicij ultimi pœna affecti, &  
 quare. 324  
 Philocli Atheniensium duci denegata  
 sepultura à Lyjandro. 180  
 Philosophia Regi necessaria. 269  
 Philomus locus castigatur. 209. & 210  
 Phocionis corpus insepulchrum relic-  
 tum. 187. & 188. eius actum memoran-  
 dum. 255  
 Phœbi soror Diana credita. 48  
 Phœnices sacrum Herculi quod facie-  
 bant. 59  
 Phœnicio vel Syriaco nomine quid Elis-  
 sa significet. 168  
 Phœnicus sermo à Græco diversus. 7  
 Phœnicum lingua Syriaca proxima. 7.  
 & 8. eorum dira superstitio. 26  
 Photij locus ad Nouellam Iustiniani  
 pertinens de adulteris, eiusque cor-  
 rectio. 346. & 347  
 Phrygia duplex, & quæ. 58  
 Phylens cur pœnas dederit. 105  
 Pietas quousque se extendat. 172. inter  
 Regem & subditos debet esse reci-  
 proca. 245. ea ceterarum virtutum  
 est parens. 255 & 266. iustitiæ iun-  
 gitur, ut impietas iniustitiæ. 273  
 Pietatis in parentes exemplum ex So-  
 lini verbis, quæ itidem castigantur

& emendantur. 73. eiusdem nomen  
 à religione disparatū. 261. & 262.  
 iustitiæ vocabulo coniunctum quid,  
 cum de principe loquimur. 255  
 Pignore specialiter accepto, fisco præ-  
 fertur Respublica, & quare. 145. in  
 eo quis preferendus. 148  
 Pignoris constituti vires unde pendat.  
 145. & 146  
 Pignus obligationis futurae nomine  
 quando constituatur. 145. dare &  
 accipere quid. 143. legati conditio-  
 nalis. 150  
 Pij cognomen pluribus Imperatoribus  
 tributum. 164  
 Pisatidæ musca. 197  
 Pisistrati factum egregium ab Histo-  
 rici commendatum. 174  
 Plagiarij quomodo puniendi. 297  
 Placētus super mortuis quis esset anti-  
 quitus. 176  
 Plinij locus corrigitur. 213  
 Plutarchi locus eximius, de vindicta  
 Dei in liberos ex flagitiosis paren-  
 tibus ortos. 105  
 Pœna crescit inficiatione in quibusdam  
 delictis. 67. & 68  
 Pœna metalli qualis. 95  
 Pœna scæminarum ad spectacula inficio  
 viro aut retante prodeuntium. 196.  
 & in litera d  
 Pœna olim plectebantur membra quæ  
 crimen patrauerant. 255  
 Pœna eorum, qui rem cum brutis ha-  
 bent, apud Ægyptios. ibid.  
 Pœna in rebelles Iudæos à Constantino  
 indicta. 291. eiusdem in fugitivos  
 servos. ibid.  
 Pœna inclusionis in sepulchro quæ. 295  
 Pœnæ oculis impositæ ob furtum & li-  
 bidinis flagitium, ratio. 299  
 Pœnæ capitali quibus de causis subij-  
 ciatur hodie adultera. 344  
 Pœnitentia monialium quæ sibi stupris  
 inferri passæ sunt, aut nubere atten-  
 tarunt. 332  
 Ποικίλος λαός, appellati Reges ac prin-



- cipes. 245  
 Polydori Spartani Regis in subditos clementia & mansuetudo commendantur. 249  
 Pöpeius cadaver Mitbridatis à Pharnace missum honorificè Regijs Sino-pensum sepulchris inferri iussit. 186  
 Pöiifices & Sacerdotes ludis olim præerant. 17  
 Pontificis mos apud Ægyptios pro principe preces facientis. 229  
 Populi à Deo puniri ob scelera principum exempla. 101  
 Populi omnes in principibus intelliguntur. 309  
 Populus ob paucorum crimina puni-tur. 303  
 Posthumus quomodo tutor detur. 86  
 Postulatio, distioque testimonij reti-tane an permissa iure aliquo apud Romanos. 201. & 202  
 Potestas paterna & dominica quate-nus, & quas ob causas constitutio-nibus principum coercita. 220. & 221  
 Præceptum Leoni principi Byzant. da-tum à Basilio patre, circa rectam administrandi Imperij rationem. 242. Iuliani ad Reges pertinens. 260. & 261  
 Præcisio manuum in quibus criminibus iure Romano frequentata. 297  
 Prædictio Rhemigij Rhemensis Episcopi, item & Agathie super Imperij Gallici duratione. 266. in litera b  
 Præfatio legis Rhodie emendatur. 163  
 Præfati pratorio gladius. 165  
 Præmia liberis data ob eximia paren-tum merita. 110  
 Πρῆξις ἢ τωδῆσις, discrimen. 120  
 Priapina Diana quæ. 50  
 Princeps bonus, bonus pater patriæ. 228. beneficus & lenis exemplo Dei, Iupiter μελιχρῆς ἢ εὐφρημος ap-pellatus. 230. pius Soli compara-tus. 236  
 in Principe laudabilis patientia. 182. ab eo quomodo gratiæ sint repo-nenda. 229  
 Principes ποιμῆνες λαῶν appellati. 245  
 Principi quatenus ab infligendis pœnis abstinendum. 229  
 Principibus, unde tributum Diuorum cognomen. 239. & 240  
 Principis officium in subditos, ex Py-thagoræorū sententia. 244. & 245. ob crimen eius quare populus, aut à populo ipse puniatur. 309  
 ob Principum scelera populi à Deo pu-niti exempla. 101  
 Principum finis qualis esse debeat. 229  
 Privilegium fratrum filijs concessum per Iustinianum. 378  
 Πρῶτος ἀφῆσις affectus nomine significatur. 117  
 Procopius & Suidas notati circa Astar-tæ etymon. 12  
 Prophetia quadam ordinaria, quadam extraordinaria. 192. in litera g  
 Propinquorum inter se necessitudo at-que amicitia, affectus dictus. 116  
 Protothronia Diana in templo Ephesi-no. 52  
 Prudentia & maturum principi consi-lium necessarium. 28. & 282  
 Prudentia formicarum, circa mortuas contubernales, ex Eliano. 178  
 Psalmorū Davidicorū è Græca versione deleta macula emendantur loci. 157  
 Puxis vocabulum pro quo accipiatur in profanis sacrisque literis. 63  
 in Ptolomæo commendata clementia & beneficentia in subditos. 248  
 Punica lingua, & Punici, pro Phœnicia & Phœnicibus. 32. & 33
- Q
- Quadringentorū numerus per cuius manus digitos fingendus. 354. & 355  
 Questio l. & per insurandum, §. si le-gatorum, ff. de acceptilat. accuratè ac diligenter examinatur. 151. & 152  
 Questio statuliberi vel per fideicom-missum manumissi in adultério vel cæde domini, atisque publicis iudi-cijs. 229

- cijs. 77. & 78  
 Quercus altissima Iouis signum Celti-cum. 19  
 Qui nescit dissimulare, nescit regna-re, dictum Ludouici Regis XI. 181. in litera g  
 T. Quintilio venia data quomodo. 319  
 Quod in deliberando vltimum est, idem in exequendo consilio primum. 121
- R
- Raptores quid sit. 333  
 Raptoribus sceminarum quæ pœna indicta apud Ægyptios. 285. apud Romanos. 292. & 297  
 Ratiocinatio initium finis cuiusque rei. 120  
 Receptoribus raptorum quæ pœna in-flicta. 292  
 Reges Tyrj, ex Theophilo Antiocheno Patriarcha. 22  
 Reges ac principes ποιμῆνες λαῶν ap-pellati. 245  
 Regiæ potestatis finis quis. 267  
 Regina astrorum & cæli, Luna. 10  
 Regis mansuetudo qualis esse debeat. 180. & 181  
 Regis thronus & solium iustitiæ firma-tur. 258  
 Regis officia tria iuxta Diotogenem Py-thagoræum. 266  
 Regis cuiusdam Thracum in filios suos animaduersio seua & immanis. 286  
 Regis mores imitari, genus obsequij. 312. & in litera e  
 ex lib. 3. Regum, & 4. loci expositi, vbi de Prophetis lucorum. 15. & 16  
 lib. 4. Regum cap. 23. locus explicatur. 45. & 46  
 ex Regum lib. 1. cap. 8. locus explica-tur. 228  
 Regum & subditorum benevolentia reciproca. 245  
 Relegationis nouum exemplum, ne quis patriam excedat. 361  
 Religio libera quando à principe admit-tenda. 265. in litera b  
 Religionones nouas inducendi ius, aut Deū faciendi olim in Senatu, postea verò in principis potestate, apud Roma-nos. 2. & 3  
 Religioni, cur iustitiæ nomen tributum. 263  
 Religionis vocabulum ad debitam ho-minibus reuerentiam relatum. 264. eius curam princeps habere debet. 266  
 Rem alienari posse quando intelliga-tur. 84  
 Reperitio vnius vocabuli odiosa. 155  
 Representationis ius. 375  
 Repudiatio pendente conditione qui vti-liter fiat. 154  
 Res cedere dicuntur, non decedere. 353  
 Responso Africani & Pauli explican-tur. 79  
 Responsum Messalini vicarij B. Apollin-ari martyri factum, suadenti vt Christum coleret. 3  
 Respublica fisco præfertur, si pignus specialiter accepit, & quare. 146  
 Rex à dōis nomine honestatus, & qua-re. 181  
 Remigij Rhemensis Episcopi prædictio. 266. in litera b  
 Rhodie legis præfatio emendatur. 163  
 Roma quomodo sacra peregrina reci-peret. 2. in litera e  
 Romano iure in quibus criminibus fre-quens manuum præcisio. 297  
 Romanorum pietas in seruos qualis. 218
- S
- Sacerdotes & Pontifices ludis olim præsidebant. 17  
 Sacerdotes Isidis quales. 45. 46. & 47  
 Sacerdotibus, spectaculis abstinere, ius-sum ab Arsacio Pontifice. 18  
 Sacerdotium Herculis. 22  
 Sacra peregrina Romæ quomodo publi-cè recipiuntur. 2. in litera e  
 Sacra Cereris Liberaque percolenda Romæ ab Adriano imperatore in-stituta. ibid.  
 Sacra Isidis sub Tiberio sublata, & quare. 42. ab Antonino Caracalla depor-

deportata.	43	Sermo Phœnicus à Græco diuersus.	7
Sacra Herculis translata.	59	Serui, qui stipulatus est, donatio in pen-	75
Sacrilegorum pœna quæ.	297	dcnti esse quare dicatur.	75
Sanctia domini lege Dei vt puniretur.	225	Serui appellatione qui contineantur.	78
Salinensis via apud Vlpianum, quæ &		Serui legati manumissio vel traditio	
Salaria, quid.	24	ab herede facta quomodo ex post fa-	
Sanctis legata, qui apud exteros cole-		cto confirmetur.	85. & 86
bantur præcipuè, data pietatis in-		Serui, qui dominum offendisset, casti-	
tuitu, eorum sacerdotibus & tem-		gatio.	218
plis nostratibus nunc, non etiã ex-		Serui tales, quales domini, quare.	317
teris, adiudicanda.	56	de Seruo sub conditione legato.	78
Saturno infantes immolabantur apud		Seruorum alienatio, seuis dominis in-	
Carthaginenses, vt & in nonnullis		dicta.	223
Africæ partibus.	26	Seruus pars quadam domini, vt & fi-	
Schenidæ Pythagoræ locus apud Sto-		lius patris.	107
beum expositus.	235	Seueri principis Romani factum.	243
Scipionis ad suos admonitio.	314	Significationes variæ verbi, opto, &	
Scripti vis.	206	etymon.	367. & 368
apud Scythas dextra pœnæ causa ab-		Signum crucis apud Aegyptios hiero-	
scissa superato certamine singulari.	235	glyphicè quid significaret.	20. &
Sedecius Iudæ Rex à Chaldeorum Rege		quanto terrori sit dæmonibus. ead.	
excacatus, & quare.	287	in litera e	
Σειρήνιον ἢ Νεπτύνη. & dictus Neptu-		Signum Ephesæ Dianæ.	50. 51. & 52
nus.	64	Silentium scæminas, sermo viros decet.	
Selenci Regis in Deos pietas.	271		204
Semeius relegatus à Salomone.	361	Simplicitas cum tolerantia quatenus	
Senatus auctoritate Bacchanalia Romæ		requiratur.	279
diruta, & per totam Italiam.	3	Sobolis cura atque defensio insita ani-	
Senatusconsulti, circa legem Corneliã		mantibus à natura.	111. & 112
de falsis, summa.	201	Sol, dictus Heliogabalus, Phœnicum	
Senatusconsulti Vitrasianum sub quo		lingua.	12
habitum.	164	Solutio & acceptilatio facta pendente	
Senecæ locus emendatur.	210	conditione, quid distet à repudiatio-	
in Sententia capitali ferenda aduersus		ne itidem interim facta.	153. & 154
criminis confessum, quæ consideran-		in Solutionibus contractæ obligationis	
da.	71. & 72	tempus inspicitur.	137
Sepultura olim data etiam hostibus ab		Sparianarum virginum in exercitatio-	
Ethnicis.	179	nibus denudatio publica.	199
Sepulture officium cuius sit iuris.	174	Spartiani locus valde corruptus, de sa-	
Sepulture cura quæ negligenda Chri-		cris Isis ab Antonino Caracalla	
stiano, & quæ non.	177	deportatis, corrigitur.	43
Sepulturas martyrum qui curarent an-		Spectaculis abstinere sacerdotibus ius-	
tiquitatis.	175	sum ab Arfacio Pontifice.	18
in Sepulturis mos cuiusque regionis ob-		Splendores cælestes, cur coronæ dictæ.	
seruandus.	ibid.		404

cæde domini, aliisque publicis iudicijs.	77. & 78	dicta.	308
Stipulatio Aquiliana.	126	Sydon vrbs in Phœnicia vnde sic dicta.	8
Stipulatio conditione suspenditur.	153	Symmachi locus emendatus, circa vocabulum affectus.	124
in Stipulationibus id tempus spectamus quo contrahimus, explicatur.	136. & seq.	de Syringe Dianæ Ephesæ.	52
Stipulationis nouandi causa formula.			
127. in ea non verba, sed id quod actum est, spectanda, explicatur.	128		
Stipulationis conditionalis & legati item conditionalis differentia.	142. & 143		
ex Stipulatu nascitur actio.	130		
Strabonis locus emendatur.	211. & 212		
Stuprator vel adulter aut aliàs scelestus clericus, qui in monasterio detineatur.	331		
Stupratoribus puerorum quæ indicta pœna apud Aegyptios.	285		
Suauitatis commendatio in Principe.	247		
Subditi habent vitia principis pro virtutibus.	312		
de Successione in tutela, deque postliminio.	76		
ad Successionem Imperij Michaëlis Callaphatis adoptio.	5. & 6		
Suetonij loci aliquot corriguntur, illustrantur aut explicantur.	353. & sequent.		
Suidæ locus insignis de sacrorum librorum deprauata scriptura.	159		
Suidæ, de Meropæ agentis, verba castigantur.	172		
Suidas & Procopius notati, circa etymologiam Astartæ.	12		
Sulpitij Seueri locus de incuria Ibrariorum, in cuius libris quadam delentur macula, notato ipsius Scholiastæ aliquot locis.	160		
Supplicia Persica more Regio.	240. & 241		
Susa vrbs à Memnone constructa, vnde suum nomen habuit.	8		
Sybaritarum clades ex Numinis vindicade			

<b>T</b> Aciturnitas morborum corporis animæque nutritrix.	68
Tarpeius siue Capitolinus Iupiter alius à Tonante vel Latiario.	61. & 62
Tarquiniæ Vestalis sola inter scæminas testimonij dictionem consequuta.	203
Tempestates quæ in signum sint ex Christianorum opinione.	63
Templum Hierosolymitanum quale fuerit.	18
Templum Herculis in Tyro Phœnicæ.	26
Templum Isis dirutum.	43
Templum Dianæ à quibus & vbi conditum.	51. & 53
Tempus contractæ obligationis in solutionibus inspicitur.	137
Tempus iustus apud Iudæos quot esset dierum.	175
Tempus rota simile.	404. & 405
in Tentationibus occultis confessio necessaria.	69. in litera c
Terentius Augustalis cubiculi præpositus in Orientem relegatus.	362
Terra ab Oceano coronari apud Dionysium, & insulæ dicuntur.	403. & 404. mensæ comparata.
Terræ motus causa cui adscripta.	64
Tertullianij loci emendantur.	119. 120. 170. 171. 210. & 211
Tertullus Potamius & Ioannes temporario exilio intra Gallias relegati, & quare.	67
in Testamenti noni locis quibusdam, varietas lectionis indicatur.	157. 158. & 159
Testamento sine die vel conditione adscripta, ex die ad hæc hereditatis præstantur.	88
Testamento facto, si inter testatores	

*& legatarium vel fideicommissarium capitales inimicitia interuenierint, quid faciendum.* 208  
*Testamentum quando valeat.* 123. *&* 114  
*Testatoris voluntas interdum ex ijs que sunt extra testamentum, interdum ex ipsa scriptura, & quatenus capitur.* 206. *&* seqq.  
*Testimonia BB. Augustini atque Hieronymi de codicibus sacrarum literarum mendosis.* 158. *&* 159  
*Testium falsorum supplicium quod in India.* 286  
*Thebanus Hercules alius ab Egyptio, & vter Gadibus columnas statuerit.* 60  
*Θεωπι επιβητην principibus datum, & quare.* 236  
*Theodora in monasterio inclusa.* 336  
*Theodorici Regis dictum percelebre.* 255  
*Theodosij Magni humanitas à D. Ambrosio & Themistio commendatur.* 253  
*Theodosij iunioris mansuetudo, & moderatio.* 254. *in Deum pietas atque religio.* 271  
*Theodosij Imperatoris in subditos mansuetudo.* 227. 228. *&* 237. *dictum eius egregium.* 251  
*Θεωδῆσι & cur dictus Theodosius Imperator.* 237  
*Theis à Ioue ad Achillem mittitur, & quare.* 189  
*Thor Phœnicibus Vacca dicitur.* 7  
*Tiberij comminatio in Christianorum accusatores.* 4  
*Timæi consilium Andocidi datum violatæ religionis delato.* 67  
*Θαπῆς, siue Θεῆς nomen, generale est.* 250  
*Tituli principum qui.* 255. *&* 254  
*Tobias celebratus maximè, à studio humanitatis in moribus sepeliendis.* 174  
*Tolerantia in principibus valde neces-*  
*saria.* 183  
*Tonans & Latiarius Iupiter alius à Tarpeio, siue Capitolino.* 61. *&* 62  
*Tonsio adultera in Basilicâ libris, & Visigothorum legibus, ad quid pertinet.* 339  
*Tormenta pro verberibus apud D. Augustinum.* 345  
*Totum, an parte prius.* 121  
*Traditionum ab herede factarum vis, effectus, atque ius vnde pendat.* 89. *&* 90  
*Traductio ignominiosa damnati asino impositi, & ad eam loci quàmplurimi ex Zonara.* 340. *&* 341  
*Traiani dictum celeberrimum, eiusque explicatio.* 165. *&* 166  
*Τριπόδες, quid.* 410. *&* *in litera a Tripodes Deorum rotundi, quare.* 409  
*Tutela legitima quæ amittantur capitulis deminutione, vel non.* 384. *&* sequent.  
*Tutor quomodo detur posthumo.* 86. *ecquid sine pecunia dari possit.* 380. *&* 381  
*Tyberis exundatio, & cui Ioui assignetur à Plutarcho.* 63. *&* 64  
*Tyrannorum proiecta insepulta cadauera.* 187  
*Tyri colonia à Plinio, Curtio & Strabone.* 59  
*Tyrij Reges, ex Theophili Antiocheni Patriarchæ loco, qui castigatur.* 22  
*Tyrij & Carthaginenses Apollinæ summa religione colebant.* 23  
*Tyriorum gens à Phœnicibus condita.* 8  
*Tyrius Hercules alius à Thebano, & vter Gadibus columnas statuerit.* 60  
*Tyrum seculorum serie antiquissimam & armipotentem Romanorum coloniam, quis condiderit.* 21. *&* 22  

V

*Vacca, Phœnicibus Thor dicta.* 7  
*Valentis animaduersio in Procopij & Marcelli perduellionum consilia-*  
*rios, eorumque propinquos.* 106  
*Veneres quoruplices fuerint.* 28. *in litera e*  
*Veneri cur & nomen datum.* 30  
*Veneris luctus de cœde Adonidis.* 29. *eiusdem varia à cultu appellationes.* ibid. 30. *&* 31  
*Veneris & Iunonis sub varijs appellationibus idem cultus.* 34  
*Veneris Ericynæ templum apud Ethnicos in vrbe antiquitatis, hodie sancta Crucis in Hierusalem, ac similiter D. Mariæ in Nazareth apud Tolosam.* 55. *&* 56  
*Venia subditis etiam rebellibus à principe danda.* 237  
*Venus sub Cœlestis appellatione, sicut & Luna, olim religiosè adorata, & qua illa.* 28  
*Verba M. Curtij apud Zonaram.* 63  
*Verborum obligatio omni sermone continetur.* 128. *quando resolui dicatur.* 141  
*Verborum in iure interpretatio, quomodo feri debeat.* 377  
*Verecundia Marci Philosophi & Imperatoris vt intelligenda.* 269  
*Veritas cum misericordia in principe commendatur.* 276. *&* seqq.  
*Versutia in ducibus ac principibus condemnata.* 278  
*Vestales virgines Iliensi Mineræ operabantur.* 58  
*Victor cum Maximo patre perduellionis reo, dignitate & vita priuatur sub Valentiano & Theodosio.* 107. *&* 108.  
*Victoria iudicium certissimum olim quod esset.* 184  
*Vinculum monasterij prohibitum imponi homicidis laicis.* 335  
*Vindicatio iniuriarum aduersus subditos in principe vitiosa.* 181  
*Violatores nuptiarum cur sacrilegi dicantur.* 322  
*Vir menti scientiæ capaci, femina sensui rationis experti, à Philone com-*  
*paratur.* 192  
*Virgines feminae cur in benedictione reuerentur.* 194  
*Virginis cœlestis nomine quid designetur.* 25  
*Virilium abscissio sub Imperatoribus Byzantinis in quibus criminibus frequentata.* 294. 295. *&* 296  
*Virorum propria nomina passim deprauata castigantur.* 160. *&* 161  
*Virtus Christianorum in infirmitate perficitur.* 306  
*Vis doloris, cruciatus ac ægritudinis, multos de potestate mentis exire coëgit.* 72. *&* 73  
*Visibilem nomine sensibilia cuncta significantur.* 300  
*Vita nostra cur grauis à Deo & laboriosa constituta sit.* 306  
*Vitia principis pro virtutibus à subditis habentur.* 312  
*Vitiorum in animum via, oculi.* 301  
*Vitis succisor vel euulsor qua pœna puniatur.* 297  
*Vitrasianum Senatusconsultum sub quo habitum.* 164  
*Vlpiani temporibus relegationis pœna in vsu.* 361  
*Vocabula peregrina ab auctoribus vetustis identidem usurpata.* 9. *&* 10  
*Vocabuli vnus repetitio odiosa.* 155  
*Voluntas tantum in crimine, an & in quibus plectenda.* 102  
*Voluntas testatoris interdum ex ijs que sunt extra testamentum, interdum ex ipsa scriptura, & quatenus capitur.* 206. *&* seqq.  
*Votum auctoris, & ad infestorum in Gallia exercituum duces pro patria communi exhortatio.* 190  
*Votum auctoris pro Republica.* 283  
*in vsu forensi quatenus recipiantur fœminarum testimonia.* 195  
*Vsufuctuario interdicta alienatio & manumissio.* 84  
*Vsufuctus legalis an & quando extinguatur.* 82. *&* 83. *circa eius ex-*  

L l l 2


*rios, eorumque propinquos.* 106  
*Veneres quoruplices fuerint.* 28. *in litera e*  
*Veneri cur & nomen datum.* 30  
*Veneris luctus de cœde Adonidis.* 29. *eiusdem varia à cultu appellationes.* ibid. 30. *&* 31  
*Veneris & Iunonis sub varijs appellationibus idem cultus.* 34  
*Veneris Ericynæ templum apud Ethnicos in vrbe antiquitatis, hodie sancta Crucis in Hierusalem, ac similiter D. Mariæ in Nazareth apud Tolosam.* 55. *&* 56  
*Venia subditis etiam rebellibus à principe danda.* 237  
*Venus sub Cœlestis appellatione, sicut & Luna, olim religiosè adorata, & qua illa.* 28  
*Verba M. Curtij apud Zonaram.* 63  
*Verborum obligatio omni sermone continetur.* 128. *quando resolui dicatur.* 141  
*Verborum in iure interpretatio, quomodo feri debeat.* 377  
*Verecundia Marci Philosophi & Imperatoris vt intelligenda.* 269  
*Veritas cum misericordia in principe commendatur.* 276. *&* seqq.  
*Versutia in ducibus ac principibus condemnata.* 278  
*Vestales virgines Iliensi Mineræ operabantur.* 58  
*Victor cum Maximo patre perduellionis reo, dignitate & vita priuatur sub Valentiano & Theodosio.* 107. *&* 108.  
*Victoria iudicium certissimum olim quod esset.* 184  
*Vinculum monasterij prohibitum imponi homicidis laicis.* 335  
*Vindicatio iniuriarum aduersus subditos in principe vitiosa.* 181  
*Violatores nuptiarum cur sacrilegi dicantur.* 322  
*Vir menti scientiæ capaci, femina sensui rationis experti, à Philone com-*  
*paratur.* 192  
*Virgines feminae cur in benedictione reuerentur.* 194  
*Virginis cœlestis nomine quid designetur.* 25  
*Virilium abscissio sub Imperatoribus Byzantinis in quibus criminibus frequentata.* 294. 295. *&* 296  
*Virorum propria nomina passim deprauata castigantur.* 160. *&* 161  
*Virtus Christianorum in infirmitate perficitur.* 306  
*Vis doloris, cruciatus ac ægritudinis, multos de potestate mentis exire coëgit.* 72. *&* 73  
*Visibilem nomine sensibilia cuncta significantur.* 300  
*Vita nostra cur grauis à Deo & laboriosa constituta sit.* 306  
*Vitia principis pro virtutibus à subditis habentur.* 312  
*Vitiorum in animum via, oculi.* 301  
*Vitis succisor vel euulsor qua pœna puniatur.* 297  
*Vitrasianum Senatusconsultum sub quo habitum.* 164  
*Vlpiani temporibus relegationis pœna in vsu.* 361  
*Vocabula peregrina ab auctoribus vetustis identidem usurpata.* 9. *&* 10  
*Vocabuli vnus repetitio odiosa.* 155  
*Voluntas tantum in crimine, an & in quibus plectenda.* 102  
*Voluntas testatoris interdum ex ijs que sunt extra testamentum, interdum ex ipsa scriptura, & quatenus capitur.* 206. *&* seqq.  
*Votum auctoris, & ad infestorum in Gallia exercituum duces pro patria communi exhortatio.* 190  
*Votum auctoris pro Republica.* 283  
*in vsu forensi quatenus recipiantur fœminarum testimonia.* 195  
*Vsufuctuario interdicta alienatio & manumissio.* 84  
*Vsufuctus legalis an & quando extinguatur.* 82. *&* 83. *circa eius ex-*  

L l l 2

I N D E X.

*inctionem stabilita Accursij opinio* recipi possit. 326. & 327  
*aduersus Placentinum.* *ibid.* *Vxores duas simul habentium pœna.*  
*in Vvisigothorum legibus principum* 322  
*mansuetudo commendatur.* 247  
*Vxor in monasterium iniecta ob adul-*  
*terium, an post biennium à marito* **Z** *Aleuci Locrensiſum legislatoris*  
*lex.* 299

F I N I S.



---

LUGDVNI,  
EX TYPOGRAPHIA  
Hæredum Petri Rouſſin.

---

CIO. IO. XCV.